




BREVIARIUM  
MIRAPISCENSE



PARS ÆSTIVA



No  
HHH 2  
1074







1804


44.452

5044

# BREVIARIUM MIRAPISCENSE,

Illustrissimi ac Reverendissimi in Christo Patris  
D. D. JOANNIS-BAPTISTÆ DE CHAMP-  
FLOUR, Episcopi Mirapiscensis, jussu &  
auctoritate, ac venerabilis ejusdem Ecclesiæ  
Capituli consensu editum.

PARS ÆSTIVA.



PARISIIS,

Apud } JOANNEM-BAPTISTAM GARNIER,  
Reginæ necnon Serenissimæ Delphinæ Typogra-  
phum & Bibliopolam, viâ Citharæ, sub signo  
Providentiæ, ad angulare viæ Pupæ.  
} PETRUM-ALEXANDRUM LE PRIEUR,  
Regis Typographum, viâ San-Jacobeâ, ad  
insigne Crucis Auræ.

---

M. DCC. LIII.  
CUM PRIVILEGIO REGIS.





JOANNES-BAPTISTA

D E

CHAMPFLOUR,

Providentiâ Divinâ, & Sanctæ Sedis  
Apostolicæ auctoritate Episcopus  
Mirapiscensis, Regi à Consiliis, &c.

CLERO MIRAPISCENSI

Salutem & Benedictionem in Christo Jesu.



*ECCLESIÆ Catholicæ per universum  
orbem diffusæ, Fratres carissimi,  
semper fuit & est una fides. Re-*

*gula fidei, inquit Tertullianus,*  
una omnino est, sola immobilis & irrefor-  
mabilis. *Sunt etiam quædam in quibus om-*  
*nes Ecclesiæ particulares conveniunt: nempe*

Lib.  
de vel.  
Virg.

*semper ubique in usu fuit Psalmodum modulatio , vel recitatio , lectio sacrae Scripturae , precatio pacis , preces diversae , gratiarum actio , & si qua alia sunt ejusdem generis. Modus autem & ritus , quibus haec omnia peraguntur , verba quibus preces concipiuntur , ordo ceremoniarum , & reliqua minoris momenti diversis Ecclesiis diversa , & peculiariter fuerunt & sunt : nec ita ab Apostolis & Apostolicis viris instituta fuerunt , ut perpetua forent & immutabilia. Cetera jam disciplinae , addit Tertullianus , & conversationis admittunt novitatem. Ideo in illis varietates apparent , & mutationes , quae unitatem Ecclesiae non scindunt , nec fideles offendunt.*

*Nicolaus I. Epistolâ secundâ ad Photium , eâ de re sic habet : De consuetudinibus , quas nobis opponere visi estis scribentes per diversas Ecclesias diversas esse consuetudines , si illis canonica non obsistit autoritas , pro qua obviare debeamus , nihil judicamus , vel eis resistimus. Fulbertus Carnotensis : Nos , inquit , non*

offendit observantiæ diversitas, ubi fidei non  
 scinditur unitas. *Et Socrates dicit cujusque* Epist. 2. ad Finard.  
*regionis varios esse ritus, licet in eâdem fide* Lib. 5. cap. 21.  
*consentiant. Sanctus Gregorius Magnus. Au-*  
*gustino quem in Angliam misit, interroganti :*  
 Cur una cum sit fides, sunt Ecclesiarum con-  
 suetudines tam diversæ ? *Sic respondet :* Mihi  
 placet, ut sive in sancta Romana, sive in  
 Galliarum, sive in qualibet Ecclesia aliquid  
 invenisti, quod plus Omnipotenti Deo pos-  
 sit placere, sollicitè eligas, & in Anglorum  
 Ecclesia, quæ de multis Ecclesiis colligere  
 potuisti, infundas. Non enim pro locis res,  
 sed pro rebus loca nobis amanda sunt.  
*Anselmus Cantuariensis habere nos à sanctis*  
*Patribus ait, quod si unitas servatur cari-*  
*tatis in fide Catholica, nihil officit consuetudo*  
*diversa. Natas autem varietates asserit ex*  
*humanorum sensuum diversitate, qui quamvis*  
*in unitate non dissentiant, in aptitudine ta-*  
*men & decentia administrationis non concor-*  
*dant ; quia quod unus aptius esse judicat,*  
*alius sæpe minus aptum æstimat. Unde pro*

*temporis tractu ad ceremonias pro vario Antistitum pietatis affectu alia atque alia addita, multa etiam mutata, videre est. Solus fidei Canon inconcussus, & immutabilis, cetera quæ ad ritus, & disciplinam pertinent, justa interveniente causa, sine reprehensione mutari possunt.*

Lib.  
de orat  
Domin.

De  
Cath.  
Rud.  
cap. 4.  
num. 8.

*Dubitari autem non potest, Fratres carissimi, nihil cultui & officio divino magis congruere quam si Domino loquamur ipsius verbis in sacra Scriptura contentis. Amica, inquit sanctus Cyprianus, & familiaris oratio est Deum de suo rogare. Quid autem utilius quam duorum Testamentorum consonantiam dignoscere, cum sibi semper invicem respondeant juxta exemplar nobis monstratum à sancto Thoma Aquino in Officio sanctissimi Sacramenti? In veteri Testamento, ait sanctus Augustinus, est occultatio novi, in novo Testamento est manifestatio veteris.*

*Certè sacris Ministris nihil salubrius esse potest quam intra diversa anni tempora, in*

quibus diversa commemorantur divina Myste-  
ria & diebus in quibus festivitates Sanctorum  
celebrantur, his incumbere Scripturae sacrae  
locis ex quibus, si mentis aciem defigant,  
facillimè excitentur ad orationem mentalem,  
quæ nisi præcedat & subsequatur, commissum  
telluri semen facillè exarescet. Si autem pietas  
hac meditatione nutriatur & crescat, hinc etiam  
divini verbi dispensatores virtutum incitamenta  
reperient quibus fideles populi sufficienter insti-  
tuantur.

Quam sit utilis immò & necessaria sancto-  
rum Canonum cognitio nemo non novit. In  
his, Fratres carissimi, & Ecclesiae discipli-  
nam & morum regulas docebimini. In his  
etiam recitationem totius Psalterii per unam-  
quamque Hebdomadam, divisiones longiorum  
Psalmorum, aliasque regulas in hoc-ce Bre-  
viario observatas, à majorum nostrorum insti-  
tutis & Conciliorum decretis, derivasse cog-  
noscetis.

Fer. 4.  
Hebd.  
18. post  
Pentec.  
& seqq.

Ceterum Ecclesiam nostram peculiare Officium habuisse & proprios ritus priscis Ecclesie Gallicanæ ritibus conformes, constat ex libris antiquis qui adhuc extant. Hos ritus, de Consilio venerabilium Fratrum Nostrorum Dignitatum & Canonicorum Ecclesie nostræ, & quibusdam adjuvantibus, in quantum fieri potuit, renovavimus.

Concedat omnipotens & misericors Dominus nobis, Fratres carissimi, & omnibus his qui in posterum hoc-æ orationum libro utentur; ut quotidiana hujus Officii divini recitatio pietatem nutriat & augeat: confirmet in omni opere & sermone bono: mentem illuminet: cor in meditatione accendat igne illo cœlesti quem Christus venit mittere in terram: doceat scientiam sanctorum & ad omne bonum opus instruat.

MANDAMUS itaque omnibus singulisque hujus-æ Diœcesis Mirapiscensis Clericis, qui ad Officii divini recitationem tenentur, sive Beneficii ratione, seu sacrorum Ordinum,

*ut tam in officio publico quam in privatá recitatione , hoc Breviario semper utantur.*

*Datum Mirapisci in Palatio nostro Episcopali , die vigesima-quinta mensis Martii anni millesimi septingentesimi quinquagesimi-tertii.*

† JOAN. BAPT. Episcopus Mirapiscensis.

De Mandato Illustrissimi ac Reverendissimi  
D. D. Episcopi Mirapiscensis,  
BORN, Secret.

# TABULA TEMPORARIA

Annus Do- mini.	Au- reus Nu.	Epactæ.	Indi- ctio.	Litt. Do- min.	Domin. post Epiph.	Septuagē- sima.	Dies Cine- rum. Simplex.
1753	6	xxv	1	g	6	18 Febr.	7 Mart.
1754	7	vj	2	f	4	10 Febr.	27 Febr.
1755	8	xvij	3	e	2	26 Jan.	12 Febr.
1756	9	xxviii	4	d c	5	15 Febr.	3 Mart.
1757	10	ix	5	b	4	6 Febr.	23 Febr.
1758	11	xx	6	A	2	22 Jan.	8 Febr.
1759	12	j	7	g	5	11 Febr.	28 Febr.
1760	13	xij	8	f e	3	3 Febr.	20 Febr.
1761	14	xxiii	9	d	2	18 Jan.	4 Febr.
1762	15	iv	10	c	4	7 Febr.	24 Febr.
1763	16	xv	11	b	3	30 Jan.	16 Febr.
1764	17	xxvj	12	A g	6	19 Febr.	7 Mart.
1765	18	vij	13	f	3	3 Febr.	20 Febr.
1766	19	xviii	14	e	2	26 Jan.	12 Febr.
1767	1	xxx	15	d	5	15 Febr.	4 Mart.
1768	2	xj	1	c b	3	31 Jan.	17 Febr.
1769	3	xxij	2	A	2	22 Jan.	8 Febr.
1770	4	iiij	3	g	4	11 Febr.	28 Febr.
1771	5	xiv	4	f	2	27 Jan.	13 Febr.
1772	6	xxv	5	e d	5	16 Febr.	4 Mart.
1773	7	vj	6	c	4	7 Febr.	24 Febr.
1774	8	xvij	7	b	3	30 Jan.	16 Febr.
1775	9	xxviii	8	A	5	12 Febr.	1 Mart.
1776	10	ix	9	g f	4	4 Febr.	21 Febr.
1777	11	xx	10	e	2	26 Jan.	12 Febr.
1778	12	j	11	d	5	15 Febr.	4 Mart.
1779	13	xij	12	c	3	31 Jan.	17 Febr.
1780	14	xxiii	13	b A	2	23 Jan.	9 Febr.
1781	15	iv	14	g	5	11 Febr.	28 Febr.
1782	16	xv	14	f	2	27 Jan.	13 Febr.
1783	17	xxvj	15	e	5	16 Febr.	5 Mart.
1784	18	vij	1	d c	4	8 Febr.	25 Febr.
1785	19	xviii	2	b	2	23 Jan.	9 Febr.
1786	1	*	3	A	5	12 Febr.	1 Mart.
1787	2	xj	4	g	4	4 Febr.	21 Febr.
1788	3	xxij	5	f e	1	20 Jan.	6 Febr.
1789	4	iiij	6	d	4	8 Febr.	25 Febr.
1790	5	xiv	7	c	3	31 Jan.	17 Febr.
1791	6	xxv	8	b	6	20 Febr.	9 Mart.
1792	7	vj	9	A g	4	5 Febr.	22 Febr.

# FESTORUM MOBILIIUM.

<i>Annus</i> Do- mini.	<i>P A S-</i> <i>C H A.</i> Sol. I. Ord.	<i>Ajcenfo</i> <i>Domini.</i> Sol. II. Or.	<i>Pentecojies</i> Solemne I. Ordinis.	<i>Jej. Corp.</i> <i>Christi.</i> Sol. II. Or.	<i>Dom.</i> <i>poje</i> <i>Pent.</i>	<i>Domini.</i> <i>prima</i> <i>Adven.</i>
1753	22 April.	31 Maii.	10 Junii.	21 Junii.	24	2 Dec.
1754	14 April.	23 Maii.	2 Junii.	13 Junii.	25	1 Dec.
1755	30 Mart.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	27	30 Nov.
1756	18 April.	27 Maii.	6 Junii.	17 Junii.	24	28 Nov.
1757	10 April.	19 Maii.	29 Maii.	9 Junii.	25	27 Nov.
1758	25 Mart.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii.	28	3 Dec.
1759	15 April.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii.	25	2 Dec.
1760	6 April.	15 Maii.	25 Maii.	5 Junii.	26	30 Nov.
1761	22 Mart.	10 April.	10 Maii.	21 Maii.	28	29 Nov.
1762	11 April.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii.	25	28 Nov.
1763	3 April.	12 Maii.	22 Maii.	2 Junii.	26	27 Nov.
1764	22 April.	31 Maii.	10 Junii.	21 Junii.	24	2 Dec.
1765	7 April.	16 Maii.	26 Maii.	6 Junii.	26	1 Dec.
1766	30 Mart.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	27	30 Nov.
1767	19 April.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29 Nov.
1768	3 April.	12 Maii.	22 Maii.	2 Junii.	26	27 Nov.
1769	26 Mart.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii.	28	3 Dec.
1770	15 April.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii.	25	2 Dec.
1771	31 Mart.	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	27	1 Dec.
1772	19 April.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29 Nov.
1773	11 April.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii.	25	28 Nov.
1774	3 April.	12 Maii.	22 Maii.	2 Junii.	26	27 Nov.
1775	16 April.	25 Maii.	4 Junii.	15 Junii.	25	3 Dec.
1776	7 April.	16 Maii.	26 Maii.	6 Junii.	26	1 Dec.
1777	30 Mart.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	27	30 Nov.
1778	19 April.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29 Nov.
1779	4 April.	13 Maii.	23 Maii.	3 Junii.	26	28 Nov.
1780	26 Mart.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii.	28	3 Dec.
1781	15 April.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii.	25	2 Dec.
1782	31 Mart.	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	27	1 Dec.
1783	20 April.	29 Maii.	8 Junii.	19 Junii.	24	30 Nov.
1784	11 April.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii.	25	28 Nov.
1785	27 Mart.	5 Maii.	15 Maii.	26 Maii.	27	27 Nov.
1786	16 April.	25 Maii.	4 Junii.	15 Junii.	25	3 Dec.
1787	8 April.	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii.	26	2 Dec.
1788	23 Mart.	1 Maii.	11 Maii.	22 Maii.	28	30 Nov.
1789	12 April.	21 Maii.	31 Maii.	11 Junii.	25	29 Nov.
1790	4 April.	13 Maii.	23 Maii.	3 Junii.	26	28 Nov.
1791	24 April.	2 Junii.	12 Junii.	23 Junii.	23	27 Nov.
1792	8 April.	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii.	26	2 Dec.

*In sequenti Calendario, quantum licuit, notatum est tempus quo quisque Sanctus obiit: ann. significat anno: c. ann. circa annum: s. seculo: c. med. s. circa medium seculi: c. fin. s. circa finem seculi.*

*Festa quæ majusculis notantur caracteribus, feriantur apud populum.*

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
*	A	Cal.	1 <b>CIRCUMCISIO DOMINI, FESTUM S. NOMINIS JESU, ET OCTAVA NATIVITATIS EJUS. Solemne II. Ordinis.</b>
xxix	b	iv	2 Basilii magni, Cæsariensis in Cappadocia Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris, <i>Duplex II. Ordinis</i> : obiit 1. Januarii, ann. 379.
xxviii	c	iii	3 Genovefæ, Virginis Parisiensis, <i>Simplex</i> : ann. 512.
xxvij	d	Prid.	4 Titi, Cretensis Episcopi, <i>Semiduplex</i> : 1. s.
xxvj	e	Non.	5 Vigilia Epiphaniæ Domini, <i>sine jejunio. cum commemor.</i> S. Simeonis Stylitæ, Anachor. prope Antioch. c. ann. 460.
25. xxv	f	viii	6 <b>EPIPHANIA DOMINI. Solemne II. Ordinis.</b> <i>Si inciderit in Dominicam, hac die nihil fit de Dominica.</i>
xxiv	g	vii	7 De Octavâ Epiphaniæ, <i>Semiduplex</i> : <i>cum commemor.</i> SS. Juliani & Basilii, Martyrum in Ægypto, init. iv. s.
xxiii	A	vi	8 De Octavâ Epiphaniæ, <i>Semiduplex.</i>
xxii	b	v	9 De Octavâ Epiphaniæ, <i>Semiduplex.</i>
xxj	c	iv	10 De Octavâ Epiphaniæ, <i>Semiduplex. cum commemor.</i> sancti Pauli, Eremitæ Theb. c. an. 341.
xx	d	iii	11 De Octavâ Epiphaniæ, <i>Semiduplex.</i>
xix	e	Prid.	12 De Octavâ Epiphaniæ, <i>Semiduplex.</i>
xviii	f	Idib.	13 Octava Epiphaniæ, & Baptismus Domini, <i>Duplex I. Ordinis.</i>
xvij	g	xix	14 Hilarii, Pictaviensis Episcopi & Eccl. Doct. (è 13.) <i>Duplex II. Ordinis</i> : c. ann. 368. <i>cum commemor.</i> S. Felicis, Presbyt. Nolani, c. ann. 265.
xvj	A	xviii	15 Mauri, Glannofoliensis Abbatis, <i>Semidupl.</i> c. fin. vi. s.
xv	b	xvii	16
xiv	c	xvj	17 Antonii, Ægyptii Abbatis, <i>Semid.</i> ann. 356. <i>cum commemor.</i> S. Sulpicii, Bituricensis Episcopi, c. ann. 644.

# JANUARIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xij	d	xv	18 Pontificatus, seu Cathedra S. Petri Apostoli, quâ Antiochiæ primum sedit, deinde Romæ, <i>Duplex I. Ordinis.</i>
			[ <i>Prima Sedes Septuagesimæ.</i> ]
xij	e	xiv	19 Fulgentii, Episc. & Doct. <i>Semid.</i> ann. 533. (è 1.)
xj	f	xiii	20 Sebastiani, Romæ Martyris, <i>Duplex II. Ordinis</i> : c. ann. 288. cum <i>commem.</i> sancti Fabiani, Papæ & Martyr. ann. 250.
x	g	xij	21 Agnetis, Romæ Virginis & Martyr. <i>Semid.</i> c. ann. 304.
ix	A	xj	22 Vincentii, Cæsaraugustani Diaconi Valentia in Hispania Martyris, <i>Semiduplex</i> : ann. 304.
vij	b	x	23
vij	c	ix	24 Timothei, Ephesini Episcopi & Martyris, <i>Semiduplex</i> : ann. 97.
vj	d	viii	25 Conversio sancti Pauli, Apostoli, <i>Duplex I. Ordinis</i> : ann. 34. vel 35.
v	e	vij	26 Polycarpi, Smyrnenfis Episcopi & Martyr. <i>Semiduplex</i> : c. med. 11. f.
iv	f	vj	27 Joannis Chrysostomi, Constant. Episcopi & Ecclesiæ Doct. <i>Duplex II. Ordinis</i> : ann. 407. (è 14. Sept.) Translatio hâc die 438.
iiij	g	v	28
ij	A	iv	29 Francisci Salesii, Genevensis Episcopi, <i>Duplex II. Ordinis</i> : ann. 1622. (è 28. Decemb.)
j	b	iiij	30 Bathildis, Reginæ Francorum, Viduæ, <i>Semiduplex</i> : c. ann. 680.
*	c	Prid.	31 Petri Nolasci, Cænobitæ, institut. Ordin. B. Mariæ de Mercede, <i>Semiduplex</i> : ann. 1256.

---

# FEBRUARIUS.

xxix	d	Cal.	1 Ignatii, Antiocheni Episcopi & Martyris. <i>Semiduplex</i> : ann. 107. (è 20. Decemb.)
xxviii	e	iv	2 PRÆSENTATIO DOMINI ET PURIFICATIO BEATÆ Mariæ Virginis. <i>Solemne II. Ordinis.</i>
xxvij	f	iiij	3 Blasii, Episcopi Sebastia in Armenia minori, & ibid. Martyris, <i>Simplex</i> : c. init. iv. f.
35. xxvj	g	Prid.	4 <i>Prima Sedes diei Cinerum.</i>

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xxv, xxiv	A	Non	5 Agathæ, Catanensis Virginis & Martyris, <i>Simplex</i> : ann. 251. [ In Quadragesimâ <i>commemoratio.</i> ]
xxiii	b	viii	6
xxij	c	vii	7
xxj	d	vi	8 Joannis de Matha, Presbyt. Ordin. SS. Tri- nitatis Fundat. <i>Semid.</i> ann. 1213. (è 21. Decemb.) [ In Quadragesimâ <i>commem.</i> ]
xx	e	v	9 Apolloniæ, Alexandrinæ Virginis & Mart. <i>Simpl.</i> an. 249. [ In Quadrag. <i>commem.</i> ]
xix	f	iv	10
xviii	g	iii	11 Benedicti, Anianensis Abbatis, <i>Simplex</i> : ann. 821. [ In Quadrages. <i>commemor.</i> ]
xvii	A	Prid.	12
xvj	b	Idib.	13
xv	c	xvj	14
xiv	d	xv	15
xiii	e	xiv	16
xij	f	xiii	17 Sylvini Tolosæ nati, Episcopi, <i>Semiduplex</i> : ann. 728. [ In Quadrag. <i>commemor.</i> ]
xj	g	xii	18 Simeonis, Hierosolymitani Episcopi & Mar- tyris, <i>Simplex</i> : ann. 107. [ In Quadrage- simâ <i>commem.</i> ]
x	A	xj	19
ix	b	x	20 Cyrilli, Alexandrini Episcopi & Doctoris, <i>Semiduplex</i> : ann. 445. [ Intra Quadrage- simam <i>commemoratio.</i> ]
viii	c	ix	21 <i>Ultima Sedes Septuagesimæ.</i>
vij	d	viii	22
vi	e	vii	23
v	f	vi	24 } <i>Matthiæ, Apostoli, Duplex I. Ordin. i. l.</i> } <i>In anno Bissextili.</i>
iv	g	v	25
iii	A	iv	26
ij	b	iii	27
j	c	Prid.	28
*	*	*	29 <i>In anno Bissextili tantum: ceteri anni hac die carent.</i>

*In annis Bissextilibus (ii sunt quibus in Tabula temporaria Festorum mobilium, assignatur duplex littera Dominicalis) additur dies intercalaris, & bis dicitur Sexto Calendas Martii, nempe, die 25. & 26. unde illi anni Bissextiles vocantur: & Festum S. Matthiæ, quod in aliis annis celebratur die 24, in anno Bissextili die 25. celebratur. Littera Dominicalis quæ fuit assumpta mense Januario mutatur in præcedentem.*

Cycl. Epact.    Litt. Dom.    Dies Menſis.

# MARTIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.	
*	d	Cal.	1
xxix	e	vj	2
xxviii	f	v	3
xxvij	g	iv	4
xxvj	A	iiij	5
25. xxv	b	Prid.	6
xxiv	c	Non	7
			SS. Perpetuæ & Felicitatis, Carthaginensium Martyrum, <i>Simplex</i> : [ In Quadragesimâ commemor. ] c. ann. 204. [ Festum S. Thomæ Aquinatis fit die 18. Julii. ]
xxiii	d	viiij	8
			<i>Prima Sedes Novilunii Paschalis.</i>
xxij	e	vij	9
xxj	f	vj	10
			<i>Ultima Sedes diei Cinerum.</i>
xx	g	v	11
xix	A	iv	12
			[ De S. Gregorio Papa fit 3. Septembr. ] <i>Feria vi. post Dominicam Passionis fit Officium de Compassione B. Mariæ Virginis, Duplex II. Ordinis.</i>
xviii	b	iiij	13
xvij	c	Prid.	14
			<i>A Dominica Palmarum inclusivè usque ad Dominicam in Albis inclusivè Officium Semiduplex aut Simplex occurrens omittitur; Duplex verò &amp; supra transferatur.</i>
xvj	d	Idib.	15
xv	e	xvij	16
xiv	f	xvj	17
xiii	g	xv	18
xij	A	xiv	19
			Joseph, sponsi B. Mariæ Virginis, <i>Duplex I. Ordinis.</i> 1. f.
xj	b	xiiij	20
x	c	xij	21
ix	d	xj	22
			<i>Primum Pascha.</i>
viii	e	x	23
vij	f	ix	24
vj	g	viiij	25
			<i>ANNUNTIATIO ET INCARNATIO DOMINI. Solemne I. Ordinis. ( cum Octavâ, quando Paschâ occurrit die 22. vel 23. Martii. )</i>
♠	A	vij	26

Cycl. Epaçt.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
iv	b	vj	27
iiij	c	v	28
ij	d	iv	29
j	e	iiij	30
*	f	Prid.	31

## MARTIUS.

[ De Octavâ Annuntiationis, quando Pascha occurrit die 22. Martii, *Semiduplex.* ]

## APRILIS.

xxix	g	Cal.	1	Octava Annuntiationis, <i>Duplex I. Ordinis.</i> [ modò Pascha occurrat die 22. vel 23. Martii. ]
xxviii	A	iv	2	Francisci de Paula, Instit. Ordin. Minim. <i>Semiduplex</i> : an. 1507. [ In Quadragesima <i>commem.</i> ]
xxvij	b	iiij	3	
25. xxvj	c	Prid.	4	Isidori, Hispalensis Episcopi & Doctoris, <i>Semiduplex</i> : an. 636. [ In Quadragesima <i>Commem.</i> ]
xxv. xxiv	d	Non	5	Vincentii Ferrerii, Presbyteri Ordinis Prædicat. <i>Semiduplex</i> : ann. 419. [ In Quadrages. <i>commemor.</i> ]

*Ultima Sedes Novilunii Paschalis.*

xxiiij	e	viii	6	
xxij	f	vij	7	
xxj	g	vj	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iv	10	
xviiij	c	iiij	11	
xvij	d	Prid.	12	
xvj	e	Idib.	13	Justini, Martyris, <i>Semiduplex</i> : ann. 167. [ Intra Hebdomadam Passionis <i>commemoratio.</i> ]
xv	f	xviii	14	
xiv	g	xvij	15	
xiiij	A	xvj	16	
xij	b	xv	17	
xj	c	xiv	18	
x	d	xiiij	19	
ix	e	xij	20	
viii	f	xj	21	Anselmi, Cantuariensis Episcopi & Doctor: <i>Semid.</i> ann. 1109.
vij	g	x	22	
vj	A	ix	23	Georgii, Martyr. in Oriente, <i>Simplex</i> : c. ann. 303.
v	b	viii	24	

Marcj

# APRILIS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
iv	c	vij	25 Marci, Evangelistæ, <i>Duplex I. Ordinis</i> : ann. 68.
			<i>Ultima Sedes Paschæ.</i>
iiij	d	vj	26 Cleti ( seu Anacleti ) Papæ & Martyris, <i>Simplex</i> : c. ann. 91.
ij	e	v	27 Hermenigildi, Martyris, <i>Semiduplex</i> : ( è 13. ) ann. 586.
j	f	iv	28
*	g	iiij	29 Mariæ Ægyptiacæ, Pœnitentis, <i>Semiduplex</i> : c. ann. 421
xxix	A	Prid.	30 Eutropii, Santonensis Episcopi & Martyris, <i>Simplex</i> : 111. f.

# M A I U S.

xxviii	b	Cal.	1 Philippi & Jacobi ( Alphæi ) Apostolorum, <i>Duplex I. Ordinis</i> : 1. f.
xxvij	c	vj	2 Athanasii, Alexandrini Episcopi & Ecclesiæ Doctoris, <i>Duplex II. Ordinis</i> : ann. 373.
xxvj	d	v	3 Inventio sanctæ Crucis, ann. 326. <i>Solemne III. Ordinis</i> : cum commemor. sancti Alexandri, Papæ & Martyris, c. ann. 119.
25. xxv	e	iv	4 Monicæ, Viduæ Tagastensis, <i>Semid.</i> ann. 387.
xxiv	f	iiij	5 Martyrum pro Solemnitate Paschali occisorum, <i>Semiduplex</i> : ann. 459.
xxiii	g	Prid.	6 Joannis, Apostoli & Evangelistæ, ante Portam Latinam, <i>Duplex II. Ordinis</i> : c. ann. 95.
xxii	A	Non	7
xxj	b	viiij	8
xx	c	vij	9 Gregorii Nazianzeni, Constantinop. Episc. & Ecclesiæ Doctoris, <i>Duplex II. Ordinis</i> : ann. 391.
xix	d	vj	10 <i>Prima Sedes Pentecostes.</i>
xviii	e	v	11 Mamerti, Viennensis Episcopi, <i>Simplex</i> : ann. 475.
xvij	f	iv	12 Epiphaniæ, Salaminæ Episcopi & Doctoris, <i>Semid.</i> an. 403.
[xvj]	g	iiij	13
xv	A	Prid.	14 Pachomii, Tabennæ in Thebaidæ Abbatis, ( è 9. ) <i>Simpl.</i> cir. ann. 350.
xiv	b	Idib.	15

Cycl. Litt. Dies  
Epaēt. Dom. Mensis.

## M A I U S.

xiiij	c	xvij	16	Germerii, Episcopi Tolofani, <i>Semiduplex</i> c. ann. 560. <i>Dominica prima post Pentecosten, fit Officium de SS. TRINITATE, Solemne II. Ordinis.</i>
xij	d	xvj	17	Joannis Nepomuceni, Canonici Pragensis Presbyt & Martyr. <i>Simplex: xi. sec.</i>
xj	e	xv	18	
x	f	xiv	19	Petri Cælestini, Papæ, Congregat. Cælestin. Instit. <i>Semid.</i> ann. 1296. cum <i>commemor.</i> S. Yvonis, Presbyter. init. <i>xiv. sec.</i>
ix	g	xiiij	20	
viiij	A	xij	21	
vij	b	xj	22	
vj	c	x	23	
v	d	ix	24	Francisci Regis, Presbyt. è Societate Jesu, <i>Semid.</i> ann. 1641.
iv	e	viiij	25	
iiij	f	vj	26	Philippi Nerii Presbyteri, Congreg. Oratorii Rom. Institut. <i>Simplex: ann. 1595.</i>
ij	g	vj	27	
j	A	v	28	Guillelmi Aquitanæ Ducis, Comitis Tolof. demum Monachi, <i>Semiduplex: ann. 812.</i> cum <i>commem.</i> sancti Germani, Parisiensis Episcopi, ann. 576.
*	b	iv	29	
xxix	c	iiij	30	
xxviiij	d	Prid.	31	

## J U N I U S.

xxvij	e	Cal.	1	
25. xxvj	f	iv	2	Pothini, Lugdunensis Episcopi, Blandinæ, Virginis, & Socior. Mart. <i>Semid.</i> an. 177. <i>comm.</i> SS. Marcellini & Petri, Mart. ann. 304.
xxv. xxiv	g	iiij	3	Clotildis Francorum Reginae, Viduæ, <i>Simpl.</i> ante med. vi. s.
xxiiij	A	Prid.	4	
xxij	b	Non	5	
xxj	c	viiij	6	Norberty, Magdeburgensis Episcopi, Instit. Ord. Præmonstratenfis, <i>Semid.</i> ann. 1134.
xx	d	vij	7	
xix	e	vj	8	
xviiij	f	v	9	
xvij	g	iv	10	
xvj	A	iiij	11	Barnabæ, Gentium Apostoli, <i>Duplex I. Ordinis: 1. sec.</i>

Cycl. Lit. Dies  
Epaēt. Dom. Mensis.

## JUNIUS.

xv	b	Prid.	12
xiv	c	Idib.	13
xiiij	d	xviiij	14
xij	e	xviij	15
xj	f	xvj	16
x	g	xv	17
ix	A	xiv	18
viiij	b	xiiij	19
vij	c	xij	20
vj	d	xj	21
v	e	x	22
iiii	f	ix	23
iiij	g	viiij	24
ij	A	vij	25
j	b	vj	26
*	c	v	27
xxix	d	iiii	28
xxviiij	e	iiij	29
xxvij	f	Prid.	30

### Ultima Sedes Pentecostes

Ciryci & Julittæ matris ejus, Tharsi in Sicilia Martyrum, *Simplex* : init. iv. sec.

Gervasii & Protasii, Mediolanensium Martyrum, *Simplex* : i. vel ii. sec.

Paulini, Nolani Episcopi, *Semiduplex* : ann. 431.

Vigilia, cum jejunio.

NATIVITAS S. JOANNIS BAPTISTÆ, Solemne II. Ordinis, cum Octavâ.

De Octavâ, *Semiduplex*.

De Octavâ, *Semiduplex* : cum commemor. SS. Joannis & Pauli, Romæ Martyr. c. ann. 362.

Irenæi, Lugdunensis Episcopi & Doctores, & Sociorum ejus, Martyrum, *Semiduplex*. c. ann. 202. cum commemor. Octavæ.

Vigilia SS. Apostolorum Petri & Pauli, cum jejunio. cum commemor. Octavæ sancti S. Joannis Baptistæ.

PETRI & PAULI, Apostolorum, Solemne II. Ordinis : ann. 66. vel 67. cum commemor. de Octavâ S. Joann.

Commemoratio S. Pauli, Apostoli, *Duplex* I. Ordinis : cum commemor. S. Petri Apost. Octavæ S. Joann. & S. Martialis, Lemo- vicensis Episcopi, iii. sec.

## JULIUS.

xxvj	g	Cal.	1
25. xxv	A	vj	2
xxiv	b	v	3
xxiiij	c	iiii	4
xxij	d	iiij	5

Octava Nativitatis sancti Joannis Baptistæ, *Duplex* II. Ordinis : cum commemor. Octavæ SS. Apostolorum.

Visitatio B. Mariæ, Virginis, Solemne III. Ordinis : cum commemor. Octavæ SS. Apost.

De Octavâ SS. Apostolorum Petri & Pauli, *Semiduplex*.

De Octavâ SS. Apostolorum, *Semiduplex*.

De Octavâ SS. Apostolorum, *Semiduplex*.

# JULIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xxj	e	Prid.	6 Octavâ S.S. Apostolorum Petri & Pauli; <i>Duplex II. Ordinis.</i>
(xx	f	Non	7
xix	g	viii	8
xviii	A	vii	9
xvii	b	vi	10 Septem Fratrum, ac S. Felicitatis eorum matris, Romæ Martyrum, <i>Simplex</i> : (è 23. Novemb.) cir. ann. 164. cum <i>commem.</i> S.S. Rufinæ & Secundæ, Martyrum, ann. 252.
xvj	c	v	11 Benediæti, Cassinensis Abbat. (è 21. Mart.) <i>Duplex II. Ordinis</i> : ann. 543. Translatio hâc die: c. ann. 653.
xv	d	iv	12
xiv	e	iii	13 Sylæ, socii Apostoli Pauli, <i>Simplex</i> : 1. f.
xiii	f	Prid.	14 Bonaventuræ, Albanensis Episcopi & Doct. <i>Semid.</i> ann. 1274.
xii	g	Idib.	15 Jacobi, Episcopi Nisibeni, <i>Semiduplex</i> : 1v. f.
xi	A	xvi	16 Henrici, Imperatoris, Justi, <i>Semiduplex</i> : ann. 1024.
x	b	xv	17 Sperati & Sociorum ejus Martyrum, <i>Sim- plex</i> : ann. 200.
ix	c	xv	18 Thomæ Aquinatis, Doctores, (è 7. Mart.) <i>Duplex II. Ordinis</i> : ann. 1274. <i>Canonis- fatio hâc die</i> : ann. 1333. cum <i>commemor.</i> S. Symphoræ & septem Filiorum ejus Martyrum.
viii	d	xiv	19 Vincentii à Paulo, Presbyt. Congr. Missionis Fundat. <i>Duplex II. Ordinis</i> : ann. 1660. cum <i>commem.</i> S. Arsenii Diaconi, Ana- choretæ, an. 445.
vii	e	xiii	20
vi	f	xii	21 Victoris, Martyr. <i>Simpl.</i> cir. ann. 290.
v	g	xi	22 Mariæ Magdalenes, <i>Duplex II. Ordinis</i> : 1. sec.
iv	A	x	23
iii	b	ix	24
ii	c	viii	25 Jacobi (Zebedæi) Apostoli, <i>Duplex I. Ordinis</i> : ann. 44.
i	d	vii	26 Joachim & Annæ parentum B. Mariæ, Vir- ginis, <i>Duplex I. Ordinis.</i>
*	e	vi	27
xxix	f	v	28 Nazarii & Celsi, Mediolan. Martyr. 1. vel 11. f. <i>Simpl.</i>
xxviii	g	iv	29 Lazari, (è 17. Decemb.) Marthæ, (è 17. Octob.) & Mariæ (è 17. Mart.) sororum ejus, Christi hospitem: <i>Duplex II. Or- dinis</i> : 1. f. cum <i>commem.</i> sancti Lupi, Trecensis Episcopi, c. ann. 479.
xxvii	A	iii	30 Germani, Autissiodorensis Episcopi, <i>Simpl.</i> ann. 448. cum <i>commem.</i> S.S. Abdon & Sennen, Martyrum, ann. 250.

Cycl. Litt. Dies  
 Epact. Dom. Mensis.  
 25. xxvj b Prid. 31

## JULIUS.

Ignatii Loyolæ, Presbyt. Institut. Societat.  
 Jesu, *Semiduplex* : ann. 1556.

## AUGUSTUS.

xxv. xxiv	c	Cal.	1	Petri ad Vincula, <i>Duplex II. Ordinis</i> : ann. 44. cum <i>commem.</i> S. Felicis, Mart. ann. 304.
xxiii	d	iv	2	Stephani, Papæ & Martyris, <i>Simplex</i> : ann. 257.
xxij	e	iiij	3	Inventio Corporis S. Stephani, Protomart. <i>Semid.</i> ann. 415. cum <i>commem.</i> Septem Fratrum Machabæorum, & eorum Mar- tris, Martyr. c. ann. 167. ante Christ.
xxj	f	Prid.	4	Dominici, Presbyt. Instit. Ordinis Fratrum Prædicat. <i>Duplex II. Ordinis</i> : ann. 1221. (è 6.)
xx	g	Non	5	
xix	A	viiij	6	Transfiguratio Domini, <i>Solemne III. Ordinis</i> . ann. 32. cum <i>commemor.</i> S. Sixti, Papæ & Martyr. ann. 258.
xviii	b	vij	7	Iusti & Pastoris, Martyrum Complur. <i>Semid.</i> c. ann. 282.
xvij	c	vj	8	
xvj	d	v	9	
xv	e	iiii	10	Laurentii, Diaconi & Martyris, <i>Duplex I.</i> <i>Ordinis</i> : ann. 258.
xiv	f	iiij	11	
xiii	g	Prid.	12	Claræ, Virginis, Clariss. Abbatissæ, <i>Semi- duplex</i> : 1253.
xij	A	Idib.	13	Radegundis, Francorum Regina, Viduæ ; <i>Semiduplex</i> : ann. 587.
xj	b	xix	14	Vigilia, cum <i>jejunio</i> .
x	c	xviii	15	<b>ASSUMPTIO B. Mariæ Virginis</b> , <i>Solemne I. Ordinis</i> : 1. sec. Nona Lectio Officii Nocturni, pro <i>commem.</i> de voto Ludov. XIII.
ix	d	xvij	16	De Octavâ Assumpt. <i>Semid.</i> cum <i>commem.</i> sancti Rochi, apud Montem Pessulanum, Laici, c. ann. 1327.
viii	e	xvj	17	De Octavâ Assumptionis B. Mariæ Virginis, <i>Semiduplex</i> .
vij	f	xv	18	De Octavâ Assumpt. <i>Semid.</i>
vj	g	xiiii	19	Ludovici, Episc. Tolos. <i>Duplex II. Ordinis</i> : c. fin. xiii. c. cum <i>comm.</i> Oct. Assumpt.
v	A	xiii	20	Bernardi, primi Claravallensis Abbatis, & Ecclesiæ Doctoris, <i>Duplex II. Ordinis</i> : ann. 1153. cum <i>commem.</i> Octavæ.
iv	b	xii	21	De Octavâ Assumpt. <i>Semiduplex</i> .

# AUGUSTUS.

Cycl. Epact.	Litt. Doim.	Dies Mensis.	
iiij	c	xj	22
ij	d	x	23
j	e	ix	24
*	f	viiij	25
xxix	g	vij	26
xxviii	A	vj	27
xxvij	b	v	28
xxvj	c	iv	29
25. xxv	d	iiij	30
xxiv	e	Prid.	31

Octava Assumptionis B. Mariæ Virginis, *Duplex I. Ordinis.*  
 Helenæ Imperatoris, Viduæ, *Semi-duplex* : ann. 328. (è 18.)  
 Bartholomæi, Apostoli, *Duplex I. Ordinis* : 1. sec.  
 Ludovici IX. Regis Franciæ, *Duplex II. Ordinis* : ann. 1270.  
 Genesii, Romani Martyris, *Semiduplex*, (è 25.) ann. 285.  
 Cæsarii, Arelatensis Episcopi & Doctoris, *Semiduplex* : ann. 542.  
 Augustini, Hipponensis Episcopi & Ecclesiæ Doctoris, *Duplex II. Ordinis* : ann. 430. cum *commem.* sancti Juliani, Brivatenfis Martyris, c. ann. 304.  
 Decollatio S. Joannis-Baptistæ, *Duplex I. Ordinis* : ann. 32.  
 Raymundi Nonnati, Presbyteri, *Simplex* : ann. 1240.

# SEPTEMBER.

xxiiij	f	Cal.	1
xxij	g	iv	2
xxj	A	iiij	3
xx	b	Prid.	4
xix	c	Non	5
xviiij	d	viiij	6
xvij	e	vij	7
xvj	f	vj	8
xv	g	v	9
xiv	A	iv	10
xiij	b	iiij	11
xij	c	Prid.	12
xj	d	Idib.	13
x	e	xviiij	14

Lupi, Senonensis Episcopi, *Semiduplex* : ann. 628. cum *commemor.* sancti Ægidii, Abbatis in Occitania, c. ann. 547.  
 Antonini, Martyris, Apamiensium Patroni, *Simplex* : 111. sec.  
 Gregorii Magni, Papæ & Ecclesiæ Doctoris, *Duplex II. Ordinis* : ann. 604. (è 12. Mart.) *Ordinatio* hac die, ann. 590.  
 Laurentii Justiniani, Venet. Patriarchæ, *Simplex* : ann. 1455.  
 Clodoaldi, Presbyt. *Simplex* : ann. 568.  
**NATIVITAS B. MARIE VIRGINIS,** *Solemne II. Ordinis.*  
 De Octavâ Nativitatis B. M. V. *Semiduplex.*  
 De Octavâ Nativitatis B. Mariæ Virginis, *Semiduplex* : cum *commem.* S. Salvii, Albig. Episcopi, ann. 584.  
 De Octavâ Nativitatis B. M. V. *Semid.*  
 Exaltatio sanctæ Crucis, (imperante Constantino, ann. 326. vel 327. imperante Heraclio, ann. 629.) *Duplex I. Ordinis* : cum

Cycl. Litt. Dies  
Epaçt. Dom. Menſis.

## SEPTEMBER.

Cycl. Epaçt.	Litt. Dom.	Dies Menſis.	
			<i>commem. Octav. Nativit. B. Mariæ Virgin. &amp; S. Cornelii, Papæ &amp; Mart. ann. 251. Feriâ iv. vi. &amp; Sabbato poſt Feſtum Exaltationis S. Crucis, celebrantur jejunia Quatuor Temporum.</i>
(ix viii)	f g	xvii xvi	15 16 <i>Octavâ Nativit. B. M. V. Duplex II. Ordinis. Camellæ, Virginis &amp; Martyris, Duplex I. Ordinis: xii. ſec.</i>
vii	A	xv	17 <i>Cypriani, Carthaginenſis Episcopi Eccleſiæ Doctõris &amp; Mart. Semiduplex: ann. 258.</i>
vi v	b c	xiv xiii	18 19 <i>Januarii, Benevent. Episcopi &amp; Sociorum ejus, Martyrum, Simplex: iv. ſec.</i>
iv iii	d e	xij xi	20 21 <i>Matthæi, Apoſtoli &amp; Evangeliftæ; Duplex I. Ordinis: i. ſec.</i>
ij i	f g	x ix	22 23 <i>Theclæ, Virgin. &amp; Martyris, Simplex: c. fin. i. f. cum commem. S. Lini, Papæ &amp; Martyris, c. ann. 78.</i>
* xxi.	A b	viii vii	24 25 <b>MAURICII ET SOCIORUM EJUS MARTYRUM, ECCLESIAE CATHEDRALIS ET TOTIUS DIŒCESIS PATRONORUM, Solemne I. Ordinis: ann. 286. (è 22. ne occurrat in Feriis Quatuor Temporum.)</b>
xxviii xxvii	c d	vi v	26 27 <i>De Octavâ, Semiduplex. De Octavâ, Semiduplex: cum commem. SS. Coſmæ &amp; Damiani, Fratrum Martyrum, iv. ſec.</i>
[25. xxv]	e	iv	28 <i>Exuperii, Tolofani Episcopi, Duplex II. Ordinis: v. f. cum commem. Octavæ.</i>
xxv. xxiv	f	iii	29 <i>Michaelis Archangeli, &amp; Omnium Angelorum, Solemne III. Ordinis. Hoc Feſtum in Apulia ſumpſit exordium v. vel vi. ſec. commem. Octavæ.</i>
xxiii	g	Prid.	30 <i>Hieronymi, Presbyt. &amp; Eccleſiæ Doctõris, Duplex II. Ordinis: ann. 420. cum commem. Octavæ.</i>

## OCTOBER.

xxij xxj	A b	Cal. vi	1 2 <i>De Octavâ, Semiduplex. Octava SS. Mauricii &amp; Sociorum Martyr. Duplex I. Ordinis.</i>
xx	c	v	3 <i>Angelorum Custodum, Duplex I. Ordinis. Hoc Feſtum Pariſ. inſtit. ann. 1680. cum commemor. S. Dionyſii Areopagitæ, Athenarum Episcopi &amp; Mart. c. fin. i. ſec.</i>

# OCTOBER.

Cycl. Epact.	Litr. Dom.	Dies Mensis.	
xix	d	iv	4 Francisci, Assisnatis in Umbria, Cœnobitæ, Institut. Ordin. Fratrum Minorum, <i>Semiduplex</i> : ann. 1226.
xviii	e	iiij	5 Remigii, Remensis Episcopi, (è 13. Jan.) <i>Semiduplex</i> : ann. 533.
xvii	f	Prid.	6 Brunonis, Monachi, Instit. Ordin. Carthusianorum, ann. 1101. <i>Semid. cum comm.</i> S. Fidis, Aginensis Virginis & Martyr. ann. 287. vel 290.
xvi	g	Non	7 <i>Dominica II. Octobris, fit ANNIVERSARIUM DEDICATIONIS ECCLESIE CATHEDRALIS</i> , ann. 1506. ☉ <i>Omnium Ecclesiarum totius Diœcesis.</i> Solemne II. Ordinis: <i>cum Octava.</i>
xv	A	viiij	8
xiiii	b	vij	9 Dionysii, Parisiensis Episcopi & Sociorum Martyrum, <i>Semiduplex</i> : 111. sec.
xiii	c	vj	10
xii	d	v	11
xi	e	iiii	12
x	f	iiij	13 Geraldii, Comitum Aureliacensis, Laici; <i>Simplex</i> : ann. 909.
ix	g	Prid.	14
viii	A	Idib.	15 Theresiæ, Virginis, Instauratricis Ordin. Carmel. <i>Semiduplex</i> : ann. 1582. <i>cum commem.</i> S. Bertrandi, Conventuarum Episcopi, ann. 1120.
vii	b	xvii	16 Gauderici Agricola, <i>Solemne II. Ordinis</i> : 1x. f.
vi	c	xvi	17 De Octavâ S. Gauderici, <i>Semiduplex.</i>
v	d	xv	18 Lucæ, Evangelistæ, <i>Duplex I. Ordinis</i> : 1. sec. <i>cum commem.</i> Octavâ.
iiii	e	xiiii	19 De Octavâ, <i>Semiduplex.</i>
iii	f	xiii	20 De Octavâ S. Gauderici, <i>Semiduplex</i> : <i>cum commem.</i> S. Caprasii, Martyris Aginensis, c. fin. 111. sec.
ii	g	xii	21 De Octavâ, <i>Semid. cum commem.</i> S. Hilariionis, Abbatis, ann. 371. & SS. Ursulæ, & Sociarum, Virg. & Mart. c. med. v. f.
i	A	xi	22 De Octavâ S. Gauderici, <i>Semiduplex.</i>
*	b	x	23 Octava & Translatio S. Gauderici, <i>Duplex II. Ordinis.</i>
xxix	c	ix	24
xxviii	d	viii	25 Crispini & Crispiniani Fratrum, Sueffionensium Martyr. <i>Simplex</i> : cir. fin. 111. sec.
xxvii	e	vij	26 Revelatio SS. Mauricii & Sociorum ejus Martyrum, <i>Duplex I. Ordinis.</i>
xxvi	f	vj	27
z5. xxv	g	v	28 Simonis & Judæ, Apostolorum, <i>Duplex. I. Ordinis</i> : 1. f.
xxiv	A	iiii	29

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	OCTOBER.
xxiij	b	iiij	30 Marcelli, Centurionis Martyris, <i>Simplex</i> & c. ann. 298.
xxij	c	Prid.	31 Vigilia, cum jejunio.

## NOVEMBER.

[xxj]	d	Cal.	1 <i>OMNIUM SANCTORUM, Solemne I. Ordinis.</i> Institut. 1x. sec.
xx	e	iv	2 Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum, <i>Duplex I. Ordinis.</i> Institut. ann. 998.
xix	f	iiij	3 De Octavâ Omnium Sanctorum, <i>Semiduplex cum commem.</i> S. Papuli, Martyr. 111. sec. (Nisi fiat Commemoratio Fidelium Defunctorum.)
xviiij	g	Prid.	4 Caroli, Mediolanensis Episcopi & Cardin. (è 3.) <i>Duplex II. Ordinis:</i> an. 1584. cum <i>commemor.</i> Octavâ Omnium Sanctorum, & sancti Amantii, Ruthenensis Episcopi, v. f.
xviij	A	Non	5
xvj	b	viiij	6
xv	c	vij	7
xiv	d	vj	8
xiiij	e	v	9
xij	f	iv	10 } De Octavâ Omnium SS. <i>Semiduplex.</i>
xj	g	iiij	11 Leonis Magni, Papæ & Ecclesiæ Doctoris, <i>Duplex II. Ordinis:</i> ann. circiter 461.
x	A	Prid.	12 Martini, Turonensis Episcopi, <i>Duplex I. Ordinis:</i> ann. 397.
ix	b	Idib.	13 Martini, Papæ & Martyris, <i>Simplex:</i> ann. 655. (è 16. Sept.)
viiij	c	xviiij	14
vij	d	xvii	15
vj	e	xvj	16
v	f	xv	17
iv	g	xiv	18
iiij	A	xiiij	19
ij	b	xij	20
j	c	xj	21
*	d	x	22

Præsentatio B. Mariæ Virginis, *Solemne III. Ordinis.*  
 Cecilie, Virginis & Martyris, *Semiduplex* & II. vel III. sec.

Cycl. Epaēt.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xxix	e	ix	23 Clementis, Papæ & Martyris, <i>Semiduplex</i> : ann. 100.
xxviii	f	viii	24
xxvii	g	vii	25 Catharinæ, Alexandrinæ Virgin. & Martyr. <i>Semiduplex</i> : 1v. sec. cum <i>commem.</i> sancti Chrylogoni, Rom. Mart. an. 304.
as. xxvj	A	vj	26 Petri, Alexandrini Episc. & Mart. <i>Simplex</i> : ann. 311.
xxv. xxiv	b	v	27 <i>Prima Sedes Adventus.</i>
xxiii	c	iv	28
xxii	d	iii	29 Saturnini, Tolosani Episcopi & Martyris, <i>Solemne III. Ordinis</i> : 111. f.
xxj	e	Prid.	30 Andrea, Apostoli, <i>Duplex I. Ordinis</i> : 1. f.

## DECEMBER.

xx	f	Cal.	1 Eligii, Noviomensis Episcopi, <i>Simplex</i> : ann. 659. (è 30. Nov.)
xix	g	iv	2
xviii	A	iii	3 Francisci Xaverii, Presbyt. è Societ. Jesu, Indiarum Apostoli, <i>Semidupl.</i> an. 1552. <i>Ultima Sedes Adventus.</i>
xvii	b	Prid.	4 Petri Chrysologi, Ravennensis Episcopi & Doctores, <i>Semiduplex</i> : c. med. v. f.
xvj	c	Non	5
xv	d	viii	6 Nicolai, Mirensis Episcopi, <i>Semiduplex</i> : ann. 310.
xiv	e	vii	7 Ambrosii, Mediolanensis Episcopi & Eccles. Doctoris, <i>Duplex II. Ordinis</i> : ann. 397. (è 4. Apr.) Ordinato hac die 374.
xiii	f	vj	8 <i>CONCEPTIO B. MARIE VIRGINIS</i> , <i>Solemne II. Ordinis.</i>
xj	g	v	9 De Octavâ Concept. B. M. V. <i>Semiduplex.</i>
xj	A	iv	10 De Octavâ Concept. B. M. V. <i>Semiduplex.</i>
x	b	iii	11 Pauli, primi Narbonensis Episcopi, <i>Semi- duplex</i> : 111. f. cum <i>commemor.</i> Octavæ Conceptionis B. M. V.
ix	c	Prid.	12 Damasi, Papæ, <i>Semiduplex</i> : ann. 384. cum <i>commemor.</i> Octavæ Conceptionis B. M. V.
viii	d	Idib.	13 De Octavâ Conceptionis B. M. V. <i>Semidupl.</i> cum <i>commemor.</i> S. Lucie, Syracusanæ Virg. & Mart. init. 1v. sec.
vij	e	xix	14 De Octavâ Concept. B. M. V. <i>Semiduplex.</i>
vj	f	xviii	15 Octava Conceptionis B. M. V. <i>Duplex II. Ordinis.</i>

# DECEMBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
v	g	xvij	16
iv	A	xvj	17
iiij	b	xv	18
ij	c	xiv	19
j	d	xiiij	20
*	e	xij	21
xxix	f	xj	22
xxviiij	g	x	23
xxvij	A	ix	24
xxvj	b	viiij	25
25. xxv	c	vij	26
xxiv	d	vj	27
xxiiij	e	v	28
xxij	f	iv	29
xxj	g	iiij	30
* 19. xx	A	Prid.	31

Thomæ, Apostoli, *Duplex I. Ordinis* : 1. f.

*Vigilia Natalis Domini, cum jejunio. Si dies 25. 26. 27. aut 28. incidant in Dominicam, illis diebus nihil fit de Dominica, sed tunc de Dominica intrâ Octavam Natalis Domini, fit Officium ritus Semiduplici die 30. sine Commemoratione Octavæ, ut notatur in Proprio.*

**NATALE DOMINI, Solemne I. Ordinis. STEPHANI, DIACONI, PROTOMARTYRIS, Duplex I. Ordinis** : finiente ann. 33. cum *commem.* Octavæ Nativitatis Domini.

**JOANNIS, Apostoli & Evangelistæ, Duplex I. Ordinis.** initio 11. f. cum *comm.* Octav. Nativit. Domini.

**Innocentium Martyrum, Duplex II. Ordinis:** cum *commem.* Octav. Nativit. Domini.

De Octavâ Natalis Domini, *Semiduplex* cum *commem.* S. Thomæ, Cantuariensis Episcopi & Martyris, ann. 1170.

De Octavâ Natalis Domini, *Semiduplex.* De Octavâ Natalis Domini, *Semiduplex* : cum *commem.* S. Sylvestri, Papæ, an. 335.

\* Hæc Epacta 19. numquam est in usu, nisi quando eodem anno concurrit cum aureo numero xix.



**DUPLICIA II. ORDINIS.**

Dominicæ per annum superius non memoratæ.

Octavæ Solemnium secundi Ordinis quæ non sunt Domini.

Festum Compassionis B. M. V.

Festa quibus in Calendario apponuntur hæc voces, *Duplex II. Ordinis.*

**SEMIDUPLICIA.**

Dies intrâ Octavas, exceptis diebus II. & III. intrâ Octavas Paschæ & Pentecostes.

¶ *Dies intrâ dictas Octavas Paschæ & Pentecostes nulli cedunt Festo. Dies verò aliarum Octavarum tam Solemnium I. Ordinis, quàm Solemnium Domini II. Ordinis non admittunt nisi Duplicia & supra. Intrâ Octavas Solemnium II. Ordinis quæ non sunt Domini, fit Officium de Semiduplici.]*

Festa quibus in Calendario apponitur hæc vox, *Semiduplex.*

**DOMINICÆ PRIVILEGIATÆ** quæ excludunt quacumque Festa etiam Solemnia I. Ordinis.

Dominica prima Adventûs.

Prima Quadragesimæ.

Passionis.

Palmarum.

Paschæ.

In Albis depositis.

Pentecostes.

Prima post Pentecosten, in qua fit Officium de SS. Trinitate.

**DOMINICÆ PRIVILEGIATÆ** quæ admittunt Solemnia I. & II. Ordinis.

Secunda }  
Tertia } Adventûs.  
Quarta }

Dominicæ in }  
} Septuagesima.  
} Sexagesima  
} & Quinquagesima.

Secunda }  
Tertia } In Quadragesima.  
Quarta }

**DOMINICÆ** in quibus fit de Duplicibus primi Ordinis & supra.

Reliquæ Dominicæ per annum.

**FERIÆ MAJORES PRIVILEGIATÆ** quæ nunquam omittuntur.

Vigilia Nativitatis Domini.

Feria quarta Cinerum.

Feriæ Majoris Hebdomadæ.

Vigilia Pentecostes.

**FERIÆ MAJORES** in quibus fit de Duplici I. Ordinis & supra, non verò nisi Commemoratio de Semiduplici.

Feriæ omnes non privilegiatæ intrâ Quadragesimam.

Feriæ Quatuor-Temporum.

Feriæ Rogationum.

Vigiliæ non privilegiatæ, etiam anticipatæ.

**FERIÆ MAJORES** in quibus fit de Semiduplici occurrente, non verò nisi Commemoratio de Simplicibus.

Feriæ Adventûs.

Feria VI. post Octavam Ascensionis.

---

Ante Orationem præpara animam tuam, & noli  
esse quasi homo qui tentat Deum.

*Ecclesiastici XVIII. 27.*

---

*Ante recitationem Officii  
divini*

*Oratio.*

**A** Peri, Dómine, os meum,  
ad benedicendum nomen  
sanctum tuum : munda quo-  
que cor meum, ab ómnibus  
vanis, perversis & aliénis cog-  
itationibus ; intellectum il-  
lúmina, affectum inflamma :

ut attentè, reverenter & devò-  
tè, hoc Officium recitare vá-  
leam, & exaudiri mérear ante  
conspéctum divínæ majestátis  
tuæ ; Per Christum Dóminum  
nostrum.

Dómine, in unióne divínæ  
illius intentiónis quâ ipse in  
terris laudes Deo persolvisti,  
has tibi Horas persolvo.

PSALTERIUM

# T A B U L A

*Continens Officiorum gradus & diversitatem.*

SOLEMNE I. ORDINIS.	}	DUPLEX I. ORDINIS.	} Simplex.
SOLEMNE II. ORDINIS.		DUPLEX II. ORDINIS.	
SOLEMNE III. ORDINIS.		Semiduplex.	

## SOLEMNIA I. ORDINIS.

Natale Domini.  
 Annuntiatio & Incarnatio Domini.  
 Pascha.  
 Pentecostes.  
 Assumptio B. Mariæ Virginis.  
 Festum SS. Mauricii & Sociorum, Ecclesiæ Cathedralis & Diœcesis Patronorum.  
 Festum Omnium Sanctorum.  
 Festum principale Patroni primarii, seu titularis Ecclesiæ.  
 Ipsa dies Consecrationis, seu Dedicacionis Ecclesiæ.

## SOLEMNIA II. ORDINIS.

Circumcisio Domini.  
 Epiphania Domini.  
 Præsentatio Domini & Purificatio B. Mariæ Virginis.  
 Ascensio Domini.  
 Festum SS. Trinitatis.  
 Festum Corporis Christi, seu SS. Sacramenti Eucharistiæ.  
 Nativitas B. Mariæ Virginis.  
 Conceptio B. Mariæ Virginis.  
 Nativitas S. Joannis Baptistæ.  
 Natale SS. Petri & Pauli, Apostolorum.  
 Festum S. Gauderici Agricolæ.  
 Dies Anniversarius Dedicacionis Ecclesiæ.

## SOLEMNIA III. ORDINIS.

Inventio S. Crucis.  
 Festum Visitationis B. Mariæ Virginis.  
 Transfiguratio Domini.  
 Festum sancti Michaëlis Archangeli, & omnium Angelorum.  
 Festum Præsentationis B. M. Virginis.

## Festum S. Saturnini.

## DUPLICIA I. ORDINIS.

Dominica I. Adventus.  
 Dominica Palmarum.  
 Dominica in Albis depositis.  
 Feriæ II. & III. Paschæ, II. & III. Pentecostes.  
 Dies Octavæ omnium Solemnium primi Ordinis, & Solemnium Domini secundi Ordinis.

## Exaltatio S. Crucis.

Natale S. Stephani Protomartyris.

Festa Apostolorum & Evangelistarum, excepto Natali Sanctorum Petri & Pauli, qui est Solemne II. Ordinis.

Demum omnia Festa quibus in Calendario apponuntur hæ voces, *Duplex I. Ordinis.*

# PSALTERIUM

## DISPOSITUM

### PER HEBDOMADAM.

#### PARS ÆSTIVA.

#### DOMINICA

#### AD OFFICIUM NOCTURNUM.

*Ante Officium Nocturnum dicitur secretò :*

**P**ater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum : advéniat regnum tuum : fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra : panem nostrum quotidianum da nobis hódie : & dimitte nobis débita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris : & ne nos indúcas in tentationem ; sed libera nos à malo. Amen.

**A**ve, María, grátia plena, Dóminus tecum : benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Jesus.

Sancta María, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

**C**redo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ : Et in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dóminum nostrum : qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex María Virgine : passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, & sepultus :

*MIR. Pars Æst.*

descendit ad ínferos : tértia die resurrexit à mórtuis : ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis : inde venturus est judicare vivos & mórtuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiám catholicá, Sanctórum, communionem remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam. Amen.

*Deinde altâ voce dicitur :*

**D**omine, lábia mea apéries : *R.* Et os meum annuntiábit laudem tuam. *Pf. 50.*

*ÿ.* Deus, in adjutórium meum intende : *R.* Dómine, ad adjuvandum me festina. *Pf. 69.*

Glória Patri, & Filio, & Spiritui sancto ; Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sécula seculórum. Amen. Alleluia.

*Sic dicitur Alleluia, etiam ad alias Horas.*

*Inv.* Dóminum qui fecit nos, \* Veníte, adorémus.

*A*

Repetitur, Dóminum qui fecit nos, \* Venite, adorémus.

PSALMUS 94.

*Christus Rex; ipsi párendum.*

**V**enite, exultémus Dómino, jubilémus Deo salutarî nostro: præoccupémus faciem ejus in confessiõne, & in psalmis jubilémus ei.

Dóminum qui fecit nos, \* Venite, adorémus.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & rex magnus super omnes deos: quóniam non repellit Dóminus plebem suam: quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, & altitudines mόνtium ipse cónspicit.

\* Venite, adorémus.

Quóniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & áridam fundavérunt manus ejus: venite, adorémus, & præcidámus ante Deum: plorémus coram Dómino qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster; nos autem pópulus ejus, & oves páscuæ ejus.

Dóminum qui fecit nos, \* Venite, adorémus.

Hódie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatiõne, secundum diem tentatiõnis in deserto, ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt & vidérunt ópera mea.

\* Venite, adorémus.

Quadragintá annis próximus fui generatiõni huic, & dixi: Semper hi errant corde; ipsi verò non cognovérunt vias meas, quibus jurávi in ira mea, si introibunt in réquiem meam.

Dóminum qui fecit nos, \* Venite, adorémus.

Glória Patri, & Filio, & Spirítui sancto: Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sécula seculórum. Amen.

\* Venite, adorémus. *Repetitur*, Dóminum qui fecit nos, \* Venite, adorémus.

*Hymnus.*

**D**IE dierum príncipe Lux è tenébris éruta:

Christus sepulcri cárcere, Lux vera mundi, pródiit.

Et mors, & horrendum chaos Vocem jubentis áudiunt: Nos furdiores, ó pudor! Deo pigébit óbsequi?

UMBRIS sepulta dum stupet Natúra, lucis filii Surgámus, & noctem piis Exerceámus cánticis.

LEGEM, prophétas, & sacro Psálmos calentes lúmine, Profána dum silent loca, Divína templa pérsonent.

CÆLESTIS hæc vincat tuba Cordis sopórem lánguidi, Novique mores éxprimant Viram resurgentis novam.

HOC consequémur, te duce, Fons caritátis, ó deus, Qui legis addis líteræ Vitæ datórem Spirítum.

SIT laus, Patri, laus Filio; Par sit tibi laus Spirítus, Afflante quo mentes sacris Lucent & ardent ígnibus.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

*Ant. 3. a. Beátus vir.*

*Astericus hic \* notat meditationem & pausam.*

PSALMUS I.

*Beatitudo justorum, malorum calamitas.*

**B**Eátus vir qui non ábiit in consilio impiórum, & in via peccatórum

non stetit, \* & in cathedra pestilentia non fedit:

Sed in lege Domini voluntas ejus, \* & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum; \* quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et folium ejus non defluet: \* & omnia quaecumque faciet, prosperabuntur

Non sic impii, non sic: \* sed tanquam pulvis quem projicit ventus a facie terræ.

Ideo non resurgent impii in iudicio, \* neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum, \* & iter impiorum peribit.

Glória Patri, & Filio, \* & Spiritui sancto:

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, \* & in secula seculorum. Amen.

*Hi versus Glória, & Sicut erat, dicuntur in fine Psalmorum, Divisionum & Canticorum, nisi aliter notetur.*

*Ant.* Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum; sed in lege Domini meditabitur die ac nocte.

*Ant.* 4. E. Servite Domino.

PSALMUS 2.

*Christo frustra principes populi adversantur.*

**Q**uare fremuerunt gentes, \* & populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum \* adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum, \* & projiciamus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in caelis, iridebit eos, \* & Dominus subfannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, \* & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me: \* Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, \* & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga færra, \* & tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc, reges, intelligite: \* erudimini, qui iudicatis terram.

Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, \* & pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, \* beati omnes qui confidunt in eo.

*Ant.* Servite Dño in timore, & exultate ei cum tremore.

*Ant.* 8. G. Dicunt.

PSALMUS 3.

*Pia Justi in pænis querimonia.*

**D**omine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? \* multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ: \* Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Domine, sus-

ceptor meus es, \* glória mea, & exaltans caput meum.

Voce meâ ad Dóminum clamávi, \* & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, & soporátus sum: \* & exurrexi, quia Dóminus suscépit me.

Non timébo millia pópuli circumdantis me: \* exurge, Dómine; salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa; \* dentes peccatórum contrivisti.

Dómini est salus; \* & super pópulum tuum benedíctio tua.

*Ant.* Dicunt ánima meæ: Non est salus ipsi in Deo ejus; tu autem, Dómine, susceptor meus es.

̄. Memor fui nocte nómínis tui, Dómine; r. Et custodívi legem tuam. *Pf.* 118.

*Post Versiculum cujuslibet Nocturni, dicitur secretò: Pater noster. Altá voce: ̄.* Et ne nos indúcas in tentatió-nem; r. Sed libera nos à malo.

*Absolutiones & Benedíct. habentur post Psalterium.*

*Lectiones cum Responsoriis, ut in Proprio.*

## IN II. NOCTURNO.

*Ant.* 6. Diligam te.

PSALMUS 17.

*Gratiarum actio, pro victoriâ de Christi & Ecclesia inimicis habitâ.*

**D**iligam te, Dómine, fortitúdo mea: \* Dóminus firmamentum meum, & refúgium meum, & liberátur meus.

Deus meus, adjútor meus, \* & sperábo in eum.

Protector meus, & cornu salutis meæ, \* & susceptor meus.

Laudans invocábo Dóminum; \* & ab inimicis meis salvus ero.

Circumdederunt me dolóres mortis: \* & torrentes iniquitátis conturbaverunt me.

Dolóres inferni circumdederunt me: \* præoccupaverunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, \* & ad Deum meum clamávi.

Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam: \* & clamor meus in conspectu ejus introívit in aures ejus.

Commóta est, & contrémuit terra: \* fundamenta móntium conturbáta sunt, & commóta sunt; quóniam irátus est eis.

Ascendit fumus in ira ejus, & ignis à facie ejus exarsit: \* carbónes succensí sunt ab eo.

Inclinávit cælos, & descendit: \* & caligo sub pedibus ejus.

Et ascendit super Chérubim, & volávit: \* volávit super pennas ventórum.

Et pósuit ténébras latibulum suum; in circúitu ejus tabernáculum ejus: \* tenebrósa aqua in núbibus áeris.

Præ fulgóre in conspectu ejus nubes transférunt, \* grando & carbónes ignis.

Et intónuit de cælo Dóminus, & Altíssimus dedit vocem suam: \* grando & carbónes ignis.

Et misit sagittas suas, &

dissipavit eos : \* fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.

Et apparuerunt fontes aquarum, \* & revelata sunt fundamenta orbis terrarum.

Ab increpatione tua, Domine, \* ab inspiratione spiritus irae tuae.

*Ant.* Diligam te, Domine, fortitudo mea, firmamentum meum, & refugium meum.

*Ant.* 4. A. Ero immaculatus.

*Divisio Psalmi 17.*

**M**isit de summo ( Domini- nus, ) & accepit me, \* & assumpsit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me : \* quoniam confortati sunt super me.

Prævenérunt me in die afflictionis meae ; \* & factus est Dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudinem : \* salvum me fecit, quoniam voluit me.

Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, \* & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

Quia custodivi vias Domini, \* nec impiè gessi à Deo meo.

Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo, \* & justitias ejus non repuli à me.

Et ero immaculatus cum eo, \* & observabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, \* & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus.

Cum sancto sanctus eris, \* & cum viro innocente innocens eris ;

Et cum electo electus eris, \* & cum perverso pervertèris.

Quoniam tu populum humilem salvum facies, \* & oculos superborum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine : \* Deus meus, illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar à tentatione ; \* & in Deo meo transgrediar murum.

*Ant.* Ero immaculatus cum Deo meo, & observabo me ab iniquitate mea.

*Ant.* 7. a. Dextera tua.

*Altera divisio Psalmi 17.*

**D**eus meus, impolluta via ejus ; eloquia Domini igne examinata : \* protector est omnium sperantium in se.

Quoniam quis Deus præter Dominum ? \* aut quis Deus præter Deum nostrum ?

Deus qui præcinxit me virtute, \* & posuit immaculatam viam meam.

Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum, \* & super excelsa stans me ;

Qui docet manus meas ad prælium : \* & posuisti, ut arcum æreum, brachia mea,

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ : \* & dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finem : \* & disciplina tua ipsa me docèbit.

Dilatasti gressus meos subtus me, \* & non sunt infirmata vestigia mea.

Perssequar inimicos meos, & comprehendam illos : \* & non convertar donec deficiant.

Confringam illos, nec poterunt stare: \* cadent subtus pedes meos.

Et præcinxisti me virtute ad bellum, \* & supplantasti insurgentes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, \* & odientes me disperdidisti.

Clamaverunt, nec erat qui salvos faceret; \* ad Dominum, nec exaudivit eos.

Et comminuum eos ut pulverem ante faciem venti: \* ut lutum platearum delebo eos.

Eripies me de contradictionibus populi: \* constitues me in caput gentium.

Populus quem non cognovi, servivit mihi: \* in auditu auris obedivit mihi.

Filii alieni mentiti sunt mihi, \* filii alieni inveterati sunt, & claudicaverunt a semitis suis.

Vivit Dominus, & benedictus Deus meus: \* & exaltetur Deus salutis meæ.

Deus, qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, \* liberator meus de inimicis meis iracundis.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me: \* a viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine; \* & nomini tuo psalmum dicam.

Magnificans salutes regis ejus, & faciens misericordiam christo suo David, \* & semini ejus usque in seculum.

*Ant.* Dextera tua suscepit me, Domine; & disciplina tua ipsa me docebit.

ψ. Legem tuam, Domine, non sum oblitus: R. Mediâ

nocte surgēbam ad confitendum tibi. Ps. 118.

Pater noster.

IN III. NOCTURNO.

*Ant.* 2. D. In Deo.

PSALMUS 27.

*Petit Justus ne cum impiis pereat.*

**A**D te, Domine, clamabo: Deus meus, ne sileas à me: \* nequando taceas à me, & assimilabor descendētibz in lacum.

Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, \* dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatoribus; \* & cum operantibus iniquitatem ne perdas me:

Qui loquuntur pacem cum proximo suo, \* mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera eorum, \* & secundum nequitiam adinventiozum ipsorum.

Secundum opera manuum eorum tribue illis; \* reddere retributionem eorum ipsis.

Quoniam non intellexerunt opera Domini: & in opera manuum ejus destrues illos, & non edificabis eos.

Benedictus Dominus, \* quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ.

Dominus adiutor meus, & protector meus: \* in ipso speravit cor meum, & adiutor sum.

Et restoruit caro mea, \* & ex voluntate mea confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis

suæ, \* & protector salvati-  
onum christi sui est.

Salvum fac populum tuum,  
Dómine, & benedic hæredi-  
tati tuæ; \* & rege eos, & ex-  
tolle illos usque in æternum.

*Ant.* In Deo sperávit cor  
meum, & adjútu sum; & ex  
voluntate mea confitebor ei.

*Ant.* I. f. Dómine.

PSALMUS 29.

*Post multa pericula, gratia-  
rum actio: Resurrectio  
Christi.*

**E**Xaltábo te, Dómine, quón-  
iam suscepisti me, \* nec  
delectasti inimicos meos su-  
per me.

Dómine Deus meus, cla-  
mávi ad te, \* & sanasti me.

Dómine, eduxisti ab inferno  
ánimam meam: \* salvasti me  
à descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino, sancti  
ejus, \* & confitémini memó-  
riæ sanctitátis ejus:

Quóniam ira in indigna-  
tione ejus, \* & vita in volun-  
tate ejus.

Ad vespérum demorábitur  
fletus, \* & ad matutinum  
lætitiá.

Ego autem dixi in abundán-  
tia mea: \* Non movébor in  
æternum.

Dómine, in voluntate tua \*  
præstitisti decóri meo vir-  
tutem.

Avértisti faciém tuam à  
me, \* & factus sum contur-  
bátus.

Ad te, Dómine, clamábo, \*  
& ad Deum meum deprecá-  
bor.

Quæ utilitas in sanguine  
meo, \* dum descendo in cor-  
ruptionem?

Numquid confitebitur tibi  
pulvis, \* aut annuntiábit ve-  
ritatem tuam?

Audivit Dóminus, & mi-  
serus est mei: \* Dóminus  
factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum  
in gáudium mihi: \* consci-  
disti saccum meum, & cir-  
cumdediti me lætitiá;

Ut cantet tibi glória mea,  
& non compungar: \* Dómine  
Deus meus, in æternum con-  
fitebor tibi.

*Ant.* Dómine Deus meus,  
in æternum confitebor tibi.

*Ant.* 5. a. Veníte.

PSALMUS 65.

*Deus laudandus adorandusque  
propter innumera ejus  
beneficia.*

**J**ubiláte Deo, omnis terra,  
psalmum dicite nómini  
ejus, \* date glóriam laudi  
ejus.

Dicite Deo: Quam terribi-  
lia sunt ópera tua, Dómine! \*  
in multitudine virtutis tuæ  
mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adóret te, &  
psallat tibi; \* psalmum dicat  
nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei, \*  
terribilis in consiliis super  
filios hóminum.

Qui convertit mare in ári-  
dam; in flumine pertransi-  
bunt pedé: \* ibi latábimur  
in ipso.

Qui domináatur in virtúte  
sua in æternum; óculi ejus  
super gentes respiciunt; \* qui  
exasperant, non exaltentur in  
semetipsis.

Benedicite, gentes, Deum  
nostrum; \* & auditam facite  
vocem laudis ejus

Qui posuit animam meam  
ad vitam, \* & non dedit in  
commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos,  
Deus; \* igne nos examinasti,  
sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum,  
posuisti tribulationes in dor-  
so nostro; \* imposuisti homi-  
nes super capita nostra.

Transivimus per ignem &  
aquam; \* & eduxisti nos in  
refrigerium.

Introibo in domum tuam in  
holocaustis; \* reddam tibi  
vota mea, quæ distinxerunt  
labia mea.

Et locutus est os meum \* in  
tribulatione mea.

Holocausta medullata offer-  
ram tibi cum incenso arietu; \*  
offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, & narrabo,  
omnes qui timetis Deum, \*  
quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamavi,\*  
& exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in cor-  
de meo, \* non exaudiet Dó-  
minus.

Propterea exaudivit Deus, \*  
& attendit voci deprecationis  
meæ.

Benedictus Deus, \* qui non  
amovit orationem meam, &  
misericordiam suam à me.

*Ant.* Venite, audite, & nar-  
rabo quanta fecit animæ meæ.

*ÿ.* Deum exquisivi manibus  
meis nocte; *R.* Et non sum  
deceptus. *Pf.* 76.

Pater noster.

*Post ultimum Responsorium  
dicitur.*

**T**E Deum laudamus, \* te  
Dóminum confitemur.

Te aeternum Patrem \* omnis  
terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, \* tibi  
cœli, & universæ potestates;

Tibi Chérubim & Séra-  
phim \* incessabili voce pro-  
clámant:

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus,

Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cœli & terra \* ma-  
jestatis glóriæ tuæ.

Te gloriósus \* Apostolorum  
chorus.

Te Prophetarum \* laudábi-  
lis numerus,

Te Mártyrum candidatus \*  
laudat exercitus.

Te per orbem terrarum \* fan-  
cta confitetur Ecclesia,

Patrem \* immensæ maje-  
statis:

Venerandum tuum verum, \*  
& únicum Filium,

Sanctum quoque \* paracle-  
tum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, \* Christe:

Tu Patris \* sempiternus es  
Filius:

Tu, ad liberandum susce-  
pturus hominem, \* non hor-  
ruisti Virginis úterum:

Tu, devicto mortis acúleo, \*  
aperuisti credentibus regna  
cœlorum:

Tu ad dexteram Dei sedes, \*  
in glória Patris.

Judex créderis \* esse ventú-  
rus.

Te ergo, quæsumus, famu-  
lis tuis subveni, \* quos pre-  
tioso sanguine redemisti.

Æternâ fac \* cum sanctis  
tuis in glóriâ numerári.

Salvum fac populum tuum,  
Dómine, \* & benedic hæredi-  
tati tuæ.

Et reges eos, \* & extolle illos  
usque in æternum.

Per singulos dies \* benedicimus te;

Et laudamus nomen tuum in seculum, \* & in seculum seculi.

Dignare, Dómine, die isto \* sine peccato nos custodire.

Miserere nostrí, Dómine, \* miserere nostrí.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, \* quemadmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi; \* non confundar in aeternum.

*Si non continuo sequantur Laudes, hic dicitur: Dóminus vobiscum, R. Et cum spiritu tuo; vel: Dómine, exaudi orationem meam; R. Et clamor meus ad te veniat. Orémus, deinde Oratio propria cum conclusione. Postea repetitur, Dóminus vobiscum, vel, Dómine exaudi. Additur, Benedicamus Dómino, R. Deo grátias. Demum secreto dicitur: Fidelium. & Pater.*

*Ante Laudes, cum separantur ab Officio Nocturno, dicitur secreto Pater, & Ave. Quod etiam observatur ante Primam, Tertiam, Sextam, Nonam & Vesperas; ubi separantur ab hora precedenti.*

A D L A U D E S.

**D**Eus, in adiutorium meum intende: R. Dómine, ad adiuvandum me festina. Ps. 69.

Glória Patri.

Ant. 8. G. Deus.

P S A L M U S 62.

*Ecclesia solatium, in deserto huius seculi.*

**D**Eus, Deus meus, \* ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea: \* quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & ínvia, & inaquósa, sic in sancto apparui tibi, \* ut vidérem virtutem tuam & glóriam tuam.

Quóniam melior est misericórdia tua super vitas: \* lábia mea laudábunt te.

Sic benedicam te in vita mea, \* & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleatur ánima mea, \* & lábiis exultationis laudábit os meum.

Si memor fui tuí super stratum meum, in matutinis meditabor in te, \* quia fuisti adiutor meus;

Et in velamento alarum tuarum exultábo: adhæsit ánima mea post te: \* me suscépit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam; introíbunt in inferióra terræ, \* tradentur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo; laudabuntur omnes qui jurant in eo: \* quia obstructum est os loquentium iniqua.

Ant. Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo: sitívit in te ánima mea.

Ant. 1. a. Exultent.

P S A L M U S 69,

*Justus sibi opem precatur.*

**D**Eus, in adiutorium meum intende: \* Dómine, ad adiuvandum me festina.

Confundantur, & reveerantur, \* qui quærunt ánimam meam.

Avértantur retrorsum, & erubescant, \* qui volunt mihi mala.

Avértantur statim erubescy

centes, \* qui dicunt mihi :  
Euge, euge.

Exultent & lætentur in te  
omnes qui quærunt te ; \* &  
dicant semper : Magnificetur  
Dóminus, qui diligunt salu-  
tare tuum.

Ego verò egénus & pauper  
sum ; \* Deus, adjuva me.

Adjutor meus & liberátor  
meus es tu ; \* Dómine, ne mo-  
rêris.

*Ant.* Exultent & lætentur in  
te, qui diligunt salutare tuum,  
Dómine.

*Ant.* 5. C. Servite Dómino.

PSALMUS 99.

*Ad Dei laudes & cultum  
adhortatio.*

**J**ubiláte Deo, omnis terra : \*  
servite Dómino in læti-  
tia.

Introíte in conspectu ejus, \*  
in exultatione.

Scitôte quóniam Dóminus  
ipse est Deus ; \* ipse fecit nos,  
& non ipsi nos.

Pópulus ejus, & oves pás-  
cua ejus, introíte portas ejus  
in confessione, átria ejus in  
hymnis : \* confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quón-  
iam suavis est Dóminus, in  
æternum misericórdia ejus, \*  
& usque in generationem &  
generationem veritas ejus.

*Ant.* Servite Dómino in læ-  
titiâ : scitôte quóniam Dómi-  
nus ipse est Deus.

*Ant.* 4. E. Benedictus es.

Dan. 3.

**B**enedicite, omnia ópera  
Dómini, Dómino : \* lau-  
dáte & superexaltáte eum in  
sécula.

Benedicite, Angeli Dómi-  
ni, Dómino : \* benedicite,  
cœli, Dómino.

Benedicite, aqua omnes quæ  
super cœlos sunt, Dómino : \*  
benedicite, omnes virtutes  
Dómini, Dómino.

Benedicite, sol & luna,  
Dómino ; \* benedicite, stellæ  
cœli, Dómino.

Benedicite, omnis imber &  
ros, Dómino : \* benedicite,  
omnes spiritus Dei, Dómino.

Benedicite, ignis & æstus,  
Dómino : \* benedicite, frigus  
& æstus, Dómino.

Benedicite, rores & pruina,  
Dómino : \* benedicite, gelu  
& frigus, Dómino.

Benedicite, glacies & nives,  
Dómino : \* benedicite, no-  
ctes & dies, Dómino.

Benedicite, lux & tenebræ,  
Dómino : \* benedicite, fúl-  
gura & nubes, Dómino.

Benedicat terra Dóminum ; \*  
laudet & superexaltet eum  
in sécula.

Benedicite, montes & col-  
les, Dómino : \* benedicite,  
universa germinántia in terra,  
Dómino.

Benedicite, fontes, Dómi-  
no : \* benedicite, mária &  
flúmina, Dómino.

Benedicite, cete & ómnia  
quæ moventur in aquis, Dó-  
mino : \* benedicite, omnes  
vólucres cœli, Dómino.

Benedicite, omnes béstia &  
pécora, Dómino : \* benedi-  
cite, filii hóminum, Dómi-  
no.

Benedicat Israël Dóminum ; \*  
laudet & superexaltet eum  
in sécula.

Benedicite, sacerdotes Dó-  
mini, Dómino : \* benedicite,  
servi Dómini, Dómino.

Benedicite, spíritus & ani-

ma justorum, Dómino; \* benedicite, sancti & humiles corde, Dómino.

Benedicite, Anánia, Azária, Misael, Dómino; \* laudate & superexaltate eum in sécula.

*Hic, loco Glória Patri, dicitur:*

Benedicamus Patrem, & Filium, cum sancto Spíritu; \* laudemus & superexaltemus eum in sécula.

Benedictus es, Dómine, in firmamento cœli; \* & laudabilis, & gloriósus, & superexaltatus in sécula.

*Ant.* Benedictus es, Dómine, in throno regni tui, & superlaudabilis, & superexaltatus in sécula.

*Ant.* 7. d. Hymnus.

PSALMUS 148.

*Omniū creaturarum ad Deum laudandum invitatio.*

**L**audate Dóminum de cœlis: \* laudate eum in excelsis.

Laudate eum, omnes Angeli ejus: \* laudate eum, omnes virtutes ejus.

Laudate eum, sol & luna: \* laudate eum, omnes stellæ & lumen.

Laudate eum, cœli cœlorum; \* & aquæ omnes quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini;

Quia ipse dixit, & facta sunt; \* ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in séculum séculi: \* præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dóminum, de ter-

ra: \* dracones, & omnes abyssi;

Ignis, grando, nix, glaciés, spiritus procellarum, \* quæ faciunt verbum ejus;

Montes, & omnes colles, \* ligna fructifera, & omnes cedri:

Béstia, & universa pécora, \* serpentes, & volucres penatæ:

Reges terræ, & omnes populi; \* principes, & omnes iudices terræ:

Juvenes & vírgines, senes cum junioribus, laudent nomen Dómini: \* quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum & terram: \* & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus, \* filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

*Ant.* Hymnus omnibus sanctis ejus, filiis Israël, populo appropinquanti sibi.

*Capitulum Deut. 6.*

**A**udi, Israël: Dóminus Deus noster, Dóminus unus est: Diliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota ánima tua, & ex tota fortitudine tua; eruntque verba hæc in corde tuo: & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens.

*R.* Deo gratias.

*Sic respondetur in fine omnium Capitulorum.*

*Hymnus.*

**A**D Templâ nos rursus vocat  
Surgentis auroræ nitor,  
Novasque pro læto monet  
Referre grates múnere.

At victor auróram suo  
Fulgóre Christus óbruit :  
Huic , magna , cujus pars fu-

mus ,  
Juvat triumpho pláudere .

Quòd evolútus fásciis  
Repentè mundus éxitit ,  
Puro renídens límine ,  
Virtútis hoc quantæ fuit !

Quòd tráditum neci Pater ,  
Ut fónitibus vitam daret ,  
Vitæ redónat Fílium ,  
Amóris hoc quanti fuit !

ÆTERNUS utrerum Sator  
Aspexit orbem , prórinus ,  
Colóre depictum suo ,  
Probávit excellens opus .

At lætius quantò obtulit  
Sese Patri spectáculum  
Cœlestis Agni cándido  
Ablútus orbis língvine !

CUM luce nobis rédditur  
Mundi renascentis decor ,  
Occulta per quem Núminis  
Mens surgit ad magnália .

At splendor æterni Patris ,  
Lumenque Christus córdium ,  
Deum dat in se , quantus est ,  
Sub nube carnis cernere .

PRÆSTA , beáta Trínitas ,  
Ut legis ad facem tuæ  
Vitémus omne quod vetas ,  
ecetémur omne quod jubes .

Amen .

Ÿ. Manè astábo tibi , Dó-  
mine , & vidébo ; R. Quó-  
niam non Deus volens iniqui-  
tatem tu es Ps. 5.

Antiph. ut in Proprio .

Cantic. Zacharia. Luc. 1.

**B**enedictus Dóminus Deus  
Israël , \* quia visitávit ,  
& fecit redemptionem plebis  
sue .

Et erexit cornu salutis no-  
bis , \* in domo David púeri  
sui .

Sicut locúsus est per os sanc-  
tórum , \* qui à século sunt ,  
Prophetárum ejus .

Saluté ex inimicis nostris , \*  
& de manu ómnium qui odé-  
runt nos :

Ad faciendam misericór-  
diam cum pátribus nostris , \*  
& memorári testamenti sui  
sancti :

Jusjurandum quod jurávit  
ad Abraham Patrem nostrú , \*  
datúrurum se nobis ;

Ut sine timóre , de manu  
inimicórum nostrórum libe-  
ráti , \* serviámus illi ,

In sanctitáte & justitia co-  
ram ipso \* ómnibus diébus  
nostris .

Ettu , puer , Prophéta Al-  
tíssimi vocáberis : \* præbis  
enim ante faciém Dómini pa-  
ráre vias ejus ,

Ad dandam sciéntiam salú-  
tis plebi ejus , \* in remissió-  
nem peccatórum eórum .

Per víscera misericórdiæ Dei  
nostri , \* in quibus visitávit  
nos Oriens ex alto ,

Illumináre his qui in téné-  
bris & in umbra mortis se-  
dent , \* ad dirigendos pedes  
nostros in viam pacis .

Glória Patri .

Ant. & Oratio , ut in Pro-  
prio cum conclusione ; postea ,  
si nulla sit Commemoratio fa-  
cienda , dicitur :

Dóminus vobiscum , R. Et  
cum spíritu tuo .

Ÿ. Benedicámus Dómino .  
R. Deo grátias .

Si aliqua sit commemoratio  
facienda , non nisi dictâ ejus  
Oratione cum conclusione , di-  
citur Dóminus vobiscum ; vel  
Dñe exaudi , & Benedicámus .

*Si plures Commemoraciones occurrant, ultima tantum earum Oratio terminatur conclusione, nec nisi eâ recitatâ, dicitur: Dominus vobiscum; vel Domine exaudi, & Benedicamus.*

*Si aliud Officium non sequatur, dicitur secretò: Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Deinde Pater noster.*

A D P R I M A M.  
 Ÿ. Deus, in adiutorium.  
*Hymnus.*

**J**AM lucis orto sidere,  
 Deum precemur supplices,  
 Nostras ut ipse dirigat,  
 Lux increata, semitas.

NIL lingua, nil peccet manus;

Nil mens inane cogitet:  
 In ore simplex veritas,  
 In corde regnet caritas.

INCŒPTA dum fluet dies,  
 O Christe, custos pervigil,  
 Quas sævus hostis obsidet,  
 Portas tuere sensuum.

PRÆSTA diurnus ut tuæ  
 Subserviat laudi labor:  
 Auctore quæ te cepimus,  
 Da te favente prosequi.

SUPERBA ne nimis caro  
 Menti licenter imperet,  
 Carnis domet superbiam  
 Potus cibique parcitas.

DEO Patri sit gloria,  
 Ejusque soli Filio,  
 Sancto simul cum Spiritu,  
 Nunc, & per omne sæculum.  
 Amen.

*Ant. 7. d. In toto corde.*

PSALMUS 117.

*Gratias agit Ecclesia, quod post tot rerum discrimina, salutem & Christum sit consecuta.*

**C**onfitemini Dómino, quóniam bonus: \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel, quóniam bonus, \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron, \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum, \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

De tribulatione invocavi Dóminum, \* & exaudivit me in latitudine Dóminus.

Dóminus mihi adiutor: \* non timebo quid faciat mihi homo.

Dóminus mihi adiutor: \* & ego despiciam inimicos meos.

Bonú est confidere in Dño, \* quam confidere in homine.

Bonum est sperare in Dómino, \* quam sperare in principibus.

Omnes gentes circueverunt me; \* & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me; \* & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis; \* & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impulsus, everfus sum ut caderem, \* & Dóminus suscepit me.

Fortitudo mea & laus mea Dóminus, \* & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis & salutis \* in tabernaculis justorum.

Dextera Dómini fecit virtutem, dextera Dómini exal-

tavit me, \* dextera Dómini  
fecit virtutem.

Non móriar, sed vivam; \*  
& narrábo ópera Dómini.

Castigans castigávit me Dñs:  
\* & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas justitiæ,  
ingressus in eas, confitébor  
Dómino; \* hæc porta Dó-  
mini, justí intrábunt in eam.

Confitébor tibi, quóniam  
exaudisti me, \* & factus es  
mihi in salutem.

Lápidem quem reprobavé-  
runt ædificantes, \* hic factus  
est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud, \*  
& est mirábile in óculis  
nostris.

Hæc est dies quam fecit  
Dóminus: \* exultémus & læ-  
témur in ea.

O Dómine, salvum me fac;  
ô Dómine, bene prosperáre: \*  
benedíctus qui venit in nómi-  
ne Dómini.

Benedíximus vobis de domo  
Dómini: \* Deus Dóminus, &  
illuxit nobis.

Constitúite diem solemnem  
in condensis, \* usque ad cornu  
altáris.

Deus meus es tu, & confi-  
tébor tibi; \* Deus meus es tu,  
& exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam  
exaudisti me, \* & factus es  
mihi in salutem.

Confitémini Dómino, quón-  
iam bonus, \* quóniam in  
séculum misericórdia ejus.

PSALMUS 118.

*Mandata Dei menti semper  
obversanda.*

**B**EATI immaculáti in via, \*  
qui ámbulant in lege Dó-  
mini.

Beáti qui scrutantur testi-  
mónia ejus, \* in toto corde  
exquirunt eum.

Non enim qui operantur ini-  
quitátem, \* in viis ejus ámbu-  
lavérunt.

Tu mandasti \* mandáta tua  
custodiri nimis.

Utiná dirigantur viæ meæ \*  
ad custodiendas justificatió-  
nes tuas!

Tunc non confundar, \*  
cùm perspéxero in ómnibus  
mandátis tuis.

Confitébor tibi in directiõe  
cordis; \* in eo quòd didici  
judícia justitiæ tuæ.

Justificatiões tuas custó-  
diam; \* non me derelinquas  
usquequæque.

In quo corrigit adolescén-  
tior viam suam? \* in custo-  
diendo sermões tuos.

In toto corde meo exquisivi  
te: \* ne repellas me a man-  
dátis tuis.

In corde meo abscondi eló-  
quia tua, \* ut non peccem  
tibi.

Benedíctus es, Dómine: \*  
doce me justificatiões tuas.

In lábiis meis \* pronuntiávi  
ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuó-  
rum delectátus sum, \* sicut in  
ómnibus divitiis.

In mandátis tuis exercé-  
bor, \* & considerábo vias  
tuas.

In justificatióribus tuis me-  
ditábor; \* non oblivíscar ser-  
mões tuos.

*Divisio Psalmi 118.*

**R**ETRIBUE servo tuo, viví-  
fica me; \* & custódiam  
sermões tuos.

Revéla óculos meos, \* &

considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra, \* non abscondas à me mandata tua.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas \* in omni tempore.

Increpasti superbos: \* maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobrium & contemptum; \* quia testimonia tua exquisivi.

Etenim sederunt principes, & adversum me loquebantur: \* servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est, \* & consilium meum justificationes tuas.

Adhaesit pavimento anima mea, \* vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, & exaudisti me: \* doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me: \* & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea praetadio: \* confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove à me, \* & de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi, \* iudicia tua non sum oblitus.

Adhaesi testimoniis tuis, Domine: \* noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, \* cum dilatasti cor meum.

*In Festo SS. Trinitatis & in omnibus Dominicis, ubi*

*fit de Dominicâ ut in Psalterio, dicitur Symbolum sequens.*

**Q**uicumque vult salvus esse, \* ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem:

Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, \* absque dubio in aeternum peribit.

Fides autem catholica haec est, \* ut unum Deum in Trinitate & Trinitatem in Unitate veneremur;

Neque confundentes personas, \* neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, \* alia Spiritus sancti.

Sed Patris, & Filii, & Spiritus sancti una est divinitas, \* aequalis gloria coaeterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, \* talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, \* increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, \* immensus Spiritus sanctus.

Aeternus Pater, aeternus Filius, \* aeternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres aeterni, \* sed unus aeternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, \* sed unus increatus, & unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, \* omnipotens Spiritus sanctus;

Et tamen non tres omnipotentes, \* sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Fi-

lius, \* Deus Spiritus sanctus;

Et tamen non tres dii, \* sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, \* Dominus Spiritus sanctus;

Et tamen non tres domini, \* sed unus est Dominus.

Quia sicut singillatim unamquamque personam, Deum ac Dominum confiteri christianâ veritate compellimur: \* ita tres deos aut dominos dicere catholicâ religione prohibemur.

Pater à nullo est factus, \* nec creatus nec genitus.

Filius à Patre solo est, \* non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre & Filio, \* non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres patres: unus Filius, non tres filii: \* unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus; \* sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.

Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est, \* & Unitas in Trinitate, & Trinitas in Unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, \* ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem, \* ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, ut cre-

damus & confiteamur, \* quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus & homo est.

Deus est ex substantia Patris ante secula genitus, \* & homo est ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo; \* ex anima rationali, & humanâ carne subsistens.

Æqualis Patri secundum divinitatem, \* minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & homo, \* non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversione divinitatis in carnem, \* sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omninò non confusione substantiæ, \* sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & caro, unus est homo; \* ita Deus & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, \* tertiâ die resurrexit à mortuis:

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; \* inde venturus est judicare vivos & mortuos:

Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, \* & redditori sunt de factis propriis rationem:

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam; \* qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc est fides catholica; \* quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

Ant.

*Ant.* In toto corde meo exquisivi te, Dómine: doce me justificationes tuas. *Pf.* 118.

*Capitul.* Ephes. 5.

**E**RÁTIS aliquandò tenebræ; nunc autem lux in Dómino. Ut filii lucis ambuláte; fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia &, veritate: probantes quid sit beneplácitum Deo.

*R.* *breve.* Christe, Fili Dei vivi, \* Miserére nobis. *Repet.* Christe, Fili Dei vivi, \* Miserére nobis. *Ÿ.* Qui sedes ad dexteram Patris (*Hic versus quandoque mutandus est, ut notatur in Proprio.*) \* Miserére nobis. Glória Patri, & Filio, & Spirítui sancto. *Repet.* Christe, Fili Dei vivi, \* Miserére nobis. *Matth.* 16. *Tob.* 8. *Hebr.* 1.

*Ÿ.* Exurge, Dómine, adjuva nos; *R.* Et rédime nos propter nomen tuum. *Pf.* 47.

*Ÿ.* Dóminus vobiscum, *R.* Et cum spirítu tuo.

Orémus.

**D**omine Deus omnipotens, qui ad principium hujus diéi nos pervenire fecisti, tuâ nos hódie salva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procédant eloquia, dirigan- tur cogitationes & ópera; Per Dóminum nostrum Jesum Christum, &c. *R.* Amen.

*Ÿ.* Dóminus vobiscum, *R.* Et cum spirítu tuo.

*Ÿ.* Benedicámus Dómino. *R.* Deo grátias.

AD OFFIC. CAPITULI.

*Primò fit lectio Martyrologii, in cujus fine nihil respondetur,*

*MIR. Pars Æst.*

*sed statim Hebdomadarius dicit:*

*Ÿ.* Pretiósâ in conspectu Domini, *R.* Mors sanctorum ejus. *Pf.* 115.

**S**ancta María, & omnes Sancti adjuvent nos in orationibus suis pro nobis ad Deum; ut secundum eum qui vocavit nos, Sanctum, & ipsi in omni conversatione sancti simus. *R.* Amen. *Rom.* 15. 1. *Petr.* 1.

*Ÿ.* Deus, in adiutorium meum intende: *R.* Dómine, ad adiuvandum me festina. *Pf.* 69.

*Ÿ.* Deus, in adiutorium meum intende: *R.* Dómine, ad adiuvandum me festina.

*Ÿ.* Deus, in adiutorium meum intende: *R.* Dómine, ad adiuvandum me festina. Glória Patri, & Filio, & Spirítui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sécula seculorum. Amen. Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *Secretò,* Pater. *Altâ voce,* *Ÿ.* Et ne nos inducas in tentationem; *R.* Sed libera nos à malo.

*Ÿ.* Réspice in servos tuos, Dómine, & in ópera tua; & dirige filios eorum: *R.* Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos; & ópera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. *Pf.* 89.

Glória Patri.

Orémus.

**D**irigere & sanctificare, Régere & gubernare dignare, Dómine Deus, Rex cœli & terræ, hódie corda & corpora nostra, sensus, sermones & actus nostros, in

lege tua, & in opéribus mandatorum tuorum; ut hîc, & in æternum, te auxiliante, salvi & liberi esse mereámur, Salvator mundi; Qui vivis & regnas in sæcula seculórum.

R. Amen.

*Lector*, Jube, domne, benedicere. (*Lectrix dicit*, Domna. *Solus vel sola recitans*, dicit, Dómine.) *Bened.* Det Dóminus leges suas in mentem nostram, & in corde nostro superscribat eas. R. Amen. *Hebr.* 8.

*Tunc fit lectio Canonis qui pro singulis diebus habetur ad calcem voluminis. In fine Canonis dicitur*: Tu autem, Dómine, miserere nostri.

R. Deo grátias.

*Post Lectiorem, Hebdomadarius dicit*: Adjutorium nostrum in nómine Dómini, R. Qui fecit cælum & terram. *Pf.* 123.

*Submissiori voce dicit*: Benedicite. *Lector versus ad eum*: Deus. *Hebdomadarius*: Deus pacis aptet nos in omni bono; ut faciámus ejus voluntatem; faciens in nobis quod pláceat coram se per Jesum Christum. *Lector*: Amen. *Hebr.* 13.

*Post quamlibet horam, si aliud Officium non sequatur, dicitur secretò*: Et fidélium animæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. Amen. *Deinde Pater.*

A D T E R T I A M.

Ÿ. Deus, in adjutorium.

*Hymnus.*

**O** Fons amoris, Spiritus,  
O sancte donorum parens,  
Tuas refusus íntimis

Accende flammam cordibus;

QUI caritatis vinculo  
Cum Patre nectis Filium,  
Et nos amoris mútui  
Arctis coapta nexibus.

DEO Patri sit glória,  
Ejusque soli Filio,  
Sancto simul cum Spíritu,  
Nunc, & per omne sæculum;  
Amen.

*Ant.* 6. Da mihi.

EX PSALMO 118.

*Vitia per legem fugienda.*

**L**egem pone mihi, Dómine, viam justificatiónum tuarum, \* & exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam; \* & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum, \* quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimónia tua, \* & non in avaritiam.

Averte óculos meos ne videant vanitatem: \* in via tua vivifica me.

Statue servo tuo elóquium tuum \* in timóre tuo.

Ampura opprobrium meum quod suspicatus sum, \* quia judícia tua jucunda.

Ecce concupivi mandata tua: \* in æquitate tua vivifica me.

Et veniat super me misericórdia tua, Dómine, \* salutáre tuum secundum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrantibus mihi verbum, \* quia speravi in sermónibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritátis usquequaque, \*

Quia in iudiciis tuis super-  
speravi.

Et custodiam legem tuam  
semper, \* in seculum, & in  
seculum seculi.

Et ambulabam in latitudi-  
ne, \* quia mandata tua exqui-  
sivi.

Et loquebar de testimoniis  
tuis in conspectu regum, \* &  
non confundebam.

Et meditabar in mandatis  
tuis, \* quae dilexi.

Et levavi manus meas ad  
mandata tua quae dilexi, \* &  
exercebar in justificationibus  
tuis.

*Diviso Psalmi 118.*

*Habenda legis divina me-  
moriam.*

**M**emor esto verbi tui ser-  
vo tuo, \* in quo mihi  
spem dedisti.

Hac me consolata est in hu-  
militate mea, \* quia eloquium  
tuum vivificavit me.

Superbi inique agebant us-  
quequaque; \* a lege autem tua  
non declinavi.

Memor fui iudiciorum tuorum  
a seculo, Domine; \* &  
consolatus sum.

Defectio tenuit me \*, pro  
peccatoribus derelinquenti-  
bus legem tuam.

Cantabiles mihi erant justi-  
ficationes tuae, \* in loco pe-  
regrinationis meae.

Memor fui nocte nominis  
tui, Domine; \* & custodivi  
legem tuam.

Hac facta est mihi, \* quia  
justificationes tuas exquisivi.

Portio mea, Domine: \* di-  
xi custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam  
in toto corde meo; \* mise-

rire mei secundum eloquium  
tuum.

Cogitavi vias meas, \* &  
converti pedes meos in testi-  
monia tua.

Paratus sum, & non sum  
turbatus, \* ut custodiam man-  
data tua.

Funes peccatorum circum-  
plexi sunt me; \* & legem tuam  
non sum oblitus.

Mediam nocte surgebam ad  
confitendum tibi \* super iudi-  
cia justificationis tuae.

Particeps ego sum omnium  
timentium te, \* & custodi-  
entium mandata tua.

Misericordia tua, Domine,  
plena est terra; \* justificatio-  
nes tuas doce me.

*Diviso Psalmi 118.*

*Dei benignitas.*

**B**onitatem fecisti cum ser-  
vo tuo, Domine, \* secun-  
dum verbum tuum.

Bonitatem, & disciplinam,  
& scientiam doce me; \* quia  
mandatis tuis credidi.

Prusquam humiliarer, ego  
deliqui; \* propterea eloquium  
tuum custodivi.

Bonus es tu; \* & in bonitate  
tua doce me justificationes  
tuas.

Multiplicata est super me  
iniquitas superborum; \* ego  
autem in toto corde meo scru-  
tabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor  
eorum: \* ego vero legem tuam  
meditatus sum.

Bonum mihi quia humili-  
asti me, \* ut discam justifica-  
tiones tuas.

Bonum mihi lex oris tui, \*  
super millia auri & argenti.

Manus tuae fecerunt me, &

plasmaverunt me : \* da mihi intellectum , & discam mandata tua.

Qui timent te , vidébunt me , & lætabuntur , \* quia in verba tua supersperavi.

Cognóvi , Dómine , quia æquitas judícia tua , \* & in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericórdia tua ut consolétur me , \* secundum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ , & vivam ; \* quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi , quia injustè iniquitatem fecerunt in me : \* ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertantur mihi timentes te , \* & qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculatum in justificatióibus tuis , \* ut non confundar.

*Ant.* Da mihi intellectum , & scrutabor legem tuam , Dómine ,

*Capitul.* I. Joan. 2.

**I**N hoc scimus quóniam cognóvimus Deum , si mandata ejus observémus. Qui dicit se nosse eum , & mandata ejus non custódit , mendax est , & in hoc veritas non est : qui autem servat verbum ejus , verè in hoc charitas Dei perfecta est.

*R. brev.* Inclina cor meum , Deus , \* In testimónia tua. Inclina. *Ps.* Averte óculos meos ne videant vanitatem : in via tua vivifica me , \* In testimónia tua. Glória. Inclina.

*Ps.* Deduc me in fémitam mandatorum tuorum : *R.* Quia ipsam volui.

*Oratio conveniens.*

A D S E X T A M.

*Ps.* Deus , in adiutorium.

*Hymnus.*

**J**AM solis excelsum jubar  
Toto coruscat lumine ;  
Sinusque pandens áureos ,  
Ignita vibrat spícula.

Tu , Christe , qui mundum novâ ,

Sol verus , accendis face ;  
Fac nostra plenam caritas  
Crescendo surgat ad diem.

DEO Patri sit glória ,  
Ejusque soli Filio ,  
Sancto simul cum Spíritu ,  
Nunc , & per omne sæculum.  
Amen.

*Ant.* 2. D. Inclinavi.

E X P S A L M O I I 8.

*De sincera divina legis  
veritate.*

**D**EFECIT in salutare tuum  
ánima mea , \* & in verbum  
tuum supersperavi.

Defecerunt óculi mei in elóquium tuum , \* dicentes ,  
Quando consolaberis me ?

Quia factus sum sicut uter  
in pruina : \* justificatiónes  
tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui ? \*  
quando facies de persequéntibus  
me iudicium ?

Narraverunt mihi iniqui fabulatiónes , \* sed non ut lex tua.

Omnia mandata tua veritas : \* iniquè persecúti sunt me , adjuva me.

Pauló minús consummaverunt me in terra : \* ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericórdiam tuam vivifica me , \* & custó-

diam testimonia oris tui.

In æternum, Dómine, \* verbum tuum permanet in cœlo.

In generatióem & generatióem veritas tua : \* fundasti terram, & permanet.

Ordinatióne tuâ perseverat dies, \* quóniam omnia serviunt tibi.

Nisi quòd lex tua meditatio mea est, \* tunc fortè periissem in humilitate mea.

In æternum non obliviscat justificatióes tuas, \* quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac, \* quóniam justificatióes tuas exquisivi.

Me expectaverunt peccatores ut perderent me : \* testimonia tua intellexi.

Omnis consummatióis vidi finem ; \* latum mandatum tuum nimis.

*Diviso Psalmi 118.*

**Q**uomodo dilexi legem tuam, Dómine ! \* totâ die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, \* quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi, \* quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi, \* quia mandata tua quæsivi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos, \* ut custodiam verba tua.

A judiciis tuis non declinavi, \* quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ! \* super mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi : \*

propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, \* & lumen semitis meis.

Juravi & statui \* custodire judicia justitiæ tuæ.

Humiliatus sum usquequaque, Dómine : \* vivifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac, Dómine, \* & judicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper : \* & legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi, \* & de mandatis tuis non erravi.

Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum, \* quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum ad faciendas justificatióes tuas in æternum, \* propter retributióem.

*Diviso Psalmi 118.*

**I**niquos odio habui, \* & legem tuam dilexi.

Adjutor & susceptor meus es tu : \* & in verbum tuum supersperavi.

Declinate à me, maligni : \* & scrutabor mandata Dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum, & vivam ; \* & non confundas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & salvus ero ; \* & meditabor in justificatióibus tuis semper.

Sprexisti omnes discedentes à judiciis tuis, \* quia injusta cogitatio eorum.

Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ : \*

ideò dilexi testimónia tua.

Confige timóre tuo carnes meas ; \* à judiciis enim tuis tímui.

Feci judiciú & justitiá : \* non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servú tuú in bonú : \* non calumniert me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutáre tuum , \* & in elóquium justitiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secundùm misericórdiam tuam , \* & justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : \* da mihi intellectum , ut sciam testimónia tua.

Tempus faciendi , Dñe : \* dissipaverunt legem tuam.

Ideò dilexi mandáta tua \* super aurum & topázion.

Propterea ad ómnia mandáta tua dirigébar : \* omnem viam iniquam ódio hábui.

*Ant.* Inclinávi cor meum ad faciendas justificatiónes tuas in æternum.

*Capitulum.* 1. Joan. 5.

**H**Æc est charitas Dei , ut mandáta ejus custodiámus ; & mandáta ejus grávia non sunt.

*R.* *br.* Secundùm misericórdiam tuam . \* Vivifica me , Dómine . *R.* Secundùm . *Ps.* Et custodiám testimónia oris tui : \* Vivifica . Glória . Secundùm .

*Ps.* Quàm dúlcia fáucibus meis elóquia tua ! *R.* Super mel ori meo .

*Oratio conveniens.*

A D N O N A M .

*Ps.* Deus , in adiutoriúm .

*Hymnus.*

**L**ABENTE jam solis rotâ ,  
Inclinat in noctem dies ;  
Sic vita suprémam cito

Festinat ad metam gradu.

O Christe , dum fixus cruci  
Expandis orbi bráchia ,  
Amáre da crucem ; tuo  
Da nos in amplexu mori .

DEO Patri sit glória ,  
Ejusque soli Filio ,  
Sancto simul cum Spíritu ,  
Nunc , & per omne sèculum .  
Amen .

*Ant.* 4. a. Omnia .

EX PSALMO 118 .

*Meditationes eloquiorum Dei.*

**M**Irabilia testimónia tua : \* ideò scrutata est ea ánima mea .

Declaratio sermónum tuorum illúminat , \* & intellectum dat párvulis .

Os meum aperui , & attraxi spíritum , \* quia mandáta tua desiderábam .

Aspice in me , & miserere meí , \* secundùm iudiciúm diligéntium nomen tuum .

Gressus meos dirige secundùm elóquium tuum ; \* & non dominétur mei omnis iniustitia .

Rédime me à calúmniis hóminum , \* ut custodiám mandáta tua .

Fáciem tuam illúmína super servum tuum ; \* & doce me justificatiónes tuas .

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei ; \* quia non custodiérunt legem tuam .

Justus es , Dómine , \* & rectum iudiciúm tuum .

Mandasti justitiam testimónia tua , \* & veritatem tuam nimis .

Tabescere me fecit zelus meus , \* quia obliti sunt verba tua inimici mei .

Ignitum elóquium tuum ve-

hementer; \* & servus tuus dilexit illud.

Adolescēntulus sum ego, & contemptus; \* justificatiōnes tuas non sum oblītus.

Iustitia tua, iustitia in æternum; \* & lex tua veritas.

Tribulatio & angustia invenerunt me: \* mandata tua meditatio mea est.

Æquitas testimonia tua in æternum: \* intellectum da mihi, & vivam.

*Diviso Psalmi 118.*

**C**Lamavi in toto corde meo, exaudi me, Domine: \* justificatiōnes tuas requiram.

Clamavi ad te, salvum me fac, \* ut custodiam mandata tua.

Præveni in maturitate, & clamavi, \* quia in verba tua supersperavi.

Prævenērunt oculi mei ad te diluculo, \* ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam, Domine; \* & secundum iudicium tuum vivifica me.

Appropinquaverunt persequentes me iniquitati: \* à lege autem tuâ longè facti sunt.

Propè es tu, Dñe, \* & omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognovi de testimoniis tuis, \* quia in æternum fundasti ea.

Vide humilitatem meam, & eripe me; \* quia legem tuam non sum oblītus.

Iudica iudicium meum, & redime me: \* propter eloquium tuum vivifica me.

Longè à peccatoribus salus, \* quia justificatiōnes tuas non exquisierunt.

Misericordiae tuæ multæ, Domine: \* secundum iudicium tuum vivifica me.

Multi qui persequuntur me, & tribulant me: \* à testimoniis tuis non declinavi.

Vidi prævaricantes, & tabescebam, \* quia eloquia tua non custodiērunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi, Domine: \* in misericordia tua vivifica me.

Principium verborum tuorum veritas: \* in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

*Diviso Psalmi 118.*

**P**Rincipes persecuti sunt me gratis, \* & à verbis tuis formidavit cor meum.

Lætabor ego super eloquia tua, \* sicut qui invenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui, & abominatus sum; \* legem autem tuam dilexi.

Sepries in die laudem dixi tibi, \* super iudicia iustitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam, \* & non est illis scandalum.

Expectabam salutare tuum, Domine; \* & mandata tua dilexi.

Custodivit anima mea testimonia tua, \* & dilexit ea vehementer.

Servavi mandata tua, & testimonia tua, \* quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine: \* juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: \* secundum eloquium tuum eripe me.

Eructâbunt lăbia mea hymnum, \* cum docueris me justificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum, \* quia omnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua ut salvet me, \* quoniam mandata tua elégi.

Concupivi salutare tuum, Dómine, \* & lex tua meditatio mea est.

Vivet ánima mea, & laudabit te : \* iudicia tua adjuvabunt me.

Erravi sicut ovis quæ périit; \* quare servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

*Ant.* Omnia mandata tua æquitas : pax multa diligentibus legem tuam, Dómine.

*Capitulum.* I. Tim. I.

**F**inis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bonâ, & fide non fictâ.

*R. br.* Clamavi in toto corde meo, \* Exaudi me, Dómine. Clamavi. *Ps.* justificationes tuas requiram : \* Exaudi me. Glória. Clamavi.

*Ps.* Clamavi ad te, salvum me fac : *R.* Ut custodiam mandata tua.

*Oratio conveniens.*

A D V E S P E R A S.

*Ps.* Deus, in adiutorium.

*Ant.* 7. c. Dixit Dóminus.

P S A L M U S 109.

*Christus ad dexteram Dei sedens : ipse generatio, regnum & sacerdotium.*

**D**ixit Dóminus Dómino meo : \* Sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, \* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet

Dóminus ex Sion : \* dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : \* ex útero ante luciferum genui te.

Juravit Dóminus, & non pœnitēbit eum, \* Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dñs à dextris tuis, \* confrēgit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas ; \* conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : \* propterea exaltabit caput.

*Ant.* Dixit Dñs Dño meo : Sede à dextris meis.

*Ant.* 4. a. Fidēlia.

P S A L M U S 110.

*Laus Dei, quod tot in Ecclesiam beneficia contulerit.*

**C**onfitebor tibi, Dómine, in toto corde meo, \* in consilio justorum & congregatione.

Magna ópera Dómini ; \* exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio & magnificentia opus ejus ; \* & justitia ejus manet in seculum seculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dóminus : \* escam dedit timētibus se.

Memor erit in seculum testamenti sui : \* virtutem operum suorum annuntiabit populo suo,

Ut det illis hæreditatem gentium : \* ópera manuum ejus, veritas & iudicium.

Fidēlia omnia mandata ejus, cōfirmata in seculum seculi, \* facta in veritate & æquitate.

Redemptionem misit populo suo : \* mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum & terribile nomen ejus : \* initium sapientiae timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum : \* laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

*Ant.* Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in sæculum sæculi.

*Ant.* I. f. Qui timet Dñm.

PSALMUS III.

*Timor Domini, gloria est & securitas justorum.*

**B**eatuſ vir qui timet Dominum : \* in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : \* generatio rectorum benedicetur.

Glória & divitiæ in domo ejus ; \* & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis ; \* misericors, & miserator, & justus.

Jucundus homo, qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in judicio, \* quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus ; \* ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, confirmatum est cor ejus, \* non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus ; justitia ejus manet in sæculum sæculi : \* cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet ; \* desiderium peccatorum peribit.

*Ant.* Qui timet Dominum, in mandatis ejus volet nimis.

*Ant.* 7. ç. Sit nomen.

PSALMUS III2.

*Deus excelsus; ipse omnia cordi.*

**L**audate, pueri, Dominum, \* laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, \* ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, \* laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, \* & super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, \* & humilia respicit in cælo & in terra?

Suscitans à terra inopem, \* & de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum principibus, \* cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, \* matrem filiorum latantem.

*Ant.* Sit nomen Domini benedictum in sæcula.

*Ant.* I. A. Nos qui vivimus,

PSALMUS III3.

*Dei potentia: ipse solus Deus: idolorum vanitas.*

**I**n exitu Israël de Ægypto, \* domus Jacob de populo barbaro :

Facta est Judæa sanctificatio ejus, \* Israël potestas ejus.

Mare vidit & fugit ; \* Jordanis conversus est retrorsum.

Montes exultaverunt ut arietes, \* & colles sicut agni oviû.

Quid est tibi, mare, quod fugisti ; \* & tu, Jordanis,

quia conversus es retrorsum ?  
Montes, exultastis sicut  
arietes, \* & colles sicut agni  
óvium ?

A facie Dómini mota est ter-  
ra, \* à facie Dei Jacob :

Qui convertit petram in  
stagna aquarum, \* & rupem  
in fontes aquarum.

Non nobis, Dómine, non  
nobis ; \* sed nómini tuo da  
glóriam,

Super misericórdia tua &  
veritate tua : \* nequando di-  
cant gentes, Ubi est Deus eó-  
rum ?

Deus autem noster in cælo ; \*  
omnia quæcumque voluit, fe-  
cit.

Simulácula géntium argen-  
tum & aurum, \* ópera má-  
num hóminum :

Os habent, & non loquen-  
tur ; \* óculos habent, & non  
vidébunt :

Aures habent, & non áu-  
dient ; \* nares habent, & non  
odorábunt :

Manus habent, & non pal-  
pábunt ; pedes habent, & non  
ambulábunt ; \* non clamábunt  
in gútture suo.

Símiles illis fiant qui faciunt  
ea, \* & omnes qui confidunt  
in eis.

Domus Israël sperávit in  
Dómino ; \* adjútor eórum &  
protectór eórum est.

Domus Aaron sperávit in  
Dómino ; \* adjútor eórum &  
protectór eórum est.

Qui timent Dóminum, spe-  
ravérunt in Dómino ; \* adjú-  
tor eórum & protectór eórum  
est.

Dóminus memor fuit no-  
stri, \* & benedixit nobis.

Benedixit dómui Israël ; \*  
benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus qui ti-  
ment Dóminum, \* pusillis  
cum majóribus.

Adjiciat Dóminus super  
vos, \* super vos, & super fi-  
lios vestros.

Benedícti vos à Dño, \* qui  
fecit cælum & terram.

Cælum cæli Dómino ; \*  
terram autem dedit filiis hó-  
minum.

Non mórtui laudábunt te,  
Dómine : \* neque omnes qui  
descendunt in infernum.

Sed nos qui vivimus, bene-  
dicimus Dómino, \* ex hoc  
nunc & usque in sèculum.

*Ant.* Nos qui vivimus, be-  
nedicimus Dómino.

*Capitulum.* Ephes. 1.

**B**enedictus Deus, & Pater  
Dómini nostri Jesu Chri-  
sti, qui benedixit nos in om-  
ni benedíctiõne spirituáli in  
cælestibus in Christo, sicut  
elégit nos in ipso ante mundi  
constitutiónem, ut essemus  
sancti & immaculáti in conf-  
pectu ejus in caritate.

*Hymnus.*

**O**Luce qui mortálibus  
Lates inaccessâ, Deus !  
Præsentem quo sancti tremunt  
Nubuntque vultus Angeli :

Hic, ceu profundâ conditi  
Demergimur caligine :  
Æternus at noctem suo  
Fulgóre depellet dies.

HUNC nempe nobis præpa-  
ras,

Nobis reservas hunc diem,  
Quem vix adúbrat spléndida  
Flammantis astri claritas.

MORARIS heu ! nimis diu  
Moráris, optátus dies :

Ut te fruamur, nôxii  
Linguenda moles corporis.

Hic cum soluta vinculis  
Mens evolârit, ô Deus;  
Videre te, laudare te,  
Amare te non desinet.

Ad omne nos apta bonum,

Fœcunda donis Trinitas:  
Fœc lucis usuræ brevi  
Æterna succedat dies.

Amen.

ÿ. In Deo laudabimur totâ  
die; R. Et in nómine tuo con-  
fitebimur in sêculum. *Pf. 43.*

*Antiph. ut in Proprio.*

*Cantic. Beata Maria Virg.*

Luc. 1.

**M**agnificat \* ánima mea  
Dóminum:

Et exultávit spíritus meus \*  
in Deo salutári meo:

Quia respexit humilitátem  
ancillæ suæ; \* ecce enim ex  
hoc beátam me dicent omnes  
generatiónes:

Quia fecit mihi magna qui  
potens est, \* & sanctum no-  
men ejus.

Et misericórdia ejus à progé-  
nie in progénies \* timéntibus  
eum.

Fecit poténtiam in bráchio  
suo; \* disperfit superbos men-  
te cordis sui:

Depósuit potentes de sede; \*  
& exaltávit húmiles:

Esurientes implévit bonis; \*  
& dívites dimísit inánes.

Suscépit Israël púerum suû, \*  
recordátus misericórdiæ suæ,

Sicut locútus est ad patres  
nostros, \* Abraham, & sé-  
mini ejus in sêcula.

*Dicitur deinde Antiph. &  
Oratio conveniens, atque fiunt  
Commemorations, si qua sunt,*

*eodem ritu qui supra prescri-  
bitur ad Laudes 13.*

AD COMPLETOR.

**C**onverte nos, Deus salu-  
târis noster:

R. Et averte iram tuam à  
nobis. *Pf. 84.*

ÿ. Deus, in adjutórium  
meum intende, \* Dómine ad  
adjuvandum me festína.

*Ant. 8. G. Miserére.*

PSALMUS 4.

*In Deo, non in divitiis, spes col-  
locanda.*

**C**um invocárem exau-  
divit me Deus justitiæ  
meæ: \* in tribulatióne  
dilatasti mihi.

Miserére mei, \* & exaudi  
oratióne meam.

Filii hóminum, úsquequò  
gravi corde? \* ut quid dili-  
gitis vanitátem, & quaritis  
mendácium?

Et scitôte quóniam mirifi-  
cávit Dñs sanctum suum: \*  
Dóminus exáudiet me, cum  
clamávero ad eum.

Ira scimini, & nolite peccá-  
re: \* quæ dicitis in córdibus  
vestris, in cubilibus vestris  
compungimini.

Sacrificáte sacrificium jus-  
titiæ & speráte in Dómino: \*  
multi dicunt, Quis ostendit  
nobis bona?

Signátum est super nos lu-  
men vultús tui, Dómine: \*  
dedisti lætitiã in corde meo.

A fructu frumenti, vini,  
& ólei sui, \* multiplicati  
sunt.

In pace in idipsum \* dor-  
miam & requiescam:

Quóniam tu, Dómine, sin-  
gulariter in spe \* constituisti  
me.

PSALMUS 90.

*Nil timendum iis qui ad Deum  
confugiunt.***Q**ui habitat in adiutorio  
Altissimi, \* in protec-  
tione Dei cœli commorabitur.Dicet Dômino : Susceptor  
meus es tu, & refugium  
meum : \* Deus meus, sperabo  
in eum ;Quoniam ipse liberavit me  
de laqueo venantium, \* & à  
verbo aspero.Scapulis suis obumbrabit  
tibi, \* sub pennis ejus spe-  
rabis.Scuto circumdabit te veritas  
ejus : \* non timebis à timore  
nocturno.A sagitta volante in die,  
à negotio perambulante in  
tenebris ; \* ab incurfu, & da-  
mônio meridiâno.Cadent à latere tuo mille,  
& decem millia à dextris  
tuis : \* ad te autem non ap-  
propinquabit.Verumtamen oculis tuis  
considerabis, \* & retribu-  
tionem peccatorum videbis.Quoniam, Tu es, Dômi-  
ne, spes mea : \* altissimum  
posuisti refugium tuum.Non accedet ad te ma-  
lum, \* & flagellum non  
appropinquabit tabernaculo  
tuo.Quoniam Angelis suis man-  
davit de te, \* ut custodiant  
te in omnibus viis tuis.In manibus portabunt te, \*  
ne fortè offendas ad lapidem  
pedem tuum.Super aspîdem & basiliscum  
ambulabis, & conculcabis  
leonem & draconem.Quoniam in me speravit ;  
liberabo eum ; \* protegam  
eum, quoniam cognovit no-  
men meum.Clamabit ad me, & ego  
exaudiam eum : cum ipso sum  
in tribulatione ; \* eripiam  
eum, & glorificabo eum.Longitudine dierum replé-  
bo eum, \* & ostendam illi sa-  
lutare meum.

PSALMUS 133.

*Ecclesia cultores Domini ad  
Dei gloriam hortatur.***E**cce nunc benedicite Dô-  
minum, \* omnes servi  
Dômini.Qui statis in domo Dômi-  
ni, \* in atriiis domûs Dei  
nostri :In noctibus extollite manus  
vestras in sancta, \* & bene-  
dicite Dôminum.Benedicat te Dôminus ex  
Sion, \* qui fecit cœlum &  
terram.*Ant.* Miserere meî, Dômi-  
ne, & exaudi orationem  
meam.*Hymnus.***G**RATES, peracto jam die,  
Deus, tibi persolvimus ;  
Pronoque, dum nox incipit,  
Prosternimus vultu preces.**Q**UOD longa peccavit dies  
Amarus expiet dolor ;  
Somno gravatis ne nova  
Infligat hostis vulnera.**I**NFESTUS usque circuit  
Quærens leo quem devoret :  
Umbrâ sub alarum tuos  
Defende filios, Pater.**O** quando lucefct tuus  
Qui nescit occasum dies !  
**O** quando sancta se dabit  
Quæ nescit hostem patria !**D**E O Patri sit gloria,

Ejutque toli Filio,  
Sancto simul cum Spiritu,  
Nunc, & per omne sæculum.

Amen.

*In Officiis de Beata, Hymnus Virgo. ut in Officio parvo. Capitulum.* 1. Theff. 5.

**O**Mnes vos filii lucis estis,  
& filii diæi: non sumus  
noctis neque tenebrarum:  
igitur non dormiamus sicut  
& ceteri, sed vigilemus & sobrii  
simus.

*Rz. br.* In manus tuas, Domine,  
\* Commendo spiritum meum. In manus. *Ps.* Redemisti me, Domine, \* Deus veritatis. \* Commendo. Glória Patri. In manus. *Pf.* 30.

*Ps.* Custodi me, Domine,  
ut pupillam oculi: *Rz.* Sub  
umbra alarum tuarum protege me. *Pf.* 16.

*Ant.* 3. g. Domine.

*Cantic. Simeonis.* Luc. 2.

**N**unc dimittis servum  
tuum, Domine, \* secundum  
verbum tuum in pace:

Quia viderunt oculi mei \*  
salutare tuum.

Quod parasti \* ante faciem  
omnium populorum.

Lumen ad revelationem  
gentium, \* & gloriam plebis  
tuæ Israël.

*Ant.* Domine, custodi partem  
tuam: ut sive vigilemus,  
sive dormiamus, simul cum  
Christo vivamus. 2. Mach. 1.  
& 1. Theff. 5.

*Ps.* Dominus vobiscum, *Rz.* Et  
cum spiritu tuo.

Orémus.

**V**isita, quæsumus Domine,  
habitationem nostram,  
& omnes insidias inimici  
ab ea longè repelle: An-

*MIR. Pars Æstiva.*

geli tui sancti habitent in ea,  
qui nos in pace custodiant;  
& benedictio tua sit super nos  
semper; Per Dominum.

*Ps.* Dominus vobiscum,  
*Rz.* Et cum spiritu tuo.

*Ps.* Benedicamus Domino.  
*Rz.* Deo gratias.

*Finito Completorio, submissâ voce dicitur:* Grátia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. 2. Cor. 13. *Rz.* Amen.

Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

*Postea dicitur una ex Antiphonis B. Mariæ Virginis, ut habentur infra ad calcem Psalterii.*

*Post completum Officium dicitur secreto, Pater, Ave, Credo.*

FERIA SECUNDA.

AD OFFICIUM NOCT.

Domine, labia. *suprà* 1.

*Invit.* Venite exultemus Domino: \* Jubilemus Deo salutarî nostro, non repetitur.

*Psalmus* 94. *suprà* 2. *continuat*ur: Præoccupemus, &c.

[ *Post primum versum hujus Psalmi Invitator. repetendum est integrum; deinde à medio post alios versus: & rursus integrum post Glória Patri. cum Sicut. isque ritus servatur in Officio Feriali ut & in Semiduplic. & Simplicibus.* ]

*Hymnus.*

**D**Ei canamus gloriam,  
Cælum secundo qui die  
Expandit, admirabile  
Mortalibus spectaculum.

POLL stupemus alveo  
Stagnare pensiles lacus:

\*

Hinc imbre terras fertili  
Cœlestis irrórat Pater.

QUAM præparas nobis,  
Deus,  
Est hæc imâgo grâtiæ:  
Hæc rore stillans úberi  
Cordis penétrat íntima.

HANC qui fidéli cómbibunt  
Aquam salúbrem pectore,  
In his ad æternas domos  
Miro resultat ímpetu.

BEATA gens, quam pródiga  
Ditâre non cessas manu!  
Amóris hæc memor tui,  
Amóris & reddat vices.

DEO Patri sit glória,  
Ejusque soli Filio,  
Sancto simul cum Spírítu,  
In sempiterna sêcula.

Amen.

*In Feriis, & aliis Officiis  
trium Lectioſum, dicuntur pro  
unico Nocturno novem Psal-  
mi ad unamquamque Feriam  
positi, sub una duntaxat An-  
tiſſona post singulos tres Psal-  
mos. In Festis verò novem Le-  
ctioſum, pro unoquoque No-  
cturno dicuntur tres Psalmi, &  
post quemlibet Psalmum, una-  
quaque Antiſſona dicitur, vel  
de Proprio, vel de Communi.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. a. Omnia.

PSALMUS 103.

*Deus ab opificio & providentiâ  
celebratur.*

**B**enedic ánima mea,  
Dómino: \* Dómine  
Deus meus, magnificá-  
tus es vehementer.

Confessióſum & decórem  
induisti, \* amictus lúmine  
sicut vestimento.

Extendens cœlum sicut pel-  
lem, \* qui tegis aquis supe-  
rióra ejus.

Qui ponis nubem ascensum  
tuum, \* qui ámbulas super  
pennas ventórum;

Qui facis Angelos tuos,  
spírítus, \* & ministros tuos  
ignem urentem;

Qui fundasti terram super  
stabilitátem suam; \* non in-  
clinábitur in sêculum sêculi.

Abyssus, sicut vestimentum,  
amictus ejus; \* super montes  
stabunt aquæ;

Ab increpatione tua fú-  
gient; \* à voce tonitruí tui  
formidábunt.

Ascendunt montes, & des-  
cendunt campi, \* in locum  
quem fundasti eis.

Términum posuisti, quem  
non transgredientur; \* neque  
convertentur operire terram.

Qui emittis fontes in con-  
vállibus: \* inter médium món-  
tium pertransibunt aquæ:

Potábunt omnes béstia æ a-  
gri; \* expectábunt ónagri in  
siti sua:

Super ea vólucres cœli ha-  
bitábunt; \* de médio petrâ-  
rum dabunt voces.

Rigans montes de superiô-  
ribus suis; \* de fructu ópe-  
rum tuórum satiábitur terra:

Prodúcens fœnum jumen-  
tis, \* & herbam servituti hó-  
minum:

Ut edúcas panem de terra, \*  
& vinú latíficet cor hóminis.

Ut exhilaret faciê in óleo, \*  
& panis cor hóminis confir-  
met.

Saturabuntur ligna campi,  
& cedri Líbani quas plantá-  
vit; \* illic pásseres nidificá-  
bunt.

Heródii domus dux est eó-  
rum; \* montes excelsi cervis,

petra refugium herinâciis.

Fecit lunam in tēpora: \*  
sol cognovit occâsum suum.

Posuisti tēbras & facta  
est nox: \* in ipsa pertransi-  
bunt omnes bêstia sylvæ.

Catuli leonum rugientes,  
ut rapiant, \* & quærant à  
Deo escam sibi.

Ortus est sol, & congregati  
sunt; \* & in cubilibus suis col-  
locabuntur.

Exibit homo ad opus suū, \*  
& ad operatiōem suam us-  
que ad vesp̄erum.

*Divisio Psalmi 103.*

**Q**Uam magnificata sunt  
opera tua Dōmine! \*  
omnia in sapiētia fecisti: im-  
pleta est terra possessiōne tuâ:

Hoc mare magnum, & spa-  
tiosum manibus; \* illic rep-  
tilia, quorū non est nūmerus.

Animalia pusilla cum mag-  
nis; \* illic naves pertransi-  
bunt.

Draco iste quem formasti  
ad illudendum ei; \* omnia à  
te expectant, ut des illis escam  
in tēpore.

Dante te illis, colligent; \*  
aperiente te manum tuam,  
omnia implebuntur bonitate:

Avertente autem te faciem,  
turbabuntur; \* auferes spi-  
ritum eorum, & deficient,  
& in pulverem suum rever-  
tentur.

Emittes Spiritum tuum, &  
creabuntur; \* & renovabis fa-  
ciem terræ.

*Alterâ divisio Psalmi 103.*

**S**It gloria Dōmini in sēcu-  
lum: \* lætabitur Dōmi-  
nus in operibus suis;

Qui respicit terram, & fa-  
cit eam tremere; \* qui tangit

montes, & fumigant.

Cantabo Dōmino in vita  
mea: \* psallam Deo meo  
meo quāmdiu sum.

Jucundum fit ei elōquium  
meum: \* ego verò delectā-  
bor in Dōmino.

Deficiant peccatores à terra,  
& iniqui, ita ut non sint; \*  
benedic, anima mea, Dño.

*Ant.* Omnia in sapiētia fe-  
cisti, Dōmine: implēta est  
terra possessiōne tuâ.

**IN II. NOCTURNO.**

*Ant.* 7. d. Mementōte.

**PSALMUS 104.**

*Beneficia Israelitis collata  
enumerantur.*

**C**Onfitemini Dōmino,  
& invocāte nomen  
ejus; \* annuntiāte in-  
ter gentes opera ejus.

Cantate ei & psallite ei, \*  
narrate omnia mirabilia ejus.

Laudamini in nōmine sancto  
ejus: \* lætetur cor quæren-  
tium Dōminum.

Quærite Dōminum, & con-  
firmamini; \* quærite faciē  
ejus semper.

Mementōte mirabilium ejus  
quæ fecit; \* prodigia ejus,  
& judicia oris ejus.

Semen Abraham, servi  
ejus; \* filii Jacob, electi ejus.

Ipse Dōminus Deus nos-  
ter; \* in universa terra judi-  
cia ejus.

Memor fuit in sēculum tes-  
tamenti sui; \* verbi quod  
mandavit in mille generatiō-  
nes:

Quod dispōsuit ad Abra-  
ham, \* & juramenti sui ad  
Isaac.

Et statuit illud Jacob in  
præceptum; \* & Israël in

testamentum æternum,

Dicens, Tibi dabo terram Chanaan, \* funiculum hereditatis vestræ;

Cum essent numero brevī, \* paucissimi & incolæ ejus:

Et pertransierunt de gente in gentem, \* & de regno ad populum alterum.

Non reliquit hominem nocere eis, \* & corripuit pro eis reges:

Nolite tangere christos meos, \* & in prophetis meis nolite malignari.

*Divisio Psalmi 104.* Et Vocavit (Dominus) famem super terram; \* & omne firmamentum panis contrivit.

Misit ante eos virum: \* in servum vendatus est Joseph.

Humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertransiit animam ejus, \* donec veniret verbum ejus;

Elóquium Domini inflammavit eum: \* misit rex, & solvit eum; princeps populorum, & dimisit eum.

Constituit eum dominum domus suæ, \* & principem omnis possessionis suæ.

Ut erudiret principes ejus sicut semetipsum, \* & senes ejus prudentiam doceret.

Et intravit Israël in Ægyptum, \* & Jacob accola fuit in terra Cham.

Et auxit populum suum vehementer; \* & firmavit eum super inimicos ejus.

Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus; \* & dolum facerent in servos ejus.

*Alterã divisio Psalmi 104.*

Misit (Dñs) Moysen servum suum, \* Aaron quem elegit ipsum:

Posuit in eis verba signorum suorum, \* & prodigiorum in terra Cham.

Misit tenebras, & obscuravit: \* & non exacerbavit sermones suos.

Convertit aquas eorum in sanguinem; \* & occidit pisces eorum.

Edidit terra eorum ranas \* in penetrabilibus regum ipsorum.

Dixit, & venit cœnomyia, & cinifes \* in omnibus finibus eorum.

Posuit pluvias eorum grandinem; \* ignem comburentem in terra ipsorum:

Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum; \* & contrivit lignum finium eorum:

Dixit, & venit locusta & bruchus, \* cujus non erat numerus;

Et comedit omne forum in terra eorum, \* & comedit omnem fructum terræ eorum.

Et percussit omne primogenitum in terra eorum, \* primitias omnis laboris eorum.

Et eduxit eos cum argento & auro: \* & non erat in tribubus eorum infirmus.

Latata est Ægyptus in profectiõne eorum: \* quia incubuit timor eorum super eos.

Expandit nubem in protectionem eorum, \* & ignem ut luceret eis per noctem.

Petierunt, & venit coturnix: \* & pane cœli saturavit eos.

Dirupit

Dirupit petram, & fluxerunt aquæ; \* abierunt in sicco flumina:

Quoniam memor fuit verbi sancti sui, \* quod habuit ad Abraham puerum suum:

Et eduxit populum suum in exultatione, \* & electos suos in lætitia;

Et dedit illis regiones gentium; \* & labores populolum possederunt:

Ut custodiant justificationes ejus, \* & legem ejus requirant.

*Ant.* Memento mirabilium ejus quæ fecit, prodigia ejus, & judicia oris ejus

IN III. NOCTURNO.

*Ant.* I. a. Visita nos.

PSALMUS 105.

*Bonitas Dei: Judaorum ingratus animus.*

**C**onfitemini Domino, quoniam bonus: \* quoniam in seculum misericordia ejus.

Quis loquetur potentias Domini, \* auditas faciet omnes laudes ejus?

Beati qui custodiunt iudicium, \* faciunt iustitiam in omni tempore.

Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui: \* visita nos in salutari tuo;

Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ; \* ut lauderis cum hæreditate tua.

*Diviso Psalmi 105.*

**P**eccavimus cum patribus nostris; \* injuste egimus, iniquitatem fecimus.

Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: \* non fuerunt memores multi-

*MIR. Pars Æst.*

tudinis misericordiæ tuæ;

Et irritaverunt ascendentes in mare, \* mare Rubrum;

Et salvavit eos propter nomen suum; \* ut notam faceret potentiam suam.

Et increpuit mare Rubrum, & exsiccatum est; \* & deduxit eos in abyssis sicut in deserto;

Et salvavit eos de manu odientium, \* & redemit eos de manu inimici:

Et operuit aqua tribulantes eos; \* unus ex eis non remansit.

Et crediderunt verbis ejus; \* & laudaverunt laudem ejus.

Cito fecerunt, obliti sunt operum ejus, \* & non sustinuerunt consilium ejus.

Et concupièrunt concupiscentiam in deserto; \* & tentaverunt Deum in inaquoso.

Et dedit eis petitionem ipsorum; \* & misit saturitatem in animas eorum.

Et irritaverunt Moysen in castris; \* Aaron sanctum Domini.

Aperta est terra, & deglutivit Dathan, \* & operuit super congregationem Abiron.

Et exarsit ignis in synagoga eorum; \* flamma combussit peccatores.

Et fecerunt vitulum in Horeb; \* & adoraverunt sculptile.

Et mutaverunt gloriam suam \* in similitudinem vituli comedentis fœnum.

Obliti sunt Deum qui salvavit eos, \* qui fecit magna in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro.

**C**

Et dixit ut disperderet eos; \* si non Móyses electus ejus stetit in contraccióne, in conspectu ejus,

Ut avérteret iram ejus, ne disperderet eos: \* & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.

Non crediderunt verbo ejus, & murmuraverunt in tabernaculis suis: \* non exaudierunt vocem Dómini.

Et elevavit manum suam super eos, \* ut prosterneret eos in deserto,

Et ut deiceret semen eorum in nationibus, \* & dispergeret eos in regionibus.

Et initiati sunt Beelphegor: \* & comederunt sacrificia mortuorum.

Et irritaverunt eum in adinventiónibus suis: \* & multiplicata est in eis ruina.

Et stetit Phinees, & placavit; \* & cessavit quassatio.

Et reputatum est ei in justitiam, \* in generatióem & generatióem usque in sempiternum.

Et irritaverunt eum ad Aquas contradiçãois: \* & vexatus est Móyses propter eos,

Quia exacerbaverunt spiritum ejus; \* & distinxit in labiis suis.

*Altera divisio Psalmi 105.*

**N**on disperdiderunt gentes, \* quas dixit Dóminus illis.

Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt ópera eorum, & servierunt sculptilibus eorum; \* & factum est illis in scándalum.

Et immolaverunt filios suos \* & filias suas dæmóniis:

Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, \* quas sacrificaverunt sculptilibus Chánaan.

Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in opéribus eorum; \* & fornicati sunt in adinventiónibus suis.

Et iratus est furóre Dóminus in pópulum suum; \* & abominatus est hæreditatem suam.

Et tradidit eos in manus gentium, \* & dominati sunt eorum, qui oderunt eos.

Et tribulaverunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum: \* sæpe liberavit eos.

Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo, \* & humiliati sunt in iniquitatibus suis.

Et vidit cum tribularentur, \* & audivit oratióem eorum:

Et memor fuit testamenti sui, \* & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.

Et dedit eos in misericordias, \* in conspectu ómnium qui ceperant eos.

Salvos nos fac, Dómine Deus noster; \* & congrega nos de nationibus:

Ut confiteámur nómini sancto tuo, \* & gloriémur in laude tua.

Benedictus Dóminus Deus Israél à século, & usque in séculum; \* & dicet omnis pópulus: Fiat, fiat.

*Ant.* Visita nos in salutári tuo, Dómine, ad videndum

In bonitate electorum tuorum.

ψ. Exultabit cor meum in salutari tuo: R. Cantabo Domino qui bona tribuit mihi. Ps. 12.

Pater noster.

*Absolutio & Benedictiones, ut ordinantur post Psalterium.*

*Lectiones cum R. R. R. habentur in Proprio de Tempore; & sic in sequentibus Feriis.*

*Non dicitur Te Deum, in Feriis.*

A D L A U D E S.

ψ. Deus, in adiutorium.

Ant. 5. a. Bonum est.

PSALMUS 91.

*Deus magnificus, justus vindex, ideo collaudandus.*

**B**onum est confiteri Domino: \* & psallere nomini tuo, Altissime.

Ad annuntiandum manem misericordiam tuam, \* & veritatem tuam per noctem.

In decachordo psalterio, \* cum cantico, in cithara.

Quia delectasti me, Domine, in factura tua: \* & in operibus manuum tuarum exultabo.

Quam magnificata sunt opera tua, Domine! \* nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

Vir insipiens non cognoscat; \* & stultus non intelliget hæc.

Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum: \* & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.

Ut intereant in seculum seculi: \* tu autem Altissimus in æternum, Domine.

Quoniam ecce inimici tui, Domine, quoniam ecce ini-

mici tui peribunt; \* & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum, \* & fenecurus mea in misericordia uberi. Et despexit oculus meus inimicos meos: \* & in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

Iustus ut palma florebit; \* sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Plantati in domo Domini, \* in atriis domus Dei nostri florebitur.

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi: \* & bene patientes erunt, ut annuntient,

Quoniam rectus Dominus Deus noster, \* & non est iniquitas in eo.

Ant. Bonum est psallere nomini tuo, Altissime, ad annuntiandum manem misericordiam tuam.

Ant. 8. c. Bonus Dominus.

PSALMUS 135.

*Deus mirabilis: ejus in suos providentia.*

**C**onfitemini Domino, quoniam bonus, \* quoniam in æternum misericordia ejus.

Confitemini Deo deorum, \* quoniam in æternum misericordia ejus:

Confitemini Domino dominorum, \* quoniam in æternum misericordia ejus:

Qui facit mirabilia magna solus, \* quoniam in æternum misericordia ejus:

Qui fecit cœlos in intellectu, \* quoniam in æternum misericordia ejus:

Qui firmavit terram super

aquas, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Qui fecit luminária magna, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Solem in potestátem diei, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Lunam & stellas in potestátem noctis, \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

*Ant.* Bonus Dóminus, in æternum misericórdia ejus.

*Ant.* 4. a. Dóminus.

*Diviso Psalms 135.*

[ **C**onfitémini Dómino, quóniam bonus, \* quóniam in æternum misericórdia ejus : ]

Qui percussit Ægyptum cum primogénitis eórum, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Qui eduxit Israël de médio eórum, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

In manu potenti, & bráchio excelso, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Qui divisit mare rubrum in divisiónes, \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Et eduxit Israël per médium ejus, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Et excussit Pharaónem & virtutem ejus in mari Rubro, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Qui traduxit pópulum suum per desertum, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Qui percussit reges magnos, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Et occidit reges fortes, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Schon regem Amorrhæorúm, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Et Og regem Basan, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Et dedit terram eórum hæreditátem, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Hæreditátem Israël servo suo, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Quia in humilitáte nostra memor fuit nostrí, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Et redémit nos ab inimicis nostris, \* quóniam in æternum misericórdia ejus :

Qui dat escam omni carni, \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Confitémini Deo cœli, \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum, \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

*Ant.* Dóminus in humilitáte nostra memor fuit nostrí, & redémit nos ab inimicis nostris.

*Quando fit Officium de Feria, dicitur Canticum sequens.*

*Ant.* 7. d. Quis similis tuí ? *Cantic. Moysi. Exod. 15.*

**C**antémus Dómino; glorióse enim magnificatus est, \* equum & ascensórem déjécit in mare.

Fortitúdo mea & laus mea Dóminus, \* & factus est mihi in salutem.

Ilte Deus meus, & glorificábo eum; \* Deus patris mei, & exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor, Omnipotens, nomen

ejus; \* currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare.

Electi principes ejus submersi sunt in mari Rubro, abyssi operuerunt eos; \* descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine; dextera tua, Domine, percussit inimicum; \* & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos.

Misisti iram tuam quæ devoravit eos sicut stipulam, \* & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ.

Stetit unda fluens, \* congregatæ sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus: Persequar, & comprehendam; \* dividam spolia, implebitur anima mea.

Evaginabo gladium meum, \* interficiet eos manus mea.

Flavit spiritus tuus, & operuit eos mare; \* submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tuus in fortibus, Domine? \* quis similis tuus, magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, & devoravit eos terra; \* dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti:

Et portasti eum in fortitudine tua \* ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, & irati sunt, \* dolores obtinuerunt habitatores Philisthim.

Tunc conturbati sunt prin-

cipes Edom, robustos Moab obtinuit tremor; \* obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pavor; \* in magnitudine brachii tui.

Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus, Domine; \* donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ, \* firmissimo habitaculo tuo quod operatus es, Domine,

Sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ: \* Dominus regnabit in æternum, & ultra:

Ingressus est enim eques Pharaon cum curribus & equitibus ejus in mare, \* & reduxit super eos Dominus aquas maris;

Filii autem Israël ambulerunt per siccum \* in medio ejus.

*Ant.* Quis similis tuus, Domine, magnificus in sanctitate, faciens mirabilia?

[ *In Festis, loco superioris Cantici, dicitur sequens.*

*Canticum. Eccli. 39.*

**C**ollaudate canticum, \* & benedicite Dominum in operibus suis.

Date nomini ejus magnificentiam, \* & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & citharis;

Et sic dicetis in confessione: \* Opera Domini universa bona valde.

In verbo ejus stetit aqua sicut congeries: \* & in sermone

ne oris illius sicut exceptoria aquarum;

Quoniam in præcepto ipsius placor fit, \* & non est minoratio in salute ipsius.

Opera omnis carnis coram illo, \* & non est quidquam absconditum ab oculis ejus.

A sæculo usque in sæculum respicit, \* nihil est mirabile in conspectu ejus. ]

*Ant.* 1. g. Laudate Dóminum.

PSALMUS 134.

*Israël beneficiis cumulatus :  
idolorum vanitas.*

**L**audate nomen Dómini, \*  
laudate, sérvī, Dóminū :  
Qui statis in domo Dómini,  
\* in atriis domūs Dei nostri.

Laudate Dóminum, quia bonus Dóminus; \* psállite nómini ejus, quoniam suáve.

Quoniam Jacob elégit sibi Dóminus, \* Israël in possessionem sibi.

Quia ego cognóvi quòd magnus est Dóminus, \* & Deus noster præ omnibus diis.

Omnia quæcumque voluit, Dóminus fecit, in cælo, & in terra; \* in mari, & in omnibus abyssis.

Edúcens nubes ab extrémō terræ, \* fúlgura in plúviam fecit :

Qui producit ventos de thesauris suis; \* qui percussit primogénita Ægypti ab hómine usque ad pecus :

Et misit signa & prodigia in médio tuí, Ægypte; \* in Pharaónem, & in omnes servos ejus.

Qui percussit gentes multas, \* & occidit reges fortes, Schon regem Amorrhæo-

rum, & Og regem Basan, \* & omnia regna Chánaan.

Et dedit terram eorum hæreditatem, \* hæreditatem Israël pópulo suo.

Dómine, nomen tuum in æternum: \* Dómine, memoriále tuum in generatióem & generatióem:

Quia judicabit Dóminus pópulum suum, \* & in servis tuis deprecábitur.

Simulácula géntium argentum & aurum, \* ópera mánuum hóminum :

Os habent, & non loquuntur; \* óculos habent, & non vidébunt :

Aures habent, & non audiunt; \* neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Similes illis fiant qui faciunt ea, \* & omnes qui confidunt in eis.

Domus Israël, benedicite Dómino: \* domus Aaron, benedicite Dómino.

Domus Levi, benedicite Dómino: \* qui timétis Dóminum, benedicite Dómino.

Benedictus Dóminus ex Sion, \* qui hábitat in Jerúsalem.

*Ant.* Laudate Dóminum, psállite nómini ejus, quoniam elégit Israël in possessionem sibi.

*Capitulum.* Prov. 8.

**E**go diligentes me diligo; & qui mane vigílant ad me, invénient me.

*Hymne.*

**N**il láudibus nostris egēs,  
Sed filios amas, Pater;  
Multâque cœlestem prece  
Vis provocári grátiam.

Tui profunda consíli

Noctis canat silentium :

Tuæ jubar clementiæ  
Splendor diæ prædicat.

TANTIS minor miraculis  
Mens obstupet, vox déficit :  
Tacere sed totis nequit  
Amor medullis astuans.

ERUMPAT ergo : te memor  
Clamet parentem, qui mala  
Præsentis ævi mitigas,  
Spondes futuri præmia.

Huc vota tendunt cordium;  
Infirma sed tardat caro :  
Quæ ducit ad te, da sequi,  
Dux ipse Jesu, semitam. Amen.

ÿ. Repléti sumus mane mi-  
sericordiâ tuâ, Dómine; R. Et  
exultávimus, & delectáti su-  
mus. Ps. 89.

Ad Benedictus. Ant. 6. Bened-  
dictus Dóminus Deus Israël;  
quia visitávit, & fecit re-  
demptionē plebis suæ. Luc. 1.

Preces, quando dicuntur,  
& Suffragia habentur infrâ  
post Completorium Sabbati.

Oratio, quando propria non  
assignatur, dicitur de Domi-  
nica præcedenti; & sic in aliis  
Horis & Feriis.

A D P R I M A M.

ÿ. Deus, in adjutorium.

Hymnus, Jam lucis. infrâ  
post Completorium Sabbati;  
& sic in aliis Feriis.

Ant. 8. G. Quid est homo.

P S A L M U S 8.

Christi gloria, & potestas.

**D**omine Dóminus nos-  
ter, \* quàm admirá-  
bile est nomen tuum in  
universa terra!

Quóniam eleváta est mag-  
nificéntia tua \* super cælos.

Ex ore infántium & lactén-  
tium perfecisti laudem prop-  
ter inimicos tuos, \* ut def-

truas inimicum & ultorem.

Quóniam vidébo cælos tuos,  
ópera digitorum tuorum; \*  
lunam & stellas, quæ tu fun-  
dasti.

Quid est homo, quòd me-  
mor es ejus? \* aut filius hómi-  
nis, quóniam vísitas eum?

Minuisti eum paulò minùs  
ab Angelis, glóriâ & honóre  
coronasti eum: \* constituisti  
eum super ópera mánuum tuá-  
rum.

Omnia subjecisti sub pédi-  
bus ejus, \* oves & boves uni-  
versas, insuper & pécora cam-  
pi;

Vólucres cæli, & pisces  
maris, \* qui perambulant sé-  
mitas maris.

Dómine Dóminus noster, \*  
quàm admirábile est nomen  
tuum in universa terra!

P S A L M U S 76.

Consolatio spiritualis ex ope-  
ribus Dei sumpta.

**V**Oce meâ ad Dóminum  
clamávi, \* voce meâ ad  
Deum, & intendit mihi.

In die tribulationis meæ  
Deum exquisivi, máribus  
meis nocte contra eum; \* &  
non sum deceptus.

Rénuit consolári ánima  
mea; \* memor fui Dei, &  
delectátus sum, & exercitátus  
sum; & déficit spíritus meus.

Anticipavérunt vigílias ócu-  
li mei; \* turbátus sum, &  
non sum locútus.

Cogitávi dies antíquos; \*  
& annos æternos in mente há-  
bui.

Et meditátus sum nocte cum  
corde meo; \* & exercitábar,  
& scopébam spíritum meum.

Numquid in æternum pro-

iciet Deus? \* aut non apponet ut complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suam abscindet, \* à generatione in generationem?

Aut obliviscetur misereri Deus? \* aut continébit in ira sua misericordias suas?

Et dixi, Nunc coepi: \* hæc mutatio dexteræ Excelsi.

*Divisio Psalmi 76.*

**M**emor fui operum Domini; \* quia memor ero ab initio mirabilium tuorum;

Et meditabor in omnibus operibus tuis, \* & in adinventionibus tuis exercébor.

Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster, \* tu es Deus qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam; \* redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, & Joseph.

Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ; \* & timuerunt, & turbatae sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum; \* vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ transeunt: \* vox tonitruum tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ; \* commota est & contremuit terra.

In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis; \* vestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oves populum tuum \* in manu Moysi & Aaron.

*Ant.* Quid est homo, Domine, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum? *Pf.* 8.

*Capitulum, R. breve, &*

*Preces, quando dicuntur, habentur post Completorium Sabbati, & sic in aliis Feriis.*

**AD TERTIAM.**

*Ps.* Deus, in adiutorium.

*Hymnus, O Fons, infra post Completorium Sabbati.*

*Ant.* 7. d. Annuntiâte.

**PSALMUS 24.**

*Justi oppressi, & opem poscentis humilis oratio.*

**A**D te, Domine, levavi animam meam: \* Deus meus, in te confido, non erubescam:

Neque irrideant me inimici mei: \* etenim universi qui sustinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes \* supervacue.

Vias tuas, Domine, demonstra mihi, \* & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me; \* quia tu es Deus salvator meus, & te sustinui totâ die.

Reminiscere miseracionum tuarum, Domine, \* & misericordiarum tuarum quæ à seculo sunt.

Delicta juventutis meæ & ignorantias meas \* ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu, \* propter bonitatem tuam, Domine.

Dulcis & rectus Dominus; \* propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio; \* docebit mites vias suas.

Universæ viæ Domini, misericordia & veritas \* requiruntibus testamentum ejus & testimonia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiaberis peccáto meo ; \* multum est enim.

*Divisio Psalmi 24.*

**Q**uis est homo qui timet Dóminum ? \* legem stáuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur, \* & semen ejus hæreditábit terram.

Firmamentum est Dóminus timéntibus eum, \* & testamentum ipsius, ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum, \* quóniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserere meî, \* quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicatæ sunt ; \* de necessitatibus meis érué me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum, \* & dimitte univérsa delicta mea.

Réspice inimicos meos, quóniam multiplicati sunt, \* & ódio iniquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, & érué me : \* non erubescam, quóniam sperávi in te.

Innocentes & recti adhæsérunt mihi, \* quia sustinui te.

Libera, Deus, Israël, \* ex ómnibus tribulatióibus suis.

PSALMUS 95.

*Ecclesia, pro Christi adventu, canticum.*

**C**antáte Dómino, cánticum novum : \* cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedicite nómini ejus ; \* annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes  
MIR. Pars Æstiva.

glóriam ejus, \* in ómnibus pópulis mirabilia ejus ;

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis ; \* terribilis est super omnes deos :

Quóniam omnes dii géntium dámonia ; \* Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspectu ejus, \* sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem ; \* afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introite in átria ejus ; \* adoráte Dóminum in atrio sancto ejus.

Commovéatur à fácie ejus univérsa terra ; \* dicite in géntibus quia Dóminus regnávít.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovébitur : \* judicábit pópulos in æquitáte.

Lætentur cæli & exultet terra, commovéatur mare & plenitúdo ejus : \* gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna sylvárum à fácie Dómini, quia venit ; \* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, \* & pópulos in veritate sua.

*Ant.* Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

*Capitulum.* Ephes. 5.

**E**stóte imitatores Dei, sicut filii charíssimi ; & ambuláte in dilectiône, sicut & Christus dilexit nos, & trádidit semetipsum pro nobis

\*

oblationem, & hóstiam Deo in odórem suavitátis.

*R. br.* Quid retribuam Dómino, \* Pro ómnibus quæ retribuit mihi? Quid retribuam. *V.* Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus, \* Pro ómnibus. Glória. Quid retribuam. *Pf.* 115.

*V.* Tibi, Dómine, sacrificábo hóstiam laudis, *R.* Et nomen Dómini invocábo. *Ibid.*

*Preces, si dicenda sint, habentur infra post Completor. Sabbati.*

*Oratio conveniens.*

A D S E X T A M.

*V.* Deus, in adiutorium.

*Hymnus. Jam solis, infra post Completorium Sabbati.*

*Ant.* 6. Elégit.

P S A L M U S 46.

*Laudatur Deus, quòd omnes gentes in unum Christi regnum coëant.*

**O**Mnes gentes, pláudite má nibus, \* jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excelsus, terríbilis: \* Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis, \* & gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hæreditátem suam, \* spécies Jacob quam dilexit.

Ascendit Deus in júbilo, \* & Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite; \* psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam rex omnis terræ Deus: \* psállite sapienter.

Regnábít Deus super gentes: \* Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham; \* quóniam dii fortes terræ vehementer eleváti sunt.

P S A L M U S 97.

*Christus celebrandus, qui se sit omnibus exhibiturus, & orbem judicaturus.*

**C**Antáte Dómino cánticum novum, \* quia mirabilia fecit.

Salvávit sibi dextera ejus, \* & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutare suum; \* in conspectu géntium revelávit justitiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, \* & veritátis suæ dómni Israël.

Vidérunt omnes términi terræ \* salutare Dei nostri.

Jubiláte Deo, omnis terra: \* cantáte, & exultáte, & psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara, & voce psalmi; \* in tubis ductílibus, & voce tubæ córnæ.

Jubiláte in conspectu regis Dómini: \* moveátur mare, & plenitúdo ejus; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt á conspectu Dómini, \* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justitia, \* & pópulos in æquitáte.

P S A L M U S 98.

*Christi potestas: ejus vestigia adoranda: exempla patrum.*

**D**ominus regnávít, irascitur pópuli; \* qui sedet super Chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus, \* & excelsus super omnes populos.

Confiteantur nómini tuo magno, quóniam terribile & sanctum est: \* & honor regis iudícium diligit.

Tu parasti directiões: \* iudícium & iustitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, & adoráte scabellum pedum ejus, \* quóniam sanctum est.

Móyses & Aaron in sacerdotibus ejus, \* & Sámuel inter eos qui invocant nomen ejus.

Invocabant Dóminum, & ipse exaudiébat eos; \* in columna nubis loquebátur ad eos.

Custodiébant testimónia ejus, \* & præceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos: \* Deus, tu propítius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiões eórum.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, & adoráte in monte sancto ejus, \* quóniam sanctus Dóminus Deus noster.

*Ant.* Elégit nobis hæreditátem suam quam dilexit Dóminus. *Psal.* 46.

*Capitulum.* Rom. 8.

**S**piritus testimonium reddit spirítui nostro, quòd sumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

*R.* *br.* Confiteantur Dómino \* Misericórdiæ ejus. Confiteantur. *ÿ.* Et mirabilia ejus filiis hóminum: \* Misericór-

diæ. Glória. Confiteantur.

*Psal.* 106

*ÿ.* Quómòdò miserétur pater filiórum, *R.* Misertus est Dóminus timéntibus se. *Pf.* 102.

*Preces, si dicenda sint, habentur infra post Compl. Sabbati. Oratio conveniens.*

A D N O N A M.

*ÿ.* Deus, in adiutorium.

*Hymnus, Labente, infra post Completor. Sabbati.*

*Ant.* 7. *ç.* In voluntate tua.

P S A L M U S 52.

*Impiorum infinitus numerus: adventus Christi exoptatur.*

**D**ixit insipiens in corde suo: \* Non est Deus.

Corrupti sunt & abominábiles facti sunt in iniquitatibus: \* non est qui faciat bonum.

Deus de cælo prospexit super filios hóminum, \* ut videat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt: \* non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui operantur iniquitátem, \* qui devorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocavérunt: \* illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus dissipávit ossa eórum qui homínibus placent: \* confusi sunt, quóniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutáre Israël? \* cùm converterit Deus captivitátem plebis suæ, exultábit Jacob, & lætábitur Israël.

## PSALMUS 72

*Improbi in hac vita felices :  
probi quòd sua quemque præ-  
mia maneant , consolatione  
levantur.*

**Q**uam bonus Israël Deus , \*  
his qui recto sunt corde !  
Mei autem penè moti sunt  
pedes , \* penè effusi sunt gres-  
sus mei ;

Quia zelavi super iniquos , \*  
pacem peccatorum videns ;

Quia non est respectus mor-  
ti eorum , \* & firmamentum  
in plaga eorum ;

In labore hominum non  
sunt , \* & cum hominibus non  
flagellabuntur.

Ideo tenuit eos superbia ; \*  
operti sunt iniquitate & im-  
pietate sua.

Prodiit quasi ex adipè in-  
iquitas eorum , \* transierunt in  
affectum cordis.

Cogitaverunt & locuti sunt  
nequitiam , \* iniquitatem in  
excelsò locuti sunt.

Posuerunt in cælum os  
suum , \* & lingua eorum  
transiit in terrâ.

Ideo convertetur pòpulus  
meus hîc ; & dies pleni in-  
venientur in eis.

Et dixerunt : Quomodo scit  
Deus ? \* & , Si est scièntia  
in Excelsò.

Ecce ipsi peccatores , &  
abundantes in sèculo , \* obti-  
nuerunt divitias.

Et dixi : Ergo sine causa  
justificavi cor meum , \* &  
lavi inter innocentes manus  
meas.

Et fui flagellatus totâ  
die , \* & castigatio mea in  
maturinis.

Si dicèbam ; Narrâbo sic ; \*

ecce nationem filiorum tuor-  
um reprobavi.

Existimabam ut cognosce-  
rem hoc : \* labor est ante me ,

Donec intrem in sanctua-  
rium Dei , \* & intèlligam in  
novissimis eorum.

Veruntamen propter dolos  
posuisti eis ; \* dejecisti eos ,  
dum allevarentur.

Quomodo facti sunt in de-  
solationem , subito defecè-  
runt ? \* perierunt propter ini-  
quitatem suam.

Velut lònium surgentium ,  
Dòmine , \* in civitate tua  
imàginem ipsorum ad nihi-  
lum rediges.

Quia inflammatum est cor  
meum , & renes mei commu-  
tati sunt ; \* ego ad nihilum  
reductus sum , & nescivi.

Ut jumentum factus sum  
apud te , \* & ego semper te-  
cum.

*Divisio Psalmi 72.*

**T**enuisti [Dòmine] ma-  
num dexteram meam , &  
in voluntate tua deduxisti  
me , \* & cum glòria suscepisti  
me.

Quid enim mihi est in  
cælo ? \* à te quid volui super  
terram ?

Defecit caro mea , & cor  
meum : \* Deus cordis mei ,  
& pars mea , Deus , in ater-  
num.

Quia ecce qui elongant se à  
te , peribunt ; \* perdidisti om-  
nes qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærere Deo  
bonum est , \* pònere in Dò-  
mino Deo spem meam :

Ut annuntiem omnes præ-  
dicationes tuas \* in portis  
filie Sion.

*Ant.* In voluntate tua deduxisti me, Domine, & cum gloria suscepisti me. *Pf.* 72.

*Capitul.* 2. *Theff.* 1.

**D**ignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute, ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, & vos in illo.

*Rz. br.* Doce me facere voluntatem tuam; \* Quia Deus meus es tu. Doce. *ÿ.* Spiritus tuus bonus deducet me; \* Quia. Gloria. Doce. *Pf.* 142.

*ÿ.* In Deo salutare meum, & gloria mea: *Rz.* Deus auxilii mei; & spes mea in Deo est. *Pf.* 61.

*Preces si dicenda sint, habentur infra post Compl. Sabb. Oratio conveniens.*

AD VESPERAS.

*ÿ.* Deus, in adiutorium.

*Ant.* 2. D. Convertere.

PSALMUS 114.

*Christus, mortis Victor.*

**D**ilexi, quoniam exaudiet Dominus \* vocem orationis meae.

Quia inclinavit aurem suam mihi, \* & in diebus meis invocabo.

Circumdedérunt me dolores mortis, \* & pericula inferni invenérunt me.

Tribulationem & dolorem invéni, \* & nomen Domini invocavi.

O Domine, libera animam meam: \* misericors Dominus, & justus, & Deus noster miseretur.

Custodiens parvulos Dominus; \* humiliatus sum, & liberavit me.

Convertere, anima mea, in requiem tuam, \* quia Dominus benefecit tibi;

Quia eripuit animam meam de morte, \* oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu.

Placébo Domino \* in regione vivorum.

*Ant.* Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.

*Ant.* 8. G. Levavi.

PSALMUS 120.

*Deus Ecclesia custos.*

**L**evavi oculos meos in montes, \* unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, \* qui fecit caelum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum; \* neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet, \* qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua \* super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, \* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: \* custodiat animam tuam Dominus.

Dñs custodiat introitum tuum & exitum tuum, \* ex hoc nunc, & usque in seculum.

*Ant.* Levavi oculos meos in montes, auxilium meum a Domino.

*Ant.* 1. a. Adjutoriū nostrum.

PSALMUS 123.

*Ecclesia à periculis erepta: gratiarum actio.*

**N**isi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israël: \* nisi quia Dominus erat in nobis.

Cùm exurgerent homines in nos, \* fortè vivos deglutissent nos;

Cùm irasceretur furor eorum in nos, \* forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra, \* forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus, \* qui non dedit nos in captiõnem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est \* de laqueo venantium.

Laqueus contritus est, \* & nos liberati sumus.

Adjutorium nostrum in nomine Domini, \* qui fecit cœlum & terram.

*Ant.* Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram.

*Ant.* 5.a. Magnificavit Dñs.

PSALMUS 125.

*Apostolorum Martyrumque labores & patientia.*

**I**N convertendo Dñs captiuitatem Sion, \* facti sumus sicut consolati.

Tunc replerunt est gaudio os nostrum, \* & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: \* Magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum: \* facti sumus lætantes.

Converte, Domine, captiuitatem nostram, \* sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrymis, \* in exultatione metent.

Euntes ibant & flebant, \* mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exultatione, \* portantes manipulos suos.

*Ant.* Magnificavit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.

*Ant.* 6. Adhæreat.

PSALMUS 136.

*Flebilis captivi populi querimonia.*

**S**UPER flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, \* cum recordarémur Sion.

In salicibus in medio ejus, \* suspendimus organa nostra:

Quia illic interrogauerunt nos, qui captivos duxerunt nos, \* verba cationum:

Et qui abduxerunt nos: \* Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo cantabimus canticum Domini \* in terra aliena?

Si oblitus fuero tuum, Ierusalem, \* oblivioni detur dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, \* si non meminero tuum.

Si non proposuero Ierusalem \* in principio lætitiæ meæ.

Memor esto, Domine, filiorum Edom, \* in die Ierusalem.

Qui dicunt, Exinanite, exinanite \* usque ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis misera; \* beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.

Beatus qui tenebit, \* & alidat parvulos tuos ad petram.

*Ant.* Adhæreat lingua mea

faucibus meis, si non propoluero Jerúsalem in principio lætitiæ meæ.

Capitulum. 1. Petr. 1.

**N**unc non videntes, creditis: credentes autem, exultabitis lætitiâ inenarrabili & glorificatâ; reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.

Hymnus.

**J**ACTAMUR heu quot fluctibus!

Spes una de cœlis nitet:  
Illuc & ora tollimus,  
Et mittimus suspiria.

Tu vota præcurris, Pater,  
Magnamque protendis manum:

Jam sulca tanto róbore  
Surgit potens infirmitas.

QUÆ læva nos premunt  
mala

Vinces, malis potèntior:  
Te nostra dura sentiet  
Mens servitutis vindicem.

QUIN vile corpus, Fílii  
Fulgóre donábis tui:  
At illa venâlis patet  
Multo labore glória.

FELIX labor quem récreas  
Tam spléndidâ rerum vice!  
Fletu quis æternum brevi  
Neget pacisci gáudium?

SIT laus Patri, laus Fílio:  
Utrumque qui nectis, Deus  
Utrique compar, sit tibi  
Laus sempiterna, Spíritus.

Amen.

ÿ. Ad te, Dómine, clamavi  
totâ die: R. Lætifica animam  
servi tui. Ps. 85.

Ad Magnificat. Ant. 5. c.  
Magnificat anima mea Dñm;  
& exultavit spíritus meus in  
Deo salutári meo. Luc. 1.

Preces, si dicenda sint, &

Suffragia, habentur infra post  
Complet. Sabbati.

Oratio, quando propria non  
assignatur, dicitur de Domi-  
nica præcedenti.

AD COMPLETOR.

ÿ. Convertete nos. Deus in ad-  
jutórium.

Ant. 2. D. Justum.

P S A L M U S 6.

Oratio pœnitentis, Dei mise-  
ricordiam implorantis.

**D**omine, ne in furóre  
tuo arguas me, \* ne-  
que in ira tua corri-  
pias me.

Miserére mei, Dñe, quóniam  
infirmus sum; \* sana me,  
Dómine, quóniam conturbata  
sunt ossa mea.

Et ánima mea turbata est  
valde; \* sed tu, Dómine,  
úsquequò?

Convértere, Dómine, &  
éripe animam meam; \* sal-  
vum me fac propter miseri-  
córdiam tuam.

Quóniam non est in morte  
qui memor sit tuí: \* in in-  
ferno autem quis confitebitur  
tibi?

Laborávi in gémitu meo,  
lavábo per singulas noctes  
lectum meum; \* lacrymis  
meis stratum meum rigábo.

Turbatus est à furóre ócu-  
lus meus: \* inveterávi inter  
omnes inimicos meos.

Discédite à me, omnes qui  
operámini iniquitatem: \*  
quóniam exaudivit Dóminus  
vócem fletus mei.

Exaudivit Dóminus depre-  
caciónem meam: \* Dómi-  
nus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur

vehementer omnes inimici mei : \* convertantur & erubescant valde velociter.

PSALMUS 7.

*Salus justos manet; malos, interitus.*

**D**omine Deus meus, in te speravi : \* salvum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Nequando rapiat ut leo animam meam, \* dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud, \* si est iniquitas in manibus meis :

Si reddidi retribuētibus mihi mala, \* decidam merito ab inimicis meis inanis :

Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terram vitam meam, \* & gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge, Domine, in ira tua : \* & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge, Domine Deus meus, in præcepto quod mandasti : \* & synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere : \* Dominus iudicabit populos.

Iudica me, Domine, secundum justitiam meam, \* & secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges justum, \* scrutans corda & renes, Deus.

Justum adiutorium meum à Domino, \* qui salvos facit rectos corde.

*Diviso Psalmi 7.*

**D**eus iudex justus, fortis & patiens : \* numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit : \* arcum suum tetendit, & paravit illum :

Et in eo paravit vasa mortis ; \* sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturivit injustitiam ; \* concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effodit eum ; \* & incidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus ; \* & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundum justitiam ejus : \* & psallam nomini Domini altissimi.

*Ant.* Justum adiutorium meum à Domino, qui salvos facit rectos corde. *Pf.* 7.

*Hymnus, Capitulum, &c. breve, Antiph. ad Nunc dimittis, & Preces, quando dicuntur, habentur infra post Completorium Sabbati.*

FERIA TERTIA.

AD OFFICIUM NOCT.

*Invit.* Populus Domini & & oves manus ejus, \* Venite, adoremus. *Non repetitur.*

*Psalmus 94. Venite. sup. 2.*

*Hymnus.*

**J**UBES : & , in præceptis aquis

Repente confluentibus,  
Prodit sub auras humidis  
Exuta velis Arida.

HANC

HANC tu colendam qui  
tuis,  
Pater, dedisti filiis,  
Quos orbis unus cōtinet,  
Fac una jungat caritas.

NUNC exulamus; sed tuam  
Mox congregabis in domum  
Te Patre dignos, qui pio  
Amore fratres vixerint.

At, qui malignis artibus  
Linguisque lædunt prōxi-  
mum,

A te repelles: hoc genus  
Cœlestis aula non capit.

EN ipsa tellus improbos  
Dudum laborans sustinet,  
Ardetque non suæ jugo  
Corruptionis eximi.

ADOPTIONEM nos quoque  
Efflagitamus integram,  
Cui nos sacratio Spiritus  
Prædestinavit pignore.

ÆTERNA laus & glória  
Uni sit & trino Deo,  
Diffusa per quem cordibus  
Fraterna regnet caritas.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Quis requiescet.

PSALMUS 14.

Quibus virtutum exercitiis sa-  
lus obtineatur.

**D**omine, quis habitabit  
in tabernaculo tuo? \*  
aut quis requiescet in  
monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine má-  
cula, \* & operatur justi-  
tiam;

Qui loquitur veritatem in  
corde suo; \* qui non egit do-  
lum in lingua sua;

Nec fecit próximo suo ma-  
lum, \* & opprobrium non  
accepit adversus próximos  
suos.

MIR. Pars Æst.

Ad nihilum deductus est in  
conspectu ejus malignus: \*  
timentes autem Dominum  
glorificat.

Qui jurat próximo suo, &  
non decipit; \* qui pecuniam  
suam non dedit ad usuram,  
& múnera super innocentem  
non accepit.

Qui facit hæc, \* non mo-  
vèbitur in æternum.

PSALMUS 18.

Deus tum ex operibus, tum  
ex sanctitate legis cognitus.

**C**œli enarrant glóriam  
Dei, \* & opera manuum  
ejus annuntiat firmamentum.

Dies dièi eructat verbum, \*  
& nox nocti indicat sciên-  
tiam.

Non sunt loquelæ, neque  
sermões, \* quorum non au-  
diantur voces eorum.

In omnem terram exivit so-  
nus eorum, \* & in fines or-  
bis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernacu-  
lum suum: \* & ipse tanquam  
sponsus procedens de thalamo  
suo.

Exultavit ut gigas ad cur-  
rendam viam; \* à summo  
cælo egressio ejus.

Et occursum ejus usque ad  
summum ejus: \* nec est  
qui se abscondat à calore  
ejus.

Diviso Psalmi 18.

**L**ex Domini immaculata,  
convertens animas: \* tes-  
timonium Domini fidèle, sa-  
piéntiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, læ-  
tificantes corda: \* præceptum  
Domini lucidum, illuminans  
oculos.

Timor Domini sanctus,  
D

permanens in sæculum sæculi: \* iudicia Dõmini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, \* & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea; \* in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: \* & ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero, \* & emundabor à delicto máximo.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei: \* & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dõmine, adiutor meus, \* & redemptor meus.

*Ant.* Quis requiescet in monte sancto tuo, Dõmine? qui operatur iustitiam, nec fecit próximo suo malum. *Pf.*

14.

## IN II. NOCTURNO.

*Ant.* 5. a. Non proponēbam.

PSALMUS 71.

*Christi regnum pacificum, amplum, jœlixque.*

**D**Eus, iudicium tuum regi da, \* & iustitiam tuam filio regis:

Judicare pópulum tuum in iustitia, \* & páuperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem pópulo, \* & colles iustitiam.

Judicabit páuperes pópuli, & salvos faciet filios páuperum; \* & humiliabit calumniatorem.

Et permanēbit cum sole &

ante lunam, \* in generatione & generationem.

Descendet sicut pluvia in vellus, \* & sicut stillicia stillantia super terram.

Orietur in diebus ejus iustitia, & abundantia pacis, \* donec auferatur luna.

Et dominabitur à mari usque ad mare, \* & à flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Corã illo prõcident Æthiopes; \* & inimici ejus terram lingent.

*Divisio Psalmi 71.*

**R**Eges Tharsis & insulæ munera offerent; \* reges Arabum & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges terræ; \* omnes gentes servient ei:

Quia liberabit páuperem à potente; \* & páuperem cui non erat adiutor.

Parcet páuperi & inopi, \* & animas páuperum salvas faciet.

Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum; \* & honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper; \* totã die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus ejus; \* & florēbunt de civitate sicut scœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sæcula; \* ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, \* om-

nes gentes magnificãbunt eum.

Benedictus Dóminus Deus Israël, \* qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nomen majestãtis ejus in æternum; \* & replébitur majestãte ejus omnis terra: fiat, fiat.

P S A L M U S 100.

*Bene vivendi forma: fugiendi mali.*

**M**isericordiam & iudicium \* cantãbo tibi, Dómine.

Pfallam, & intélligam in via immaculãta, \* quando vénies ad me.

Perambulãbam in innocentia cordis mei, \* in médio domûs meæ.

Non proponẽbam ante óculos meos rem injustam; \* facientes prævaricaciones odivi.

Non adhæsit mihi cor prævum; \* declinantem à me malignum non cognoscẽbam.

Detrahentem secretò próximo suo \* hunc persequẽbar.

Superbo óculo & insatiãbili corde, \* cum hoc non edẽbam.

Oculi mei ad fidẽles terræ, ut sèdeant mecum: \* ambulans in via immaculãta, hic mihi ministrãbat.

Non habitãbit in médio domûs meæ, qui facit superbiam: \* qui lóquitur iniqua, non direxit in conspectu oculórum meórum.

In matutino interficiẽbam omnes peccatõres terræ; \* ut dispèrderem de civitate Dómini omnes operantes iniquitatem.

*Ant.* Non proponẽbam ante óculos meos rem injustam: detrahentem secretò próximo suo, hunc persequẽbar.

IN III. NOCTURNO.

*Ant.* 6. Adjuvit.

P S A L M U S 106.

*Deus suos è variis periculis servare, & donis cumulare amat.*

**C**onfirẽmini Dómino, quóniam bonus: \* quóniam in sèculum misericordia ejus.

Dicant qui redempti sunt, à Dómino, quos redemit de manu inimici: \* & de regiónibus congregavit eos.

A solis ortu & occãsu, \* ab aquilone & mari.

Erravérunt in solitudine, in inaquóso; \* viam civitatis habitaculi non invenerunt.

Esurientes & sitientes: \* ánima eórum in ipsis defecit.

Et clamavérunt ad Dóminũ cum tribularentur; \* & de necessitatibus eórum eripuit eos:

Et deduxit eos in viam rectam, \* ut irent in civitatem habitaciónis.

Confiteantur Dómino misericordie ejus, \* & mirabilia ejus, filiis hóminum:

Quia satiãvit animam inãnem, \* & animam esurientem satiãvit bonis.

Sedentes in tenebris & umbra mortis, \* vincetos in mendicitate & ferro:

Quia exacerbavérunt eloquia Dei, \* & consilium Altissimi irritavérunt.

Et humiliatum est in laboribus cor eorum; \* infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret.

Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, \* & de necessitatibus eorum liberavit eos.

Et eduxit eos de tenebris, & umbrã mortis, \* & vincula eorum dirupit.

Confiteantur Dño misericordie ejus; \* & mirabilia ejus filiis hominum:

Quia contrivit portas aereas, \* & vectes ferreos confrégit.

*Divisio Psalmi 106.*

**S**uscépit eos [Dominus] de via iniquitatis eorum: \* propter injustitias enim suas humiliati sunt.

Omniem escam abominata est anima eorum: \* & appropinquaverunt usque ad portas mortis:

Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur; \* & de necessitatibus eorum liberavit eos.

Misit verbum suum & sanavit eos; \* & eripuit eos de interitionibus eorum.

Confiteantur Domino misericordie ejus; \* & mirabilia ejus filiis hominum:

Et sacrificent sacrificium laudis, \* & annuntient opera ejus in exultatione.

Qui descendunt mare in navibus, \* facientes operationem in aquis multis;

Ipsi viderunt opera Domini, \* & mirabilia ejus in profundo.

Dixit, & stetit spiritus procellæ, \* & exaltati sunt fluctus ejus.

Ascendunt usque ad celos; & descendunt usque ad abyssos: \* anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius; \* & omnis sapientia eorum devorata est.

Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur; \* & de necessitatibus eorum eduxit eos.

Et statuit procellam ejus in auram; \* & siluerunt fluctus ejus:

Et lætati sunt quia siluerunt: \* & deduxit eos in portum voluntatis eorum.

Confiteantur Domino misericordie ejus, \* mirabilia ejus filiis hominum:

Et exaltem eum in ecclesia plebis, \* & in cathedra seniorum laudent eum.

*Altera Divisio Psalmi 106.*

**P**osuit [Dominus] flumina in desertum, \* & exitus aquarum in sitim;

Terram fructiferam in saluginem, \* à malitia inhabitantium in ea.

Posuit desertum in stagna aquarum, \* & terram sine aqua in exitus aquarum:

Et collocavit illic esurientes, \* & constituerunt civitatem habitacionis.

Et seminaverunt agros, & plantaverunt vineas; \* & fecerunt fructum nativitatis.

Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis; \* & jumenta eorum non minoravit.

Et pauci facti sunt; \* & vexati sunt à tribulatione malorum, & dolore.

Effusa est contemptio super principes; \* & errare

fecit eos in inuio, & non in via.

Et adiuuit pauperem de inopia; \* & posuit sicut oves familias.

Videbunt recti, & lætabuntur; \* & omnis iniquitas oppilabit os suum.

Quis sapiens, & custodiet hæc; \* & intelliget misericordias Domini?

*Ant.* Adiuuit Dominus pauperem de inopia: videbunt recti, & lætabuntur.

ÿ. Exortum est in tenebris lumen rectis: R. Misericors, & miserator, & justus. Ps. 111.

Pater noster.

AD LAUDES.

*Ant.* 4. a. Qui non accepit.

PSALMUS 23.

*Imperium Christi; ipsius ad caelos ascensus.*

**D**omini est terra, & plenitudo ejus, \* orbis terrarum, & universi qui habitant in eo:

Quia ipse super maria fundavit eum, \* & super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? \* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, \* qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino, \* & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum, \* querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras; & elevamini, portæ æternales: \* & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? \* Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras; & elevamini, portæ æternales: \* & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ; \* Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

*Ant.* Qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo, hic accipiet benedictionem à Domino.

*Ant.* 5. a. Audiam.

PSALMUS 84.

*Finis captivitatis; futura Verbi incarnatio.*

**B**enedixisti, Domine, terram tuam, \* avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ, \* operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam; \* avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos, Deus salutaris noster, \* & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum irasceris nobis? \* aut extends iram tuam à generatione in generationem?

Deus, tu conversus vivificabis nos; \* & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam; \* & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus; \* quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos, \* & in eos qui convertuntur ad cor.

Verûmtamen prope timen-  
tes eum salutâre ipsius : \* ut  
inhâbitet glôria in terra nos-  
tra.

Misericôrdia & vëritas ob-  
viavérunt sibi , \* justitia &  
pax osculatæ sunt.

Vëritas de terra orta est , \*  
& justitia de cælo prospexit.

Etenim Dóminus dabit be-  
nignitatem ; \* & terra nostra  
dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulá-  
bit ; \* & ponet in via gressus  
suos.

*Ant.* Audiam quid loquátur  
in me Dóminus Deus ; quón-  
iam loquétur pacem in ple-  
bem suâ, & super sanctos suos.

*Ant.* 3. a. Qui diligitis.

P S A L M U S 96.

*Christi regnum : ille solus ado-  
randus.*

**D**ominus regnâvit, exul-  
tet terra, \* lætentur in-  
sulæ multæ.

Nubes & caligo in circûitu  
ejus ; \* justitia & judicium  
correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet,\*  
& inflammâbit in circûitu ini-  
micos ejus.

Illuxérunt fûlgora ejus orbi  
terræ : \* vidit & commôta est  
terra.

Montes sicut cera fluxérunt  
à facie Dómini , \* à facie Dó-  
mini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justiti-  
am ejus ; \* & vidérunt  
omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui  
adorant sculptília , \* & qui  
gloriantur in simulâcris suis.

Adorate eum , omnes An-  
geli ejus : \* audívit , & lætâta  
est Sion.

Et exultavérunt filiæ Ju-  
dæ , \* propter judícia tua,  
Dómine ;

Quóniam tu Dóminus al-  
tíssimus super omnem ter-  
ram : \* nimis exaltatus es su-  
per omnes deos.

Qui diligitis Dóminum ,  
odite malum : \* custódit Dó-  
minus ánimas sanctórum suó-  
rum ; de manu peccatóris li-  
berábit eos.

Lux orta est justo , \* &  
rectis corde lætítia.

Lætámini , justí , in Dó-  
mino , \* & confitémini me-  
móriæ sanctificatiónis ejus.

*Ant.* Qui diligitis Dómi-  
num , odite malum : custódit  
Dóminus ánimas sanctórum  
suórum.

*Ant.* 7. d. Vivens.

*In Feriis , Canticum Ezechia.  
If. 38.*

**E**go dixi : In dimídio dié-  
rum meórum vadam ad  
portas inferi : \* quæsi vi resí-  
duum annórum meórum.

Dixi : Non vidébo Dómi-  
num Deum in terra vivén-  
tium : \* non aspiciam hó-  
minem ultrâ , & habitatórem  
quiétis.

Generátio mea ablâta est ,  
& convóluta est à me , \* quasi  
tabernáculum pastórum.

Præcisa est , velut à texente,  
vita mea ; dum adhuc ordi-  
rer , succidit me : \* de mane  
usque ad vésperam finies  
me.

Sperábam usque ad mane ,  
quasi leo sic contrívit óm-  
nia ossa mea : \* de mane  
usque ad vésperam finies  
me.

Sicut pullus hirúndinis sic

clamábo, \* meditabor ut columba.

Attenuãti sunt óculi mei, suspicientes in excelsum: \* Dómine, vim pátor, responde pro me.

Quid dicam, aut quid respondébit mihi, \* cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos \* in amaritudine animæ meæ.

Dómine, si sic vívitur, & in talibus vita spíritus mei, \* corripies me, & vivificabis me.

Ecce in pace amaritudo mea amarissima: \* tu autem eruisisti animam meam ut non periret:

Projecisti post tergum tuú \* omnia peccata mea.

Quia non infernus confitébitur tibi, neque mors laudábit te; \* non expectábunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens, vivens ipse confitébitur tibi, sicut & ego hodie: \* pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Dómine salvum me fac; \* & psalmos nostros cantábitis cunctis díebus vitæ nostræ in domo Dómini.

*Ant.* Vivens, vivens ipse confitébitur tibi, Dómine: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

[ *In Festis, Canticum.*

Eccli. 36.

**M**iserére nostrí, Deus ómnium, & respice nos: \* & ostende nobis lucem miseratiónum tuárum;

Et immitte timórem tuum super gentes quæ non exqui-

siérunt te, \* ut cognoscant quia non est Deus, nisi tu, & enarrent magnália tua.

Alleva manum tuam super gentes aliénas, \* ut videant poténtiam tuam.

Sicut enim in conspectu eórum sanctificátus es in nobis, \* sic in conspectu nostro magnificáberis in eis;

Ut cognoscant te, \* sicut & nos cognóvimus quóniam non est Deus præter te, Dómine.

Innova signa, & immúta mirabilia: \* glorifica manum, & bráchium dextrum.

Excíta furórem, & effunde iram: \* tolle adversárium, & afflige inimicum.

Festina tempus, & memento finis, \* ut enarrent mirabilia tua.

In ira flammæ devorétur qui salvátur; \* & qui péssimant plebem tuam, invéniant perditionem.

Cóntere caput princípum inimicórum, \* dicéntium: Non est alius præter nos.

Congrega omnes tribus Jacob, \* ut cognoscant quia non est Deus, nisi tu, & enarrent magnália tua;

Et hæreditabis eos, \* sicut ab initio.

Miserére plebi tuæ, super quam invocátum est nomen tuum; \* & Israël, quem coæquasti primogénito tuo.

Miserére civitati sanctificatiónis tuæ Jerúsalem, \* civitati requiæ tuæ.

Reple Sion incnarrábilibus verbis tuis, \* & glóriã tuã pópulum tuum. ]

*Ant.* 1. g. Laudáte.

PSALMUS 150.  
Deus omni musica genere  
laudandus.

**L**Audate Dóminum in san-  
ctis ejus : \* laudate eum  
in firmamento virtutis ejus.  
Laudate eum in virtutibus  
ejus : \* laudate eum secundum  
multitudinem magnitudinis  
ejus.

Laudate eum in sono tu-  
bæ : \* laudate eum in psalterio  
& cithara.

Laudate eum in tympano &  
choro : \* laudate eum in  
chordis & órgano.

Laudate eum in cymbalis  
benefonantibus ; laudate eum  
in cymbalis jubilationis : \*  
omnis spíritus laudet Dómi-  
num.

*Ant.* Laudate Dóminum in  
sanctis ejus : laudate eum se-  
cundum multitudinem mag-  
nitudinis ejus.

*Capitul.* 1. Joan 2.

**M**andatum novum scribo  
vobis, quod verum est  
& in Christo, & in vobis ;  
quia tenebræ transierunt, &  
verum lumen jam lucet. Qui  
dicit se in luce esse, & fra-  
trem suum odit, in tenebris  
est usque adhuc. Qui diligit  
fratrem suum, in lumine ma-  
net, & scandalum in eo non  
est.

*Hymnus.*

**T**E Principem summo,  
Deus,  
Jubes amore diligere :  
Tibi secundum prótinus  
Jubes amari próximum.

AMORE fundatam tuo  
COMMUNIÓNEM respice,  
QUA corpus unum plúrimi,  
UNUM cor, una mens sumus.

ILLAM fides & veritas  
Amabili stipant choro :  
Obliquus hinc livor procul  
Et litis ardor exulant.

TU, pacis auctor, mútuos  
Astringe nexus : da, Pater,  
Gaudere fratrum gaudiis,  
Da condolere flétibus.

ÆTERNA laus & glória  
Uni sit & trino Deo,  
Qui moris unius sacra  
Nos pacis in domo locat.  
Amen.

Ÿ. Deus in medio civitatis  
suæ ; non commovebitur :  
R. Adjuvabit eam manè dilu-  
culo. *Pf.* 45.

*Ad Benedictus.* *Ant.* 7. a.  
Erexit Dóminus cornu salu-  
tis nobis in domo David pueri  
sui, sicut locutus est per os  
sanctorum. *Luc.* 1.

A D P R I M A M.

*Ant.* 2. D. Cùm mihi.

PSALMUS 34.  
*Christus ab hostibus liberari  
deprecatur.*

**J**udica, Dómine, nocen-  
tes me, \* expugna impug-  
nantes me.

Apprehende arma & scu-  
tum, \* & exurge in adjutó-  
rium mihi.

Effunde frámeam, & con-  
clúde adversus eos qui perse-  
quuntur me ; \* dic animæ meæ :  
Salus tua ego sum.

Confundantur & reverean-  
tur \* quærentes animam  
meam.

Avértantur retrorsum &  
confundantur \* cogitantes  
mihi mala.

Fiant tanquam pulvis ante  
faciē venti, \* & angelus Dó-  
mini coarctans eos.

Fiat via illórum tenebræ,

& lûbricum, \* & angelus Dómini pèrsequens eos.

Quóniam gratis abscondérunt mihi intéritum láquei sui, \* supervacûè exprobráverunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus quem ignorat; & captio quam abscondit, apprehendat eum, \* & in láqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultábit in Dómino; \* & delectábitur super salutári suo.

Omnia ossa mea dicent: \* Dómine, quis similis tibi?

Eripiens ínopem de manu fortiórum ejus, \* egénium & páuperem à diripiéntibus eum.

*Divisio Psalmi 34.*

**S**urgentes testes iniqui, \* quæ ignorábam interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis, \* sterilitátem ánimæ meæ.

Ego autem, cùm mihi molesti essent, \* induébar cilicio.

Humiliábam in jejúnio ánimam meam; \* & oratio mea in sinu meo convertétur.

Quasi próximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacébam, \* quasi lugens & contristátus, sic humiliábar.

Et adversùm me lætati sunt, & convenérunt: \* congregata sunt super me flagella, & ignorávi.

Dissipati sunt, nec compuncti; tentavérunt me, subsannavérunt me subsannatióne: \* frenduérunt super me déntibus suis.

*MIR. Pars Æstiva.*

Dómine, quando respícies? \* restitue ánimam meam à malignitatè eórum, à leónibus únicam meam.

Confitebor tibi in Ecclésia magna, \* in pópulo gravi laudábo te.

Non supergáudeant mihi qui adversantur mihi iniquè; \* qui odérunt me gratis, & annuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacíficè loquebantur, \* & in iracúndia terræ loquentes, dolos cogitábant.

Et dilataravérunt super me os suum; \* dixerunt: Euge, euge, vidérunt óculi nostri.

Vidisti, Dómine, ne síleas; \* Dómine, ne discedas à me.

*Altera divisio Psalmi 34.*

**E**xurge, & intende júdicio meo, \* Deus meus & Dóminus meus, in causam meam.

Júdica me secundùm justítiam tuam, Dómine, Deus meus; \* & non supergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus suis: Euge, euge, ánimæ nostræ; \* nec dicant: Devorávimus eum.

Erubescant & reveereantur simul, \* qui gratulantur malis meis.

Induantur confusióne & reverentiã, \* qui magna loquuntur super me.

Exultent & lætentur qui volunt justítiam meam; \* & dicant semper: magnificétur Dóminus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditábi-

\*

tur justitiam tuam, \* totâ die laudem tuam.

*Ant.* Cum mihi molesti essent, quasi primum, & quasi fratrem nostrum, sic complacēbam.

A D T E R T I A M.

*Ant.* I. f. Cum impiis non sedēbo.

P S A L M U S 25.

*Pura conscientia in conspectu Dei humilis inquisitio.*

**J**udica me, Dōmine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, \* & in Dōmino sperans, non infirmabor.

Proba me, Dōmine, & tenta me; \* ure renes meos & cor meum;

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, \* & complacui in veritate tua.

Non sedi cum concilio vanitatis, \* & cum iniqua gerentibus non introibo.

Odivi ecclesiam malignantium, \* & cum impiis non sedēbo.

Lavabo inter innocentes manus meas, \* & circumdabo altare tuum, Dōmine;

Ut audiam vocem laudis, \* & enarrem universa mirabilia tua.

Dōmine, dilexi decorem domus tuæ, \* & locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam, \* & cum viris sanguinum vitam meam,

In quorum manibus iniquitates sunt: \* dextera eorum replēta est munēribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum; \* re-

dime me, & miserere mei.

Pes meus stetit in directo; \* in ecclesiis benedicam te, Dōmine.

P S A L M U S 49.

*Non ex casis victimis, sed ex animi puritate judicandi homines.*

**D**eus deorum Dōminus locutus est: \* & vocavit terram,

A solis ortu usque ad occasum: \* ex Sion species decoris ejus.

Deus manifestè veniet: \* Deus noster, & non silēbit.

Ignis in conspectu ejus exardescet: \* & in circuitu ejus tempestas vāvida.

Advocabit cœlum desursum, \* & terram, discernere populum suum.

Congregate illi sanctos ejus, \* qui ordinant testamentum ejus, super sacrificia.

Et annuntiabunt cœli justitiam ejus, \* quoniam Deus judex est.

Audi, populus meus, & loquar; Israël, & testificabor tibi: \* Deus, Deus tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te: \* holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos, \* neque de gregebis tuis hircos:

Quoniam meæ sunt omnes feræ sylvarum, \* jumenta in montibus & boves.

Cognovi omnia volatilia cœli: \* & pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero, non dicam tibi: \* meus est enim orbis terræ, & plenitudo ejus.

Numquid manducabo carnes taurorum? \* aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo sacrificium laudis: \* & redde Altissimo vota tua.

Et invoca me in die tribulationis: \* eruam te, & honorificabis me.

*Diviso Psalmi 49.*

**P**eccatori autem dixit Deus: \* Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?

Tu verò odisti disciplinâ, \* & projecisti sermones meos retrorsum.

Si vidébas furem, currébas cum eo: \* & cum adulteris portionem tuam ponébas.

Os tuum abundavit malitiâ, \* & lingua tua concinnabat dolos.

Sedens adversus fratrem tuum loquebâris & adversus filium matris tuæ ponébas scâdalum: \* hæc fecisti, & tacui.

Existimasti, inique, quòd ero tui similis: \* arguam te, & státuam contra faciem tuam.

Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum: \* nequando rapiat, & non sit qui eripiat.

Sacrificium laudis honorificabit me: \* & illiciter, quo ostendam illi salutâre Dei.

*Ant.* Cum impiis non sedébo; inter innocentes cir-

cumdabo altâre tuum, Dómine. *Pf.* 25.

*Capitulum.* Eccli. 25.

**S**acrificium salutâre, est attendere mandâtis, & discédere ab omni iniquitatē, & propitiatióem litâre sacrificii super injustitias: & deprecâtió pro peccâtis, recédere ab injustitia.

*R.* *br.* Quis ascendet in montem Dómini, \* Stabit in loco sancto ejus? Quis ascendet. *Ps.* Innocens manibus & mundo corde, \* Stabit in loco sancto ejus. Glória Patri. Quis ascendet. *Pf.* 23.

*Ps.* Congregâte Dómino sanctos ejus, *R.* Qui ordinant testamentum ejus super sacrificia. *Pf.* 49.

A D S E X T A M.

*Ant.* 4. a. Justus.

P S A L M U S 36.

*Bonorum malorumque status longè dispar.*

**N**oli æmulari in malignantibus: \* neque zelaveris facientes iniquitatem.

Quóniam tanquam scenum velociter arefcent; \* & quemadmodum ólera herbârû citò decident.

Spera in Dómino, & fac bonitatem: \* & inhábita terram, & pascéris in divitiis ejus.

Delectâre in Dómino, \* & dabit tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam & spera in eo; \* & ipse faciet.

Et edúcet quasi lumen justitiam tuam, & judicium tuum tanquam merídiem: \* sub-

ditus esto Dómino , & ora eum.

Noli æmulári in eo qui prosperátur in via sua , \* in hómine faciente injustitias.

Désine ab ira , & derelinque furórem : \* noli æmulári, ut malignéris.

Quóniam qui malignantur, exterminabuntur ; \* sustinentes autem Dóminum, ipsi hæreditábunt terram.

Et adhuc pusillúm , & non erit peccátor ; \* & quæres locum ejus , & non invénies.

Manfuéti autem hæreditábunt terram , \* & delectabuntur in multitudine pacis.

Observábit peccátor justum , \* & stridébit super eum déntibus suis.

Dóminus autem irridébit eum ; \* quóniam próspicit quòd véniet dies ejus.

Gládium evaginavérunt peccátóres , \* intendérunt arcum suum :

Ut desícient páuperem & ínopem , \* ut trucident rectos corde.

Gládus eórum intret in corda ipsórum , \* & arcus eórum confringátur.

Mélius est módicum justo , \* super divítias peccátórum multas ;

Quóniam bráchia peccátórum conterentur ; \* confirmat autem justos Dóminus.

*Divisio Psalmi 36.*

**N**ovit Dóminus dies immaculatórú , \* & hæreditas eórum in æternum erit.

Non confundentur in tẽmpore malo , & in diébus famis

saturabuntur : \* quia peccátóres peribunt.

Inimíci verò Dómini mox ut honorificáti fúerint & exaltáti ; \* deficientes , quemádmódum fumus , deficient.

Mutuábitur peccátor , & non solvet ; \* justus autem miserétur , & tríbuet.

Quia benedicentes ei hæreditábunt terram ; \* maledicentes autem ei disperibunt.

Apud Dóminum gressus hóminis dirigentur , \* & viam ejus volet.

Cum ceciderit , non collidétur ; \* quia Dóminus supponit manum suam.

Júnior fui , étenim senui , \* & non vidi justum derelictú , nec semen ejus quærens panem.

Totã die miserétur , & cõmodat , \* & semen illius in benedictióne erit.

Declína à malo , & fac bonum , \* & inhábita in sèculum sèculi :

Quia Dóminus amat júdicium , & non derelinquet sanctos suos ; \* in æternum conservabuntur.

Injusti punientur , \* & semen impiórum peribit.

Justi autem hæreditábunt terram , \* & inhabitábunt in sèculum sèculi super eam.

*Altera divisio Psalmi 36.*

**O**S justi meditábitur sapiéntiam , \* & lingua ejus loquétur júdicium.

Lex Dei ejus in corde ipsius ; \* & non supplantabuntur gressus ejus.

Considerat peccátor justum , \* & quærit mortificáre eum.

Dóminus autem non derelinquet eum in manibus ejus; \* nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

Expecta Dóminum, & custodi viam ejus; & exaltabit te ut hæreditate capias terram: \* cum perierint peccatores, vidébis.

Vidi impium superexaltatum, \* & elevatum sicut cedros Libani.

Et transivi, & ecce non erat; \* & quæsi eum, & non est inventus locus ejus.

Custodi innocentiam, & vide æquitatem: \* quoniam sunt reliquæ homini pacifico.

Injusti autem disperibunt simul; \* reliquæ impiorum interibunt.

Salus autem iustorum à Dómino, \* & protector eorum in tempore tribulationis

Et adjuvabit eos Dóminus, & liberabit eos, \* & eruet eos à peccatoribus, & salvabit eos, quia speraverunt in eo.

*Ant.* Iustus totã die miseretur & commodat; & semen illius in benedictione erit.

*Capitul. I. Joan. 3.*

**Q**ui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei non diligamus verbo, neque linguã, sed opere & veritate.

*R. br.* Jucundus homo, \* Qui miseretur & commodat. Jucundus. *ψ.* In æternum non commovebitur, \* Qui mise-

retur. Glória Patri. Jucundus.

*ψ.* Disperfit, dedit pauperibus; & Justitia ejus manet in sæculum sæculi. *Pf. III.*

A D N O N A M.

*Ant. 7) d. Pro eo.*

P S A L M U S 108.

*Christus Juda proditori, aliisque impiis dignas pœnas, sibi que salutem precatur.*

**D**eus, laudem meam ne tacueris: \* quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.

Locuti sunt adversum me linguã dolosã, & sermonibus odii circumdederunt me: \* & expugnaverunt me gratis.

Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, \* ego autem orabam.

Et posuerunt adversum me mala pro bonis, \* & odium pro dilectione mea.

*Diviso Psalmi 108.*

**C**onstitue [Dómine] super eum peccatorem; \* & diabolus stet à dextris ejus.

Cum iudicatur, exeat condemnatus; \* & oratio ejus fiat in peccatum.

Fiant dies ejus pauci; \* & episcopatum ejus accipiat alter.

Fiant filii ejus orphani, \* & uxor ejus vidua.

Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent, \* & ejiciantur de habitationibus suis.

Scrutetur fœnerator omnem substantiã ejus; \* & diripiant alieni labores ejus.

Non sit illi adjutor; \* nec sit qui misereatur pupillis ejus.

Fiant natĩ ejus in interi-  
rum; \* in generatione una  
deleatur nomen ejus.

In memoriã redeat in-  
iquitas patrum ejus in conf-  
pectu Dõmini; \* & peccatum  
matris ejus non deleatur.

Fiant contra Dõminum  
semper, & dispereat de terra  
memoria eorum; \* pro eò  
quod non est recordatus fa-  
cere misericordiam;

Et persecutus est hominem  
inopem & mendicum, \* &  
compunctum corde mortifi-  
care.

Et dilexit maledictionem,  
& veniet ei; \* & noluit bene-  
dictionem, & elongabitur ab  
eo;

Et induit maledictionem  
sicut vestimentum; \* & intrã-  
vit sicut aqua in interiora  
ejus, & sicut oleum in ossibus  
ejus.

Fiat ei sicut vestimentum  
quo operitur, \* & sicut  
zona quã semper præcingitur.

Hoc opus eorum qui detra-  
hant mihi apud Dñm, \* &  
qui loquuntur mala adver-  
sus animam meam.

Et tu, Dõmine, Dõmine,  
fac mecum propter nomen  
tuum; \* quia suavis est mi-  
sericordia tua.

*Altera divisio Psalmi 108.*

**L**ibera me, quia egenuſ  
& pauper ego sum; \* &  
cor meum conturbatum est  
intra me.

Sicut umbra, cum declinat,  
ablatus sum; \* & excussus  
sum sicut locustæ.

Genua mea infirmata sunt  
à jejuniõ; \* & caro mea im-  
mutata est propter oleum.

Et ego factus sum opprobri-  
um illis; \* viderunt me,  
& moverunt capita sua.

Adjuva me, Dõmine Deus  
meus; \* salvum me fac  
secundum misericordiam tuã.

Et sciant quia manus tua  
hæc: \* & tu, Dõmine, fecisti  
eam.

Maledicent illi, & tu bene-  
dices: \* qui insurgunt in me,  
confundantur; servus autem  
tuus lætabitur.

Induantur, qui detrahunt  
mihi, pudore; \* & operian-  
tur sicut diplõide confusione  
suã.

Confitebor Dño nimis in  
ore meo, \* & in medio mul-  
torum laudabo eum;

Quia astitit à dextris pau-  
peris, \* ut salvam faceret à  
persequentibus animam meã.

*Ant.* Pro eo ut me dilige-  
rent, detrahebant mihi: ego  
autem orabam.

*Capitul.* Rom. 12.

**N**olite esse prudentes  
apud vosmetipsos, nulli  
malum pro malo reddentes,  
providentes bona non tantum  
coram Deo, sed etiam coram  
omnibus hominibus. Si fieri  
potest, quod ex vobis est, cum  
omnibus hominibus pacem  
habentes.

*R. br.* Posuerunt adversum  
me \* Mala pro bonis. Posue-  
runt. *ψ.* Et odium pro dilec-  
tione mea, \* Mala pro bonis.  
*Gloria.* Posuerunt. *Pf.* 108.

*ψ.* Si reddidi retribuenti-  
bus mihi mala, *R.* Decidam  
merito ab inimicis meis in-  
anis. *Pf.* 7.

**A D V E S P E R A S.**

*Ant.* 3. c. Multum incolã fuit.

PSALMUS 119.  
*Christi mansuetudo & patientia.*

**A**D Dóminum, cum tribulárer, clamávi, \* & exaudivit me.

Dómine, libera ánimam meam à lábiis iníquis, \* & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi \* ad linguam dolósam?

Sagittæ pótentis acúta, \* cum carbónibus defolatoriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est! habitávi cum habitántibus Cedar; \* multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus; \* cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

*Ant.* Multum íncola fuit ánima mea, Dómine: cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus.

*Ant.* I. f. Propter fratres meos.

PSALMUS 121.  
*Ecclesia concordia, pietas & iustitia celebrantur.*

**L**ætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: \* In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri \* in átriis tuis Jerúsalem;

Jerúsalem quæ ædificátur ut civitas, \* ejus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dómini; \* testimonium Israël, ad confitendum nómini Dómini.

Quia illic sederunt sedes

in iudicio, sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem, \* & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtúte tuâ, \* & abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, \* loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, \* quæsivi bona tibi.

*Ant.* Propter fratres meos, & próximos meos, loquébar pacem de te, Jerúsalem.

*Ant.* 4. a. Quàm bonum.

PSALMUS 132.  
*Fraterna charitatis beatitudo.*

**E**cce quàm bonum, & quàm jucundum, \* habitare fratres in unum!

Sicut unguentum in cápite, \* quod descendit in barbam, barbam Aaron,

Quod descendit in oram vestimenti ejus; \* sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion:

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, \* & vitam usque in seculum.

*Ant.* Quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in unum!

*Ant.* 8. G. In misericórdia.

PSALMUS 140.  
*Lingua coercenda: in afflictionibus patientia.*

**D**omine, clamávi ad te, exaudi me; \* intende voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo; \*

elevatio mânuum meârûm, sacrificium vespertinum.

Pone, Dómine, custódiam ori meo, \* & óstium circumstantiæ lábiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ, \* ad excusandas excusationes in peccátis.

Cum hominibus operántibus iniquitatem; \* & non comunicábo cum electis eórum.

Corripiet me justus in misericórdia, & increpábit me; \* óleum autem peccatoris non impinguet caput meû.

Quóniam adhuc & oratio mea in beneplácitis eórum: \* absorpti sunt juncti petreæ júdices eórum.

Audient verba mea, quóniam potuerunt; \* sicut crassitúdo terræ erupta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus infernum: \* quia ad te, Dómine, Dómine óculi mei; in te sperávi, non auferas ánimam meam.

Custódi me à láqueo quem statuérunt mihi, \* & à scándalis operántium iniquitatē.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: \* singulariter sum ego, donec transeam.

*Ant.* In misericórdia justus increpábit me; óleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

*Ant.* 6. Me expectant.

PSALMUS 141.

*Humana ope destituta, contra insectatores auxilium implorat Ecclesia.*

**V**oce meâ ad Dñm clamávi; \* voce meâ ad Dóminum deprecátus sum.

Effundo in conspectu ejus orationem meam; \* & tribulationem meam ante ipsum pronúntio,

In deficiendo ex me spíritum meum; & tu cognovisti fémitas meas.

In via hac quâ ambulábam, \* abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram, & vidébam, \* & non erat qui cognósceret me.

Péruit fuga à me, \* & non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine: \* dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra vivéntium.

Intende ad deprecationem meam, \* quia humiliátus sum nimis.

Libera me à persecúentibus me, \* quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam, ad confitendum nómini tuo: \* me expectant justi, donec retribuas mihi.

*Ant.* Me expectant justi, donec retribuas mihi Dómine.

*Capitulum* 1. Cor. 12.

**S**I quid pátitur unum membrum, compatiuntur ómnia membra; sive gloriátur unum membrum, congauident ómnia membra: vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.

*Hymnus.*

**O** Quàm juvat fratres, Deus, Unum quibus Christus caput Vitale robur sufficit, Uno movéri spírítu!

Quàm dulce laudes dicere Unâ

Unâ tibi cunctos domo,  
Precumque ceu facta manu,  
Inferre vim gratam tibi!

HANC quisque diligat do-  
mum;

Hanc pace concors recreet:  
Væ dira qui spargit malus  
Dissensionum semina.

SED damna cédunt in lu-  
crum

Te, Christe, diligentibus:  
Augent coronas prælia;  
Profuntque, dum nocent,  
mali.

Vox blanda sævit tristiùs,  
Dum pectus incautum subit,  
Lapsuque cæco dulcibus  
Laudum venenis inficit.

PRÆSTA beata Trinitas,  
Ut caritatè mutuâ  
Prosimus alter alteri,  
Regnemus & polo simul.

Amen.

ÿ. In Dómino laudábitur  
ánima mea: R. Audiant  
mansuéti, & lætentur. Ps.

33.

Ad Magnificat. Ant. 8. G.  
Respexit Deus humilitatem  
ancillæ suæ. Luc. 1.

AD COMPLETOR.

Ant. 7. ç. Tu remisisti.

PSALMUS 12.

Anima fidelis in adversitate  
deprecatio.

**U**SQUEQUO, Dñe, oblivif-  
ceris me in finem? \*  
úsquequò avertis faciè  
tuam à me?

Quàmdui ponam consilia  
in ánima mea, \* dolórem in  
corde meo per diem?

Úsquequò exaltábitur ini-  
micus meus super me? \* réspice,  
& exaudi me, Dómine  
Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne

MIR. Pars Æst.

unquam obdórmiam in mor-  
te: \* nequando dicat inimí-  
cus meus: Præválui adversus  
eum.

Qui tribulant me, exultá-  
bunt si motus fuero: \* ego  
autem in misericórdia tua  
sperávi.

Exultábit cor meum in sa-  
lutári tuo: cantábo Dómino  
qui bona tribuit mihi, \* &  
psallam nómini Dómini altíssi-  
mi.

PSALMUS 31.

Pia adhortatio ut quisque à  
peccatis se abstrahat.

**B**EATI quorum remissæ sunt  
iniquitates, \* & quorum  
resecta sunt peccata.

Beátus vir cui non impu-  
távit Dóminus peccátum, \*  
nec est in spírítu ejus do-  
lus.

Quóniam táci, invetera-  
vérunt ossa mea, \* dum cla-  
márem totâ die.

Quóniam die ac nocte gra-  
vata est super me manus tua: \*  
conversus sum in ærumna  
mea, dum configitur spina.

Delictum meum cónitum  
tibi feci; \* & injustitiam  
meam non abscondi.

Dixi: Confitebor adversum  
me injustitiam meam Dó-  
mino: \* & tu remisisti impie-  
tatem peccati mei.

Pro hac orábit ad te omnis  
sanctus \* in témpore oppor-  
túno.

Verúm tamen in dilúvio  
aquarum multarum, \* ad eum  
non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tri-  
bulatióne quæ circumdedit  
me: \* exultatio mea, érue  
me à circumdántibus me.

E

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac quã gradieris: \* firmãbo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, \* quibus non est intellectus.

In camo & frãno maxillas eorum constringe, \* qui non appropinquant ad te.

Multa flagella peccatoris: \* sperantem autem in Dõmino misericordia circumdabit.

Lætãmini in Dõmino, & exultate iusti, \* & gloriãmini, omnes recti corde.

PSALMUS 78.

*Urbis vastitas; pollutio templi; persecuciones prædictæ.*

**D**EUS venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluérunt templum sanctum tuum, \* posuérunt Jerusalelem in pomorum custodiam.

Posuérunt morticina servorum tuorum, escas volatilibus cœli, \* carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Jerusalem; \* & non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris, \* subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.

Usquequò, Dõmine, irasceris in finem, \* accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes quæ te non novérunt, \* & in regna quæ nomen tuum non invocavérunt;

Quia comedérunt Jacob, \*

& locum ejus desolavérunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordia tua, \* quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui, Dõmine, libera nos, \* & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum:

Ne fortè dicant in gentibus: Ubi est Deus eorum? \* & innotescat in nationibus coram oculis nostris,

Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est; \* intròeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachii tui, \* posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: \* improperium ipsorum, quod exprobravérunt tibi, Dõmine.

Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ, \* confitebimur tibi in sæculum.

In generationem & generationem \* annuntiabimus laudem tuam.

*Ant.* Tu remisisti impietatem peccati mei: pro hac orabit ad te omnis sanctus. *Pf.* 31.

F E R I A Q U A R T A  
AD OFFICIUM NOCT.

*Invit.* Non repellet Dñs plebem suã: \* Venite adoramus.

*Pf.* 94. Venite. 2.

*Hymnus.*

**M**IRAMUR, ô Deus, tuæ Recens opus potentia, Quæ scripta scintillantibus

Refulget astrorum globis.

UT sol diẽi, cãdida  
Sic luna nocti præsideret :  
Exercitu totum novo  
Discriminant stellæ polum.  
At ipse, cælorum decus,  
Sol novit occasus suos :  
Sunt certa lunæ tempora,  
Statique lapsus siderum.

JUGI rotata turbine  
Furantur & reddunt diem :  
Tu semper idem, nescius  
Mortalium spem fallere.

TURBATA quid mens fluctuet ?

Curã paternã nos regis :  
Æternã sit cordi salus,  
Æterna nos salus manet.

SUPREMA laus & glória  
Uni sit & trino Deo,  
Suo reponi qui jubet  
Curas & angores sinu. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Sperent in te.

PSALMUS 9.  
Impiorum everfor Deus, idem  
que pauperum defensor.

**C**onfitebor tibi, Dõmine,  
in toto corde meo : \* narrãbo òmnia  
mirabilia tua.

Lætabor & exultãbo in te : \* psallam nõmini tuo, Altissime.

In convertendo inimicum meum retrorsum ; \* infirmabuntur, & peribunt à facie tua.

Quõniam fecisti iudicium meum, & causam meam : \* sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.

Increpasti gentes, & periiit impius ; \* nomen eorum delisti in æternum, & in sèculum sèculi.

Inimici defecerunt frãmear

in finem, \* civitates eorum destruxisti.

Periiit memõria eorum cum sõnitu, \* & Dñs in æternum permanet.

Parãvit in iudicio thronum suum ; \* & ipse iudicabit orbem terræ in æquitãte, iudicabit populos in iustitia.

Et factus est Dõminus refugium pãuperi ; \* adjutor in opportunitatibus, in tribulatione.

Et sperent in te, qui novèrunt nomen tuum ; \* quõniam non dereliquisti quærentes te, Dõmine.

Psallite Dõmino qui habitat in Sion ; \* annuntiate inter gentes studia ejus ;

Quõniam requirens sanguinem eorũ recordatus est : \* non est oblitus clamorem pauperum.

Divisio Psalmi 9.

**M**iserere mei, Dõmine : \* vide humilitatem meã de inimicis meis,

Qui exaltas me de portis mortis, \* ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filia Sion.

Exultãbo in salutari tuo \* infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt.

In laqueo isto quem absconderunt, \* comprehensus est pes eorum.

Cognoscetur Dõminus iudicia faciens : \* in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Convertantur peccatores in infernum, \* omnes gentes quæ obliviscuntur Deum.

Quõniam non in finem oblivio erit pauperis : \* patientia

páuperum non períbit in finem.

Exurge, Dómine, non confortétur homo : \* judicentur gentes in conspectu tuo.

Constitue, Dómine, legislátorem super eos : \* ut sciant gentes quóniam hómines sunt.

*Alterã divisio Psalmi 9.*

**U**T quid, Dómine, recessisti longè? \* despicis in opportunitatibus, in tribulatione?

Dum superbit impius, incénditur pauper : \* comprehenduntur in consiliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in desidériis animæ suæ, \* & iniquus benedicitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor, \* secundum multitudinem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspectu ejus, \* inquinatæ sunt viæ illius in omni témpore.

Auferuntur iudicia tua à facie ejus : \* ómnium inimicórum suórum dominábitur.

Dixit enim in corde suo : \* non movébor à generatióne in generatióne sine malo.

Cujus maledictiône os plenum est, & amaritudine, & dolo : \* sub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, \* ut interficiat innocentem.

Oculi ejus in páuperem respiciunt : \* insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur ut rápiat páuperem : \* rápere páuperem, dum átrahit eum.

In láqueo suo humiliábit eum, \* inclinábit se, & cadet, cum dominátus fuerit páuperum.

Dixit enim in corde suo : Oblitus est Deus, \* avertit faciem suam, ne vídeat in finem.

Exurge, Dómine Deus, exaltétur manus tua : \* ne obliviscaris páuperum.

Propter quid irritávit impius Deum? \* dixit enim in corde suo : Non requirer.

Vides, quóniam tu labórem & dolórem considerras ; \* ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper : \* órphano tu eris adjutor.

Cóntere bráchium peccatóris & maligni : \* quæretur peccátum illius, & non inveniétur.

Dóminus regnabit in aeternum, & in séculum séculi : \* peribitis, gentes, de terra illius.

Desidérium páuperum exaudivit Dóminus : \* præparatióne cordis eórum audivit auris tua.

Judicare pupillo & húmili, \* ut non appónat ultra magnificáre se homo super terram.

*Ant.* Sperent in te, qui novérunt nomen tuum; quóniam non dereliquisti quærentes te, Dómine.

**IN II. NOCTURNO.**

*Ant.* 8. c. Filii.

## P S A L M U S 77.

*Beneficia Judæis præstata.*

**A**ttendite pópule meus legem meam; \* inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Apérim in parábolis os meum, \* loquar propositiões ab initio.

Quanta audívimus, & cognóvimus ea; & patres nostri narravérunt nobis.

Non sunt occultáta à filiis eórum, \* in generatióne áltera.

Narrantes laudes Dómini, & virtútes ejus, \* & mirabilia ejus quæ fecit.

Et suscitávit testimónium in Jacob, \* & legem pofuit in Israël.

Quanta mandávit pátribus nostris, nota fácere ea filiis suis; \* ut cognoscat generatió áltera:

Filii qui nascentur, & exurgent, \* & narrábunt filiis suis.

Ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscantur óperum Dei, \* & mandáta ejus exquirant;

Ne fiant sicut patres eórum, \* generatió prava & exáspérans:

Generatió quæ non direxit cor suum, \* & non est créditus cum Deo spíritus ejus.

*Divisio Psalmi 77.*

**F**ilii Ephrem intendentes & mittentes arcum, \* conversi sunt in die belli.

Non custodiérunt testamentum Dei, \* & in lege ejus noluerunt ambuláre.

Et obliti sunt benefactorum ejus, \* & mirabilium ejus quæ ostendit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabilia in terra Ægypti: \* in campo Táneos.

Interrúpit mare, & perduxit eos; \* & statuit aquas quasi in utre.

Et deduxit eos in nube diéi, \* & totâ nocte in illuminatione ignis.

Interrúpit petram in eremo; \* & adaquávit eos velut in abyfso multa.

Et eduxit aquam de petra, \* & deduxit tamquam flúmina aquas.

Et appofuerunt adhuc peccáre ei: \* in iram excitavérunt Excelsum in inaquólo.

Et tentavérunt Deú in córdibus suis, \* ut péterent escas animábus suis.

Et malè locúti sunt de Deo; \* dixerunt: Numquid póterit Deus paráre mensam in deserto?

Quóniam percussit petram, & fluxérunt aquæ, \* & torrentes inundavérunt.

Numquid & panem póterit dare, \* aut paráre mensam pópulo suo?

Ideo audívit Dóminus, & distulit: \* & ignis accensus est in Jacob, & ira ascendit in Israël;

Quia non credidérunt in Deo, \* nec speravérunt in salutári ejus.

Et mandávit núbibus desuper, \* & jánuas cœli apéruit.

Et pluit illis manna ad manducandum, \* & panem cœli dedit eis.

Panem Angelórum manducávit homo: \* cibária misit eis in abundantia.

*Alterâ divisio Psalmi 77.*

**T**ranstulit [Dóminus] Austrum de cælo, \* & induxit in virtute sua Africum.

Et pluit super eos sicut pulverem carnes, \* & sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum, \* circa tabernacula eorum.

Et manducaverunt, & saturati sunt nimis; & desiderium eorum attulit eis: \* non sunt fraudati a desiderio suo.

Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, \* & ira Dei ascendit super eos.

Et occidit pingues eorum \* & electos Israël impedit.

In omnibus his peccaverunt adhuc, \* & non crediderunt in mirabilibus ejus.

Et defecerunt in vanitate dies eorum, \* & anni eorum cum festinatione.

Cum occideret eos, quærebant eum; \* & revertebantur, & diluculo veniebant ad eum.

Et memorati sunt quia Deus adiutor est eorum, \* & Deus excelsus redemptor eorum est.

Et dilexerunt eum in ore suo, \* & linguâ suâ mentiti sunt ei.

Cor autem eorum non erat rectum cum eo, \* nec fideles habiti sunt in testamento ejus.

Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, \* & non disperdet eos.

*Ant.* Filii qui nascentur,

narrabunt filiis suis, ut ponant in Deo spem suam.

**IN III. NOCTURNO.**

*Ant.* 7. d. Abstulit.

*Ex Psalmo 77.* Et

**A** Bundavit [Dóminus] ut averteret iram suam, \* & non accendit omnem iram suam.

Et recordatus est quia caro sunt; \* spiritus vadens, & non rediens.

Quoties exacerbaverunt eum in deserto; \* in iram concitaverunt eum in iniquo?

Et conversi sunt, & tentaverunt Deum, \* & sanctum Israël exacerbaverunt.

Non sunt recordati manus ejus, \* die quâ redemit eos de manu tribulantis.

Sicut posuit in Ægypto signa sua, \* & prodigia sua in campo Taneos.

Et convertit in sanguinem flumina eorum, \* & imbres eorum, ne biberent.

Misit in eos cænomiyam & comedit eos; \* & ranam, & disperdidit eos.

Et dedit arugini fructus eorum, \* & labores eorum locustæ.

Et occidit in grandine vineas eorum, \* & moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini jumenta eorum, \* & possessionem eorum igni.

Misit in eos iram indignationis suæ, \* indignationem, & iram, & tribulationem, immisiones per angelos malos.

Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit a morte animabus eorum, \* & jumenta eorum in morte conclusit;

Et percussit omne primogénitum in terra Ægypti, \* primítias omnis laboris eórum in tabernáculis Cham.

*Divisio Psalmi 77. Et*

**A**bstulit [Dñs] sicut oves pópulum suum \* & perēduxit eos tamquam gregem in deserto.

Et deduxit eos in spe & non timuerunt; \* & inimicos eórum operuit mare.

Et induxit eos in montem sanctificatiónis suæ, \* montem, quem acquisívit dextera ejus.

Et eiecít à facie eórum gentes; \* & sorte divisit eis terrã in funículo distributiónis.

Et habitãre fecit in tabernáculis eórum, \* tribus Israël.

Et tentaverunt, & exacerbaverunt Deum excelsum, \* & testimónia ejus non custodiérunt.

Et avertérunt se, & non servaverunt pactum: \* quemádmódu[m] patres eórum, conversi sunt in arcum pravum.

In iram concitaverunt eum in collibus suis, \* & in sculptilibus suis ad æmulatióne[m] eum provocaverunt.

Audívit Deus, & sprevit, \* & ad nihilum redégit valde Israël.

Et repulit tabernáculum Silo, \* tabernáculum suum, ubi habitávit in hominibus.

Et tradidit in captivitátem virtúte[m] eórum, \* & pulchritúde[m] eórum, in manus inimici.

Et conclusit in gládio pópulum suum; \* & hæreditátem suam sprevit.

Júvenes eórum comédit ig-

nis; \* & vírgines eórum non sunt lamentatæ.

Sacerdótes eórum in gládio cecidérunt; \* & víduæ eórum non plorabantur.

*Alterã divisio Psalmi 77. Et*  
**E**Xcitatus est tamquã dormiens Dóminus, \* tamquã potens crapulátus à vino.

Et percussit inimicos suos in posterióra; \* oppróbrium sempiternum dedit illis.

Et repulit tabernáculum Joseph, \* & tribum Ephraim non elégit.

Sed elégit tribum Juda, \* montem Sion quem dilexit.

Et ædificávit sicut unicórniū sanctificium suum in terra, \* quam fundávit in sécula.

Et elégit David servum suum, & sustulit eum de gregibus óvium; \* de post festantes accépit eum;

Pascere Jacob servum suū, \* & Israël hæreditátem suam.

Et pavit eos in Innócentia cordis sui; \* & in intellectibus manuum suárum deduxit eos.

*Ant.* Abstulit Dóminus sicut oves pópulum suum, & deduxit eos in spe.

*ψ.* Ecce non dormitábit, neque dormiet,

*R.* Qui custódit Israël. *Pf.*

120.

Pater noster.

A D L A U D E S.

*Ant.* 4. E. Omnes.

P S A L M U S 5.

*Maligni, malis; innocentes, bonis afficiendi.*

**V**erba mea áuribus percipe, Dómine; \* intellige clamórem meū.

Intende voci oratiónis meæ, \*

Rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo, Dómine; \* manè exáudies vocem meam.

Manè astábo tibi & vidébo; \* quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus; neque permanébunt in iusti ante óculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitátem; \* perdes omnes qui loquuntur mendácium.

Virum sánguinum & dolósum abominábitur Dñs: \* ego autem in multítudine misericórdiæ tuæ.

Introibo in domum tuã; \* adorábo ad Templum sanctú tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in justítia tua; \* propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam;

Quóniam non est in ore eórum véritas, \* cor eórum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eórum, linguis suis dolósè agébant; \* júdica illos, Deus.

Décidant à cogitátionibus suis; secundum multítudinem impietátum eórum expelle eos, \* quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et latentur omnes qui sperant in te: \* in æternum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, \* quóniam tu benedíces iusto.

Dñe, ut scuto bonæ voluntatis tuæ \* coronasti nos.

*Ant.* Omnes qui sperant in te, Dómine, in æternum exultábunt; & habitábis in eis.

*Ant.* 5. a. In tégmine.

PSALMUS 35.

*Iniquorum malitia: justitia Dei: gloria justorum.*

**D**ixit iniustus, ut delinquat in semetipso: \* non est timor Dei ante óculos ejus.

Quóniam dolósè egit in conspectu ejus, \* ut inveniátur iniquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iniquitas & dolus: \* noluit intelligere, ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus est in cubili suo: \* ástitit omní viæ non bonæ, malítiam autem non odívit.

Dómine, in cælo misericórdia tua: \* & véritas tua usque ad nubes.

Justítia tua sicut montes Dei, \* júdicia tua abyssus multa.

Hómines & jumenta salvábis, Dómine; \* quemádmódum multiplicasti misericórdiam tuam, Deus.

Filii autem hóminum \* in tégmine alárum tuárum sperábunt.

Inebriabuntur ab ubertáte domús tuæ; \* & torrente voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te est fons vitæ, \* & in lúmine tuo vidéimus lumen.

Prætende misericórdiam tuá sciéntibus te, \* & justítiam tuam his qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes supérbia; \* & manus peccatóris non móveat me.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: \* expulsi sunt, nec poterunt stare.

*Ant.* In tégmine alárum tuárum sperábunt, Dómine; & torrente voluptatis tuæ potábis eos.

*Ant.* 3. a. Exaudi nos

PSALMUS 64.

*Dei in homines beneficientia: gentium converso.*

**T**É decet hymnus, Deus, in Sion; \* & tibi reddetur votum in Jerúsalem.

Exaudi orationem meam: \* ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos; \* & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti, & assumpisti; \* inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ; \* sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos, Deus salutaris noster, \* spes omnium finium terræ, & in mari longè;

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia; \* qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: \* exitus matutini & vespere delectabis.

Visitasti terram, & inebriasti eam; \* multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum; \* quoniam ita est præparatio ejus,

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus; \* in stitlicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ; \* & campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa deferti, \* & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: \* clamabunt etenim hymnum dicent.

*Ant.* Exaudi nos, Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ.

*Ant.* 1. a. Ecce.

*In Feriis, Cantic. Isaia. 12.*

**C**onfitebor tibi, Dómine, quoniam iratus es mihi: \* conversus est furor tuus, & consolatus es me.

Ecce Deus salvator meus; \* fiducialiter agam, & non timebo.

Quia fortitudo mea, & laus mea Dóminus, \* & factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris; \* & dicetis in die illa: Confitemini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas facite in pópulis adinventiones ejus: \* memento quoniam excelsum est nomen ejus.

Cantáte Dómino, quoniam magnificè fecit: \* annuntiate hoc in universa terra.

Exulta & lauda, habitatio Sion, \* quia magnus in médio tuí sanctus Israël.

*Ant.* Ecce Deus salvator meus; fiducialiter agam, & non timebo.

[ *In Festis, Cantic. Tob. 13.*

**M**agnus es, Dómine, in æternum, \* & in omnia sæcula regnum tuum.

Quóniam tu flagellas, & salvas: dedúcis ad inferos, & redúcis; \* & non est qui effugiat manum tuam.

Confitémini Dómino, filii Israël, \* & in conspectu gentium laudáte eum;

Quóniam ídeo dispersit vos inter gentes quæ ignoránt eum, \* ut vos enarretis mirabilia ejus;

Et faciátis scire eos, \* quia non est álius Deus omnipotens præter eum.

Ipse castigávit nos propter iniquitates nostras; \* & ipse salvábit nos propter misericórdiam suam.

Aspícite ergo quæ fecit nobiscum, & cum timóre & tremóre confitémini illi; \* Regemque seculórum exaltáte in opéribus vestris.

Ego autem in terra captivitátis meæ confitébor illi; \* quóniam ostendit majestátem suam in géntem peccatricem.

Convertimini itaque, peccatóres, & fácite justitiam coram Deo, \* credentes quòd faciat vobiscum misericórdiam suam.

Ego autem & ánima mea, \* in eo lætábimur.

Benedícite Dóminum, omnes electi ejus: \* ágite dies lætitiæ, & confitémini illi.]

*Ant. 6. Beneplácitum est.*

PSALMUS 146.

*Deus ex sua in populum suum providentia.*

**L**audáte Dóminum, quóniam bonus est psalmus:\*

Deo nostro sit jucunda de coraque laudatio.

Ædificans Jerúsalem Dóminus, \* dispersiónes Israelis congregábit;

Qui sanat contritos corde, \* & alligat contritiónes eórum;

Qui númerat multitudinem stellarum, \* & omnibus eis nómína vocat.

Magnus Dóminus noster, & magna virtus ejus; \* & sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus; \* humilians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessiône: \* psállite Deo nostro in cithara;

Qui óperit cælum núbibus, & parat terræ plúviam;

Qui producit in montibus fœnum, \* & herbam servituti hóminum;

Qui dat jumentis escam ipsórum, \* & pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit; \* nec in tibiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timentes eum, \* & in eis qui sperant super misericórdia ejus.

*Ant. Beneplácitum est Dómino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericórdia ejus.*

*Capitulum. Il. 26.*

**I**N sémíta judiciórum tuórum, Dómine, sustinúimus te: nomen tuum, & memoriále tuum in desidério animæ. Anima mea desiderávit te in nocte; sed & spíritu meo

in præcórdiis meis de manè  
vigilabo ad te.

*Hymnus.*

**P**ROMITTIS, & servas da-  
tam

Immóbilis fidem, Deus :

Hanc mane primo sèdulâ

Repóscimus fidem prece.

PROMITTIT atque dècipit  
Incertus & fallax homo :

Sic quassa, si incumbas super,

Arundo transfiget manum.

BEATUS ergo, qui tuo

Se totus abdit in sinu :

Hâc arce tutum túrbinis

Vis nulla de staru quatit.

NE cor vacillet, óbligas

Temet sacramento, Deus :

Spes nixa tanto pignore,

Æterna jam prenhat bona.

JAM mente præsumens po-  
lum,

Secúra sublimi throno

Affistit, & cœlestium

Prælibat undas flúminum.

FONS ô perennis grátia,

Colenda semper Trinitas,

Te spem salutis únicam

Da mente totâ quærere. Amen.

ÿ. Auditam fac mihi mane

misericórdiam tuam; R. Quia

in te speravi. Ps. 142.

*Ad Benedictus. Ant. 1. g.*

Juravit Dóminus datúrum se

nobis, ut sine timóre de manu

inimicórum nostrórum libe-

râti, serviámus illi. Luc. 1.

A D P R I M A M.

*Ant. 8. c. Ego.*

P S A L M U S 30.

*Vox Christi, & fidelium se*

*Deo in mœrore committen-*

*tium.*

**I**N te, Dómine, speravi,

non confundar in æter-

num : \* in justitia tua lí-

bera me.

Inclina ad me autem tuâ, \*  
accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum pro-  
tectórem, & in domum re-  
fúgii, \* ut salvum me fá-  
cias ;

Quóniam fortitúdo mea,  
& refúgium meum es tu ; \* &  
propter nomen tuum deduces  
me, & enútries me.

Educes me de láqueo hoc  
quem abscondérunt mihi, \*  
quóniâ tu es protectór meus.

In manus tuas commendo  
spíritum meum : \* redemisti  
me, Dómine Deus veritátis.

Odisti observantes vanitá-  
tes \* supervacúe.

Ego autem in Dómino spe-  
rávi ; \* exultábo & lætabor in  
misericórdia tua :

Quóniam respexisti humi-  
litátem meam, \* salvasti  
de necessitátibus ánimã meã.

Nec conclusisti me in má-  
nibus inimíci ; \* statuisti in  
loco spatióso pedes meos.

*Divisio Psalmi 30.*

**M**iserere meí, Dómine,  
quóniam tribulor : \*  
conturbátus est in ira ócu-  
lus meus, ánima mea, &  
venter meus.

Quóniam defécit in dolore  
vita mea, \* & anni mei in  
gemítibus.

Infirmáta est in paupertáte  
virtus mea, \* & ossa mea con-  
turbáta sunt.

Super omnes inimícos meos  
factus sum oppróbrium, &  
vicínis meis valde, \* & timor  
notis meis.

Qui vidébant me, foràs  
fugerunt à me : \* oblivióni  
datus sum tamquam mórtuus  
à corde.

Factus sum tamquam vas perditum: \* quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu.

In eo dum convenirent simul adversum me: \* accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speravi, Domine; \* dixi: Deus meus es tu: in manibus tuis sortes meae.

Eripe me de manu inimicorum meorum, \* & a persecuentibus me.

Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua: \* Domine, non confundar, quoniam niam invocavi te.

Erubescant impii, & deducantur in infernum: \* muta fiant labia dolosa.

Quae loquuntur adversus justum iniquitatem, \* in superbia, & in abusione.

*Alterâ divisio Psalmi 30.*

**Q**UAM magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, \* quam abscondisti timentibus te!

Perfecisti eis qui sperant in te, \* in conspectu filiorum hominum.

Abscondes eos in abscondito faciei tuae \* a conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo \* a contradictione linguarum.

Benedictus Dominus: \* quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meae: \* Projectus sum a facie oculorum tuorum,

ideo exaudisti vocem orationis meae, \* dum clamarem ad te.

Diligite Dominum, omnes sancti ejus: \* quoniam veritatem requirit Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, \* omnes qui speratis in Domino.

*Ant.* Ego in Domino speravi: exultabo & letabor in misericordia tua.

A D TERTIAM.

*Ant.* 4. A. Spera in Deo.

P S A L M U S 41.

*Solacium justis, spes melioris vitae, rerumque divinarum meditatio.*

**Q**UOMODUM desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita desiderat anima mea ad te, Deus.

Sirivit anima mea ad Deum fortem, vivum: \* quando veniam & apparebo ante faciem Dei!

Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte, \* dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Haec recordatus sum, & effudi in me animam meam, \* quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis & confessionis, \* sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea: \* & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, & Deus meus.

## Diviso Psalmi 41.

**A**D meipsum anima mea conturbata est; \* propterea memor ero tui de terra Jordani, & Hermóniim à monte modico.

Abyssus abyssum invocat, \* in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui \* super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam, \* & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ, \* dicam Deo: Susceptor meus es;

Quare oblitus es mei? \* & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, \* exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei;

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es, anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, & Deus meus.

## PSALMUS 42.

*De spe in Deo habenda in persecutionibus.*

**J**udica me, Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: \* ab homine iniquo & doloso erue me;

Quia tu es, Deus, fortitudo mea: \* quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam & ve-

ritatem tuam: \* ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei, \* ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: \* quare tristis es, anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, & Deus meus.

*Ant.* Spera in Deo, anima mea: salutare vultus mei, & Deus meus.

## Capitulum. Rom. 15.

**Q**uæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; ut per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus.

*R.* *br.* Memor esto verbi tui, Domine, \* In quo mihi spem dedisti. Memor esto. *V.* Hæc me consolata est, quia eloquium tuum vivificavit me, \* In quo mihi spem dedisti. Glória. Memor esto.

*V.* Respondébo exprobrantibus mihi verbum; *R.* Quia speravi in sermonibus tuis. *Pf.* 118.

## AD SEXTAM.

*Ant.* 2. D. Qui sperat.

## PSALMUS 20.

*Christi regnum, potestas, & victoria.*

**D**omine, in virtute tua lætabitur rex, \* & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: \* & voluntate labio-

rum ejus non fraudasti eum:

Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis : \* posuisti in cápite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit à te , \* & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum , & in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutari tuo : \* glóriam & magnum decorem impones super eum.

Quóniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi , \* lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Domino , \* & in misericordia Altissimi non commovèbitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis : \* dextera tua inveniat omnes qui te odèrunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui : \* Dominus in ira sua conturbabit eos ; & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes : \* & semen eorum à filiis hominum.

Quóniam declinaverunt in te mala : \* cogitaverunt consilia , quæ non potuerunt stabilire.

Quóniam pones eos dorsum : \* in reliquiis tuis præparabis vulnum eorum.

Exaltare , Domine , in virtute tua : \* cantabimus & psallèmus virtutes tuas.

PSALMUS 102.

*Deus predicandus ; innumerabilia ejus beneficia.*

**B**enedic , anima mea , Domino , \* & omnia quæ

intra me sunt , nòmini sancto ejus.

Benedic , anima mea , Domino , \* & noli oblivisci omnes retributiones ejus ;

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis ; \* qui sanat omnes infirmitates tuas ;

Qui redimit de interitu vitam tuam ; \* qui coronat te in misericordia & miserationibus ;

Qui replet in bonis desiderium tuum : \* renovabitur ut aquilæ juvenus tua.

Faciens misericordias Dominus , \* & judicium omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi , \* filiis Israël voluntates suas.

*Diviso Psalmi 102.*

**M**iserator & misericors Dominus , \* longanimis , & multum misericors :

Non in perpetuum irascetur , \* neque in æternum comminabitur :

Non secundum peccata nostra fecit nobis , \* neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis :

Quoniam secundum altitudinem cœli à terra , \* corroboravit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente , \* longè fecit à nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum , misertus est Dominus timentibus se ; \* quoniam ipse cognovit figmentam nostrum :

Recordatus est quoniam pulvis sumus : \* homo , sicut fœnum dies ejus , tam-

quam flos agri sic efflorebit;

Quóniam spírítus pertransibit in illo, & non subsistet; \* & non cognoscet ampliùs locum suum:

Misericórdia autem Dómini ab aeterno, \* & usque in aeternum super timentes eum;

Et justítia illius in filios filiòrum, \* his qui servant testamentum ejus:

Et mèmores sunt mandatòrum ipsius, \* ad faciendum ea.

Dóminus in cælo parávit sedem suam, \* & regnum ipsius ómnibus dominábitur.

Benedicite Dómino, omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, \* ad audiendam vocem sermónum ejus.

Benedicite Dómino, omnes virtutes ejus, \* ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

Benedicite Dómino, ómnia ópera ejus: \* in omni loco dominatiónis ejus, benedic, ánima mea, Dómino.

*Ant.* Qui sperat in Dómino, in misericórdia Altíssimi non commovébitur. *Pf.* 20.

*Capitul.* 1. Joan. 3.

**N**unc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid érimus. Scimus quóniam cum apparuerit, similes ei érimus, quóniam vidébitus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

*rx. br.* Beátus vir, \* Cu-

jus est nomen Dómini spes ejus. Beátus vir. *ψ.* Et non respexit in vanitates & insánias falsas: \* Cujus est. Glória Patri. Beátus vir. *Pf.* 39.

*ψ.* Speráte in eo, omnis congregatió populi. *Rx.* Effundite coram illo corda vestra. *Pf.* 61.

A D N O N A M.

*Ant.* 8. c. Factus est.

P S A L M U S 81.

*Injuste jura administrantibus exitium certum.*

**D**eus stetit in synagoga deórum; \* in medio autem deos dijudicat.

Usquequò judicatis iniquitatem, \* & facies peccatórum sumitis?

Judicáte egéno & pupillo; \* húmitem & páuperem justificáte.

Eripite páuperé, \* & egénú de manu peccatóris liberáte.

Nesciérunt, neque intellexerunt, in ténébris ambulant: \* movebuntur ómnia fundamenta terræ.

Ego dixi: Dii estis, \* & filii Excelsi omnes.

Vos autem sicut hómines moriémini, \* & sicut unus de princípibus cadétis.

Surge, Deus, júdica terram; \* quóniam tu hereditábis in ómnibus géntibus.

P S A L M U S 93.

*Deus superbórum osor, & vindex.*

**D**eus ultiónum Dñs, \* Deus ultiónum liberé egit.

Exaltáre, qui júdicas terram: \* redde retributióem superbis.

Usquequò peccatóres, Dó-

mine, \* usquequò peccatò-  
res gloriabuntur?

Effabuntur & loquentur  
iniquitatem, \* loquentur om-  
nes qui operantur injusti-  
tiam?

Pópulum tuum, Dómine,  
humiliavérunt, \* & hæredi-  
tatem tuam vexavérunt.

Viduam & advenam inter-  
fecerunt, \* & pupillos occi-  
derunt.

Et dixerunt : non vidébit  
Dóminus, \* nec intélliget  
Deus Jacob.

Intelligite, insipientes in  
pópulo ; \* & stulti, aliquan-  
do sápite.

Qui plantávit aurem, non  
áudiet ? \* aut qui finxit ócu-  
lum, non considerat ?

Qui córripit gentes, non  
árguet ; \* qui docet hóminem  
sciéntiam ?

Dóminus scit cogitatiónes  
hóminum, \* quóniam vanæ  
sunt.

*Divisio Psalmi 93.*

**B**Eátus homo quem tu cru-  
dieris, Dómine, \* & de  
lege tua docueris eum ;

Ut mítiges ei à diébus ma-  
lis, \* donec fodiátur pecca-  
tóri fóvea.

Quia non repellet Dómi-  
nus plebem suam, \* & hæ-  
reditatem suam non derelin-  
quet ;

Quoadusque justítia con-  
vertátur in iudicium, \* & qui  
juxta illam omnes qui recto  
sunt corde.

Quis confurget mihi ad-  
versus malignantes ? \* aut  
quis stabit mecum adversus  
operantes iniquitatem ?

Nisi quia Dóminus adjú-

vit me, \* paulò minis ha-  
bitasset in inferno ánimá  
mea.

Si dicébam : Motus est pes  
meus ; \* misericórdia tua,  
Dómine, adjuvábatur me.

Secundùm multitudinem  
dolorum meórum, in corde  
meo, \* consolatiónes tuæ læ-  
tificavérunt ánimam meam.

Numquid adhæret tibi se-  
des iniquitatis, \* qui fingis  
labórem in præcepto ?

Captábunt in ánimam ius-  
ti, \* & sánguinem innocen-  
tem condemnábunt.

Et factus est mihi Dómi-  
nus in refúgium, \* & Deus  
meus in adjutórium spei  
meæ ;

Et reddet illis iniquitatem  
ipsórum ; & in malítia eó-  
rum disperdet eos : \* dis-  
perdet illos Dóminus Deus  
noster.

*Ant.* Factus est mihi Dó-  
minus in refúgium, & Deus  
meus in adjutórium spei meæ,  
*Pf. 93.*

*Capitul. Hebr. 10.*

**N**olite amittere confidén-  
tiam vestram, quæ mag-  
nam habet remuneratiónem ;  
patientia enim vobis neces-  
sária est, ut voluntatem Dei  
facientes, reportetis promissí-  
ónem.

*Rz. br.* Bonum est confidere  
in Dómino, \* quàm confi-  
dere in hómine. Bonum est.  
*ÿ.* Bonum est speráre in Dó-  
mino, \* Quàm confidere in  
hómine. Glória. Bonum est.  
*Pf. 117.*

*ÿ.* Mihi adhærere Deo bo-  
num est : *Rz.* Pónere in Dómi-  
no Deo spem meam. *Pf. 72.*

A D V E S P E R A S.

Ant. 7. d. Oculi nostri.

P S A L M U S 122.

*Ecclesia oratio contra impiorum calumnias.***A**D te levavi oculos meos, \* qui habitas in caelis.

Ecce sicut oculi servorum \* in manibus dominorum suorum;

Sicut oculi ancillae in manibus dominae suae: \* ita oculus nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Misere nostri, Domine, misere nostri; \* quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra, \* opprobrium abundantibus, &amp; despectio superbis.

Ant. Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Ant. 5. a. Qui confidunt.

P S A L M U S 124.

*Fidelium, Deus ipse tutela: iniqui perituri.***Q**ui confidunt in Domino, sicut mons Sion: \* non commovebitur in aeternum, qui habitat in Jerusalem:

Montes in circuitu ejus: \* &amp; Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc, &amp; usque in seculum:

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum, \* ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.

Benefac, Domine, bonis, \* &amp; rectis corde.

Declinantes autem in obli-

Mir. Pars Aest.

gationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: \* pax super Israel.

Ant. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commovebitur in aeternum, qui habitat in Jerusalem.

Ant. 8. c. Nisi Dominus.

P S A L M U S 126.

*Vani hominum labores quibus Deus non opitulatur.***N**isi Dominus aedificaverit domum, \* in vanum laboraverunt qui aedificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, \* frustra vigilat, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: \* surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce haereditas Domini, filii; \* merces, fructus ventris.

Sicut sagittae in manu potentis, \* ita filii excusorum.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis; \* non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Ant. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.

Ant. 1. a. Sustinuit.

P S A L M U S 129.

*Redemptio, penitenti per Christum promissa.***D**E profundis clamavi ad te, Domine: \* Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes \* in vocem deprecationis meae.

F

Si iniquitates observaveris,  
Dómine, \* Dómine, quis  
sustinébit?

Quia apud te propitiatio  
est, \* & propter legem tuam  
sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in  
verbo ejus: \* sperávit ánima  
mea in Dómino.

A custódia matutina usque  
ad noctem, \* speret Israël  
in Dómino.

Quia apud Dóminum mi-  
sericórdia, \* & copiosa apud  
eum redemptio;

Et ipse redimet Israël \*  
ex ómnibus iniquitatibus  
ejus.

*Ant.* Sustinuit ánima mea  
in verbo ejus: sperávit áni-  
ma mea in Dómino.

*Ant.* 4. E. Speret.

PSALMUS 130.

*Humilitas & modestia, gra-  
tum Deo sacrificium.*

**D**omine, non est exal-  
tatum cor meum; \* ne-  
que elati sunt óculi mei:

Neque ambulavi in mag-  
nis, \* neque in mirabilibus  
super me.

Si non humiliter senti-  
bam, \* sed exaltavi animam  
meam.

Sicut ablactatus est super  
matre sua, \* ita retributio  
in ánima mea.

Speret Israël in Dómino, \*  
ex hoc nunc & usque in sécu-  
lum.

*Ant.* Speret Israël in Dó-  
mino.

*Capitulum.* Rom. 15.

**D**eus spei répleat vos om-  
ni gáudio & pace in cre-  
dendo; ut abundetis in spe,  
& virtute Spirítus sancti.

*Hymnus.*

**H**ORRES superbos, nec  
tuam

Das álteri laudem, Dets:  
Humána nil isthinc sibi  
Decerpat arrogántia.

INGRATA quippe mens tuae  
Fluenta sistit grátia;  
Tristique marcescit statim,  
Ceu gramen exustum siti.

Ut servus in manus heri  
Intenta figit lúmina;  
Sic ora sacris montibus  
Non dimovémus anxii.

DESIDERATAM si dare  
Open moráris; spes tamen;  
Tenácis instar ancoraë,  
Immóta fundat pectora.

SIT summa Patri glória:  
Sit summa Nato, qui dedit  
Nobis futuræS pírítum

Hæreditátis óbsidem. Amen.  
ÿ. A custódia matutina us-  
que ad noctem, R. Speret  
Israël in Dómino. *Pf.* 129.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 8. G.  
Misericórdia ejus à progénie  
in progénies tíméntibus eum.  
*Luc.* 1.

AD COMPLETOR.

*Ant.* 4. E. Conserva me.

PSALMUS 10.

*Vox justí in Deo confiden-  
tis, ejusque judicía me-  
ditantis.*

**I**NDño confido; quómodo  
dicitis animæ meæ: \*  
Tránsmigra in montem  
sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres  
intendérunt arcum, paravé-  
runt sagittas suas in pháre-  
trá, \* ut sagittent in obscuro  
rectos corde.

Quóniam quæ perfecisti,  
destruxérunt: \* justus autem  
quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo; \* Dóminus in cælo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respiciunt; \* pálpebræ ejus intérogant filios hóminum.

Dóminus intérogat justum & impium: \* qui autem diligit iniquitatem odit animam suam.

Pluet super peccatores láqueos: \* ignis, & sulphur; & spíritus procellarum, pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus & justitias dilexit: \* æquitatem vidit vultus ejus.

PSALMUS 13.

*Impiorum malitia: justis, ex adventu Christi salus exoptatur.*

**D**ixit insipiens in corde suo: \* Non est Deus.

Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: \* non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Dóminus de cælo prospexit super filios hóminum, \* ut videat si est intélligens, aut requirens Deum.

Omnes declinaverunt, simul inútiles facti sunt: \* non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Sepulchrum patens est guttur eórum; linguis suis dolose agébant; \* venenum áspidum sub lábiis eórum.

Quórum os maledictione & amaritudine plenum est: \* veloces pedes eórum ad effundendum sanguinem.

Contritio & infelicitas in viis eórum, & viam pacis non cognoverunt: \* non

est timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, \* qui devorant plebem meam sicut escam panis?

Dóminum non invocaverunt: \* illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatione justa est; consilium inopis confudistis, \* quóniam Dóminus spes ejus est.

Quis dabit ex Sion salutarem Israël? \* cum avérterit Dóminus captivitatem plebis suæ, exultabit Jacob, & lætabitur Israël.

PSALMUS 15.

*Pars justorum, Deus: resurrectionis spes.*

**C**onserva me, Dómine, quóniam speravi in te: \* dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non egres.

Sanctis qui sunt in terra ejus, \* mirificávit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eórum: \* póstea acceleraverunt.

Non congregábo conventiculam eórum de sanguinibus: \* nec memor ero nominum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditatis meæ & cálicis mei: \* tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præcláris: \* etenim hæreditas mea præclára est mihi.

Benedicam Dóminum qui tribuit mihi intellectu: \*

Insuper & usque ad noctem  
increpauerunt me renes mei.

Providēbam Dōminum in  
conspēctu meo semper: \* quō-  
niam à dextris est mihi, ne  
commōvear.

Propter hoc lætatum est  
cor meum, & exultavit lin-  
gua mea; \* insuper & caro  
mea requiescet in spe:

Quōniam non derelinques  
animam meam in inferno: \*  
nec dabis sanctum tuum vidē-  
re corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vi-  
tæ; adimplēbis me lætitiâ  
cum vultu tuo: \* delectatiō-  
nes in dextera tua usque in  
finem.

*Ant.* Conserva me, Dō-  
mine, quōniam speravi in te.  
*Pf.* 15.

F E R I A Q U I N T A  
AD OFFICIUM NOCT.

*Invit.* Hōdie si vocem Dō-  
mini audieritis, \* Nolite  
obdurare corda vestra.

*Pf.* 94. Venite 2.

*Hymnus.*

**R**URSUM, Crēator, im-  
peras,  
Pisces natant, volant aves:  
Utrumque mortali genus  
Paratur esca corpori.

MENTI sed æternæ cibus  
Debetur alter: hæc Dei  
Sermōne vivit: hanc fovet  
Cœlestis & nutrit fides.

QUÆSITA Christi sanguine  
Manavit in terras fides,  
Et impiarum pectora  
Victrix subegit gentium.

Fax illa puris cordibus  
Monstrare cœlos efficax,  
Æterna dignis incitat  
Factis mereri præmia.

HAC luce signatum, Deus,  
Calcare dona tramitem,  
Et caritatis uberes  
Fructus eundo carpere.

DEO Patri sit glōria,  
Ejusque soli Filio  
Sancto simul cum Spiritu,  
Nunc, & per omne sæculum.  
Amen.

I N I. NOCTURNO.

*Ant.* I. f. Rectum est ver-  
bum Dōmini.

P S A L M U S 19.  
*Christi preces & sacrificium  
pro suis acceptari, plebs  
ejus poscit.*

**E**XAUDIAT te Dōminus  
in die tribulationis: \*  
prōtegat te nomen Dei  
Jacob.

Mittat tibi auxiliū de  
sancto, \* & de Sion tueatur  
te.

Memor sit omnis sacrificii  
tui, \* & holocaustum tuum  
pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor  
tuum, \* & omne consilium  
tuum confirmet.

Lætābimur in salutari tuo,\*  
& in nōmine Dei nostri mag-  
nificābimur.

Impleat Dōminus omnes  
petitiones tuas: \* nunc cog-  
nōvi quōniam saluum fecit  
Dōminus christum suum.

Exaudiet illum de cœlo  
sancto suo: \* in potentatibus  
salus dexterae ejus.

Hi in curribus, & hi in  
equis; \* nos autem in nō-  
mine Dōmini Dei nostri in-  
vocābimus.

Ipsi obligati sunt, & ceci-  
derunt; \* nos autem surrēxi-  
mus, & erecti sumus.

Dōmine, saluum fac re-

gem ; \* & exaudi nos in die  
quâ invocaverimus te.

PSALMUS 32.

*Summa Dei creatoris in ho-  
mines benignitas & pro-  
videntia.*

**E**Xultate, iusti, in Dómi-  
no : \* rectos decet col-  
laudatio.

Confitemini Dómino in cí-  
thara, \* in psalterio decem  
chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum no-  
vum, \* bene psallite ei in  
vociferatione.

Quia rectum est verbum  
Dómini, \* & ómnia ópera  
ejus in fide.

Diligit misericórdiam &  
iudícium : \* misericórdia  
Dómini, plena est terra.

Verbo Dómini cæli firmati  
sunt ; \* & spiritu óris ejus  
omnis virtus eórum.

Congregans sicut in utre  
aquis maris : \* ponens in  
thesauris abyssos.

Timeat Dóminum omnis  
terra : \* ab eo autem commo-  
veantur omnes inhabitantes  
orbem.

Quóniam ipse dixit, &  
facta sunt : \* ipse mandavit,  
& creata sunt.

Dóminus dissipat consília  
géntium : \* réprobat autem  
cogitationes populórum, &  
réprobat consília principum.

Consílium autem Dómini  
in æternum manet ; \* cogita-  
tiones cordis ejus in genera-  
tione & generationem.

*Diviso Psalmi 32.*

**B**Eata gens, cujus est Dó-  
minus Deus ejus : \* pópu-  
lus, quem elégit in hereditá-  
tem sibi.

De cælo respexit Dómi-  
nus, \* vidit omnes filios hó-  
minum ;

De præparato habitáculo  
suo \* respexit super omnes qui  
hábitant terram ;

Qui finxit singillatim corda  
eórum ; \* qui intélligit ómnia  
ópera eórum.

Non salváetur rex per mul-  
tam virtutem ; \* & gigas non  
salvabitur in multitudine vir-  
tutis suæ.

Fallax equus ad salutem ; \*  
in abundantia autem virtú-  
tis suæ non salvabitur.

Ecce óculi Dómini super  
metuentes eum, \* & in eis qui  
sperant super misericórdia  
ejus :

Ut éruat à morte ánimas  
eórum, \* & alat eos in fa-  
me.

Anima nostra sústinet Dó-  
minum ; \* quóniam adjutor  
& protector noster est.

Quia in eo lætábitur cor  
nostrum, \* & in nómine sanc-  
to ejus sperávimus.

Fiat misericórdia tua, Dó-  
mine, super nos, \* quem-  
admodum sperávimus in te.

*Ant.* Rectum est verbum  
Dómini, & ómnia ópera ejus  
in fide.

IN II. NOCTURNO.

*Ant.* 7. d. Dóminus.

PSALMUS 67.

*Carmen triumphale, de Chris-  
ti victoriis, & Ecclesia  
cursu.*

**E**Xurgat Deus, & dissi-  
pentur inimici ejus ; \*  
& fúgiant, qui odérunt  
eum, à facie ejus.

Sicut déficit fumus, defí-  
ciant ; \* sicut fluit cera à facie

ignis, sic péreant peccatóres à facie Dei.

Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, \* & delectentur in lætítia.

Cantáte Deo, psalmum dicite nómini ejus; \* iter fácite ei qui ascendit super occásum; Dóminus nomen illi.

Exultáte in conspectu ejus; \* turbabuntur à facie ejus, patris orphanórum, & júdicis viduárum.

Deus in loco sancto suo; \* Deus, qui inhabitáre facit unius moris in domo.

Qui edúcit vinctos in fortitudine; \* similiter eos qui exásperant, qui hábitant in sepulchris.

Deus, cum egredereris in conspectu pópuli tui, \* cum pertransíres in deserto.

Terra mota est; étenim cœli distillavérunt à facie Dei Sinái, \* à facie Dei Israël.

Plúviam voluntáriam segregábis, Deus, hæreditáti tuæ; \* & infirmáta est, tu verò perfecisti eam.

Animália tua habitábunt in ea; \* parásti in dulcédine tua páuperi, Deus.

*Divisio Psalmi 67.*

**D**ominus dabit verbum evangelizántibus, \* virtúte multá.

Rex virtútum dilecti, dilecti; \* & speciéi domus divinare spólia.

Si dormiátis inter médios eleros; pennæ columbæ deargentatæ, \* & posterióra dorsus ejus in pallóre auri.

Dum discernit cœlestis reges super eam, nive dealba-

buntur in Selmon: \* mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis; \* ut quid suspicámini montes coagulatos?

Mons in quo beneplácitum est Deo habitáre in eo; \* étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem millibus múltiplex, millia lætántium; \* Dóminus in eis in Sina in sancto.

Ascendisti in altum, cepisti captivitátem, \* accepisti dona in hominibus:

Etenim non credentes \* inhabitáre Dóminum Deum.

Benedíctus Dóminus die quotidie: \* próspere iter faciet nobis Deus salutárium nostrórum.

Deus noster, Deus salvos faciendi; \* & Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confringet cápita inimicórum suórum, \* vérticem capilli perambulántium in delictis suis.

Dixit Dóminus: Ex Basan convertam, \* convertam in profundum maris:

Ut intingátur pes tuus in sángine, \* lingua canum tuórum ex inimicis ab ipso.

Viderunt ingressus tuos, Deus, \* ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto.

Prævenérunt príncipes conjuncti psalléntibus, \* in médio juvenulárum tympanistríarum.

*Alterá divisio Psalmi 67.*

**I**n ecclésiis benedicite Deo Dómino, \* de fontibus Israël.

Ibi Benjamin adoleſcētulus \* in mentis exceſſu.

Príncipes Juda, duces eórum; \* príncipes Zabúlon, príncipes Néphthali.

Manda, Deus, virtúti tuæ: \* confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúſalem, \* tibi offerent reges múnera.

Increpa feras arúndinis; congregatio taurórum in vaccis populórum, \* ut excludant eos qui probati sunt argento.

Diſſipa gentes quæ bella volunt; vénient legati ex Ægypto; \* Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantate Deo; \* psállite Dómino.

Psállite Deo qui ascendit super cælum cæli, \* ad orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtútis; date glóriam Deo super Israël, \* magnificéntia ejus & virtus ejus in núbibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis; Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: \* benedictus Deus.

*Ant.* Dóminus dabit verbum evangelizántibus: Deus Israël ipse dabit fortitudinem plebi suæ.

### IN III. NOCTURNO.

*Ant.* 8. c. Dómine.

PSALMUS 88.

*Promissiones Davidi facta: Christum differri humilis querela.*

**M**isericórdias Dómini \* in æternum cantábo;

In generatióem & generatióem \* annuntiábo veritatem tuam in ore meo:

Quóniam dixisti; In æternum misericórdia ædificábitur in cælis; \* præparábitur veritas tua in eis.

Dispósui testamentum electis meis, jurávi David servo meo; \* usque in æternum præparábo semen tuum:

Et ædificábo in generatióem & generatióem \* sedem tuam.

Confitebuntur cæli mirabilia tua, Dómine; \* etenim veritatem tuam in ecclésia sanctorum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino? \* similis erit Deo in filiis Dei?

Deus, qui gloriificatur in concilio sanctorum; \* magnus & terribilis super omnes qui in circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtutum, quis similis tibi? \* potens es, Dómine; & veritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris potestati maris; \* motum autem fluctuum ejus tu mitigas.

Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum: \* in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt cæli, & tua est terra; \* orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundasti;

Aquilónem & mare tu creasti; \* Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt:

Tuum brachium cum potentia: \* firmétur manus tua, & exaltétur dextera tua.

Justitia & júdicium præparatio sedis tuæ; \* misericórdia

& veritas præcedent faciẽm tuam.

*Divisio Psalmi 88.*

**B**Eatus pópulus qui scit jubilationem: \* Dómine, in lumine vultus tui ambulábunt,

Et in nómine tuo exultábunt totã die, \* & in justitia tua exaltabuntur.

Quóniam glória virtútis eórum tu es, \* & in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrum :

Quia Dómini est assumptio nostra, \* & Sancti Israëli regis nostri.

Tunc locútus es in visione sanctis tuis, & dixisti : \* Pósi adjutórium in potente, & exaltávi electam de plebe mea.

Inveni David servum meum, \* óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur ei, \* & bráchium meum confortábit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo, \* & filius iniquitátis non appónet nocere ei.

Et concidam à facie ipsius inimicos ejus, \* & odientes eum in fugam convertam.

Et veritas mea, & misericórdia mea cum ipso, \* & in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus, \* & in fluminibus dexteram ejus.

Ipsẽ invocábit me : Pater meus est, \* Deus meus, & susceptor salutis meæ.

Et ego primogénitum po-

nam illum, \* excelsum præ régibus terræ :

In æternum servábo illi misericórdiam meam, \* & testamentum meum fidèle ipsi ;

Et ponam in sèculum sèculi semen ejus, \* & thronum ejus sicut dies cœli ;

Si autem dereliquerint filii ejus legem meam, \* & in iudiciis meis non ambuláverint :

Si justitias meas profanáverint, \* & mandata mea non custodierint ;

Visitábo in virga iniquitates eórum, \* & in verbéribus peccáta eórum.

Misericórdiam autem meam non dispergam ab eo, \* neque nocébo in veritate mea.

Neque profanábo testamentum meum, \* & quæ procedunt de lábiis meis non faciam irrita.

*Alterã divisio Psalmi 88.*

**S**emel jurávi in sancto meo, si David méntiar : \* Semen ejus in æternum manébit.

Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, \* & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis.

Tu verò repulisti & despectisti, \* distulisti Christum tuum.

Evertisti testamentum servi tui, \* profanasti in terra sanctuarium ejus.

Destruxisti omnes sepes ejus, \* posuisti firmamentum ejus formidinem.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam ; \* factus est opprobrium vicinis suis :

Exaltaſti dexteram depri-  
méntium eum : \* latificaſti  
omnes inimicos ejus ;

Avertiſti adjutorium gládii  
ejus , \* & non es auxiliátus  
ei in bello :

Deſtruxiſti eum ab emun-  
datiône , \* & ſedem ejus in  
terram colliſiſti.

Minoráſti dies témporis  
ejus ; \* perfudiſti eum confu-  
ſiône.

Uſquequò , Dómine , aver-  
tis in finem ? \* exardeſcet ſicut  
ignis ira tua ?

Memoráre quæ mea ſub-  
ſtántia : \* numquid enim vanè  
conſtituiſti omnes filios hó-  
minum ?

Quis eſt homo qui vivet , &  
non vidébit mortem ? \* éruet  
ánimam ſuam de manu ín-  
feri ?

Ubi ſunt miſericórdiæ tuæ  
antiquæ , Dómine , \* ſicut  
juraſti David in veritate  
tua ?

Memor eſto , Dómine , op-  
probrii ſervórum tuórum , \*  
quod continui in ſinu meo ,  
multárum géntium.

Quod exprobravérunt ini-  
mici tui , Dómine , \* quod ex-  
probravérunt commutatió-  
nem Chriſti tui.

Benedíctus Dóminus in æ-  
ternum : \* fiat , fiat.

*Ant.* Dómine , in lúmine  
vultús tui ambulábunt , & in  
nómine tuo exultábunt totâ  
die , & in juſtitia tua exalta-  
buntur.

ÿ. Ténebræ non obſcura-  
buntur à te , Dómine ; R. Et  
nox ſicut dies illuminábitur.  
*Pſal.* 138.

Pater noſter.

## A D L A U D E S.

*Ant.* 4. E. Audi.

P S A L M U S 80.

*Feſta piè celebranda : hinc  
Dei favor.*

**E**Xultáte Deo adjutori  
noſtro : \* jubiláte Deo  
Jacob.

Súmíte pſalmum , & date  
tympanum ; \* pſaltérium ju-  
cundum cum cíthara :

Buccináte in Neoménia tu-  
ba , \* in inſigni die ſolem-  
nitátis veſtræ :

Quia præceptum in Iſraël  
eſt , \* & judícium Deo Ja-  
cob :

Teſtimónium in Joſeph pó-  
ſuit illud , cùm exiret de terra  
Ægypti ; \* linguam , quam  
non nóverat , audivit :

Divertit ab onéribus dor-  
ſum ejus ; \* manus ejus in  
còphino ſerviérunt.

In tribulatióne invocáſti  
me , & liberávi te ; \* exaudi-  
vi te in abſcòndito tempeſtá-  
tis : probávi te apud aquam  
contradictiónis.

Audi , pópulus meus , &  
contestábor te : \* Iſraël , ſi  
audieris me , non erit in te  
Deus recens , neque adorábis  
deum aliénium :

Ego enim ſum Dóminus  
Deus tuus , qui eduxi te de  
terra Ægypti : \* diláta os  
tuum , & implébo illud.

Et non audivit pópulus  
meus vocem meam , \* & Iſraël  
non intendit mihi :

Et dimíſi eos ſecundùm de-  
ſidéria cordis eórum , \* ibunt  
in adinventiόνibus ſuis.

Si pópulus meus audiſſet  
me , \* Iſraël ſi in viis meis  
ambuláſſet :

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, \* & super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini mentiti sunt ei, \* & erit tempus eorum in secula.

Et cibavit eos ex adipi frumenti; \* & de petra, melle saturavit eos.

*Ant.* Audi, populus meus, & contestabor te: ego sum Dominus Deus tuus.

*Ant.* 1. a. Paratum.

PSALMUS 107.

*Oratio Ecclesia, Dei auxilium adversus impios poscentis.*

**P**aratum cor meum, Deus, paratum cor meum: \* cantabo & psallam in gloria mea.

Exurge, gloria mea; exurge, psalterium & cithara: \* exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis, Domine; \* & psallam tibi in nationibus.

Quia magna est super caelos misericordia tua, \* & usque ad nubes veritas tua.

Exaltare super caelos, Deus, \* & super omnem terram gloria tua.

Ut liberentur dilecti tui, \* salvum fac dexteram tuam, & exaudi me.

*Ant.* Paratum cor meum, Deus; exurgam diluculo: confitebor tibi, Domine.

*Ant.* 6. Domine.

*Divisio Psalmi 107.*

**D**eus locutus est in sancto suo: \* exultabo, & dividam Sichimam, & convallem tabernaculorum dimetiar.

Meus est Galaad, & meus est Manasses, \* & Ephraim suscepio capitis mei.

Juda rex meus, \* Moab lebes spei meae.

In Idumaeam extendam calcamentum meum: \* mihi alienigenae amici facti sunt.

Quis deducet me in civitatem munitam? \* quis deducet me usque in Idumaeam?

Nonne tu, Deus, qui repulististi nos? \* & non exibis, Deus, in virtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulatione; \* quia vana salus hominis.

In Deo faciemus virtutem: \* & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

*Ant.* Domine, vana salus hominis: in Deo faciemus virtutem.

*Ant.* 8. c. Deus.

*In Feriis, Canticum Annae, 1. Reg. 2.*

**E**xultavit cor meum in Domino, \* & exaltatum est cornu meum in Deo meo.

Dilatatum est os meum super inimicos meos, \* quia laetata sum in salutari tuo.

Non est sanctus, ut est Dominus; neque enim est alius extra te: \* & non est fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes: \* recedant vetera de ore vestro;

Quia Deus scientiarum; Dominus est, \* & ipsi praeprantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est; \* & infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius, pro panibus,

fe locaverunt ; \* & famélici faturati sunt.

Donec stérilis péperit plurimos ; \* & quæ multos habebat filios , infirmata est.

Dóminus mortificat , & vivificat ; \* deducit ad inferos , & reducit.

Dóminus páuperem facit , & ditat ; \* humiliat & súblevat.

Súscitat de púlvere egénũ , \* & de stercore élevat páuperem ;

Ut sédeat cum princípibus , \* & sólium glóriæ teneat.

Dómini enim sunt cárdines terræ , \* & pósuit super eos orbem.

Pedes sanctórum suórum servábit , & impii in ténebris conticescent ; \* quia non in fortitúdine sua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adversárii ejus ; \* & super ipsos in cœlis tonábit.

Dóminus judicábit fines terræ , & dabit impérium regi suo , \* & sublimábit cornu Christi sui.

*Ant.* Deus scientiarum , Dóminus est , & ipsi præparantur cogitatiónes.

[ *In Festis , Cant. 1. Paral. 29.* ]  
Benedictus es , Dómine , Deus Israël patris nostri , \* ab æterno in æternum.

Tua est , Dómine , magnificentia , & poténtia , & glória , atque victória ; \* & tibi laus.

Cuncta enim quæ in cœlo sunt & in terra , \* tua sunt :

Tuum , Dómine , regnum , \* & tu es super omnes principes.

Tuæ divitiæ , & tua est gló-

ria : \* tu domináris ómnium.

In manu tua virtus & poténtia : \* in manu tua magnitúdo , & impérium ómnium.

Nunc igitur , Deus noster , confitemur tibi , \* & laudámus nomen tuum ínclytum. ]

*Ant. 5. a.* Annúnciat Dñs.

PSALMUS 147.

*Ecclesia ad laudem Dei invitatur , quòd ei abunde provisum sit.*

Lauda , Jerúsalem , Dóminum : \* lauda Deum tuum , Sion.

Quóniam confortávit feras portárum tuárum ; \* benedixit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem , \* & ádipe frumenti sátiat te.

Qui emittit elóquium suum terræ , \* velóriter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam , \* nébulam sicut cinerem spargit.

Mittit crySTALLUM suam sicut buccellas , \* ante faciém frígoris ejus quis sustinébit ?

Emittet verbum suum , & liquefaciet ea ; \* flabit spíritus ejus , & fluent aquæ.

Qui annúnciat verbú suum Jacob , \* justitias & judiciá sua Israël ;

Non fecit táliter omni nátióni , \* & judiciá sua non manifestávit eis.

*Ant.* Annúnciat Dóminus verbum suum Jacob , & judiciá sua Israël : non fecit táliter omni nátióni.

*Capitulum. 1. Petr. 2. 9.*

Vos genus electum , regále sacerdotium , gens sancta , pópulus acquisitionis ; ut vir-

tútes annuntiétis ejus, qui de ténébris vos vocávit in admirabile lumen suum.

*Hymnus.*

**D**IGNAS quis, ô Deus, tibi Laudes rependat, qui tuo Pellis tenébras lumine, Salútis & monstras viam?

Tu, quam jubés, donas fidem;  
Hæc cultui præest tuo;  
Hæc mentis erróres fugat;  
Hæc corda sursum dirigit.

Te destitúta spírítu  
Nil pompa sacrórum juvat:  
Secréta puri blándius  
Tibi litábunt péc toris.

Vox inde cordi cónsona  
Vectígal exolvét suum,  
Et ad salútem líbero  
Prométur ore vérítas.

O, qui superbos réspuls,  
Et simplices amas, Deus,  
Ut crescat in nobis fides,  
Cordis tumórem cónprime.

Sit summa Patri glória:  
Sit summa Nato, qui fidem  
Cruóre fundávit suo:  
Par sit tibi laus, Spírítus.

Amen.

Ÿ. Declarátio sermónum tuórum illúminat, &c. Et intellectum dat párvulis. *Pf. 118.*

*Ad Benedictus. Ant. 3. a.*  
Tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis, ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus. *Luc. 1.*

**A D P R I M A M.**

*Ant. 3. a. Illúminet.*

**PSALMUS 66.**

*Deus in toto orbe cognoscendus.*

**D**Eus misereátur nostrí, & benedicat nobis; \* illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostrí:

Ut cognoscámus in terra

viam tuam, \* in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteantur tibi pópuli, Deus; \* confiteantur tibi pópuli omnes:

Lætentur & exultent gentes, quóniam júdicas pópulos in æquitáte, \* & gentes in terra dirígis.

Confiteantur tibi pópuli, Deus, confiteantur tibi pópuli omnes: \* terra dedit fructum suum.

Benedícat nos, Deus, Deus noster, benedicat nos Deus; \* & métuant eum omnes fines terræ.

**PSALMUS 89.**

*Inanis & fugax hominum vita: ideo gratia Dei exoratur.*

**D**omine, refúgium factus es nobis, \* a generatióne in generatióne.

Priusquam montes fierent, aut formarétur terra, & orbis, \* a século & usque in século tu es Deus.

Ne avertas hóminem in humilitátem; \* & dixisti: Convertimini, filii hóminum:

Quóniam mille anni ante óculos tuos, \* tamquam dies hesternæ quæ præteríit,

Et custódia in nocte: \* quæ pro nihilo habentur, eórum anni erunt.

Mane sicut herba tránseat, mane flóreat & tránseat; \* vésperè decídat, indúret & arelcat.

Quia defécimus in ira tua, \* & in furóre tuo turbáti sumus.

Posuisti iniquitátes nostras in conspectu tuo, \* século nostrum in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies nostri defecerunt; \* & in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabuntur; \* dies annórum nostrórum in ipsis, septuaginta anni:

Si autem in potentátibus, octoginta anni; \* & ámplius eórum, labor & dolor.

Quóniam supervénit manufectúdo, \* & corripimur.

*Divisio Psalmi 89.*

Quis novit potestátem iræ tuæ, \* & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxterá tuam sic notá fac, \* & eruditos corde in sapiéntia.

Convértere, Dómine, úsquequò? \* & deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus manè misericórdiá tuá; \* & exultávimus, & delectáti sumus ómnibus diébus nostris:

Látati sumus pro diébus quibus nos humiliasti, \* anis quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, & in ópera tua; \* & dirige filios eorum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos: & ópera mánuum nostrárum dirige super nos, \* & opus mánuum nostrárum dirige.

*Ant.* Illúminet Dñs vultum suú super nos; ut cognoscámus in terra viá tuá, Dñe. *Pf. 66.*

A D T E R T I A M.

*Ant. 4. E. Credo.*

PSALMUS 26.

*Fidelium fortitudo ex Deo: aeternæ vitæ quærènda bona.*

Dóminus illuminátio mea; & salus mea, \* quem timébo?

Dóminus protectór vitæ meæ; \* à quo trepidábo?

Dum apprópíant super me nocentes, \* ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimíci mei, \* ipsi infirmati sunt & cecidérunt.

Si consistant adversum me castra, \* non timébit cor meú.

Si exurgat adversum me prælium, \* in hoc ego sperábo.

Unam pétii á Dómino, hanc requiram, \* ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dómini, \* & vísitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernáculo suo: \* in die malórum protexit me in abscondito tabernáculo sui.

In petra exaltávit me: \* & nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuívi & immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferationis: \* cantábo, & psalmum dicam Dómino.

*Divisio Psalmi 26.*

EXaudi, Dómine, vocem meam quâ clamávi ad te: \* miserére meí, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, Exquisivit te fácies mea: \* fácies tuam, Dómine, requíram.

Ne avertas fácies tuam à me; \* ne declínes in ira à servo tuo.

Adjútor meus esto, ne derelinquas me, \* neque despicias me, Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: \* Dóminus autem assumpsit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua; \* & dirige me in fémitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in ánimas tribulántium me; \* quóniam infurrexérunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini \* in terra vivéntium.

Expecta Dóminum, viriliter age, \* & confortétur cor tuum, & sustine Dóminum.

PSALMUS 83.

*Suprema beatitudinis desideria.*

**Q**uam dilecta tabernacula tua, Dómine virtutum! \* concupiscit & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum & caro mea \* exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum, \* & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Dómine virtutum; \* Rex meus & Deus meus.

Beati qui hábitant in domo tua, Dómine! \* in sécula séculórum laudábunt te.

Beatus vir cujus est auxilium abs te; \* ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrymarum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtute in virtutem: \* vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtutum, exaudi orationem meam; \* áuribus percípe, Deus Jacob.

Protector noster, aspice, Deus; \* & respice in faciem Christi tui:

Quia melior est dies una in átriis tuis \* super millia.

Elégi abjectus esse in domo Dei mei, \* magis quam habitare in tabernaculis peccatórum.

Quia misericórdiam & veritatem diligit Deus; \* grátia & glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia: \* Dómine virtutum; beatus homo qui sperat in te.

*Ant.* Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium. *Pf.* 26.

*Capitulum.* Hebr. 11.

**E**st fides sperandarum substántia rerum, argumentum non apparentium.

*R.* *br.* Quam magna multitúdo dulcedinis tuæ, Dómine, \* Quam abscondisti timentibus te! Quam magna. *Ÿ.* Perfecisti eis qui sperant in te, \* Quam abscondisti. *Glória Patri.* Quam magna. *Pf.* 30.

*Ÿ.* Narravérunt mihi iniqui fabulationes; *R.* Sed non ut lex tua. *Pf.* 118.

A D S E X T A M.

*Ant.* 8. G. Veníte, filii.

PSALMUS 22.

*Pro beneficiis à Deo acceptis, gratiarum actio.*

**D**óminus regit me, & nihil mihi déerit; \* in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me, \* ánima meam convertit.

Deduxit me super fémitas justitiæ, \* propter nomen suum.

Nam & si ambulávero in médio umbrae mortis, non

timébo mala, \* quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculo tuus, \* ipsa me consoláta sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, \* adversus eos qui tribulant me.

Impinguasti in óleo caput meum : \* & calix meus inebrians quàm præclarus est !

Et misericórdia tua subsequetur me \* omnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, \* in longitudinem dierum.

PSALMUS 33.

*Soli Deo adherendum, qui justorum defensor, malorum everfor est.*

**B**enedicám Dóminum in omni tẽpore : \* semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea : \* áudiant mansuéti, & lætentur.

Magnificáte Dóminum mecum : \* & exaltémus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dóminum, & exaudivit me : \* & ex omnibus tribulatióibus meis eripuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini : \* & fácies vestræ non confundentur.

Iste pauper clamávit, & Dóminus exaudivit eum : \* & de omnibus tribulatióibus ejus salvávit eum.

Immittet ángelus Dómini in circuitu timéntium eum, \* & eripiet eos.

Gustáte, & vidéte quóniam suavis est Dóminus : \* beátus vir qui sperat in eo.

Timéte Dóminum, omnes

sancti ejus : \* quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt & esuriérunt ; \* inquirentes autem Dóminum non minuentur omni bono.

*Divisio Psalmi 33.*

**V**eníte, filii, audite me ; \* timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam ; \* diligit dies vidére bonos ?

Próhibe linguam tuam à malo ; \* & labia tua ne loquantur dolum.

Diverte á malo, & fac bonum ; \* inquire pacem, & persequere eam.

Oculi Dómini super justos, \* & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super facientes mala, \* ut perdat de terra memóriá eórum.

Clamavérunt justí, & Dóminus exaudivit eos, \* & ex omnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

Juxtà est Dóminus iis qui tribuláto sunt corde, \* & húmiles spíritu salvábit.

Multæ tribulatióes justórum ; \* & de omnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum ; \* unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima ; \* & qui odérunt justum, delinquent.

Rédimet Dóminus ánimas fervórum suórum, \* & non delinquent omnes qui sperant in eo.

*Ant. Veníte, filii, audite me : timórem Dómini docébo vos. Ps. 33.*

Capitulum. Jac. 2.

Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine opéribus mortua est.

R. br. Gressus meos dirige, Domine, \* Secundum eloquium tuum. Gressus. V. Ut custodiam mandata tua, \* Secundum eloquium tuum. Glória Patri. Gressus meos.

V. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me; R. Quia mandatis tuis credidi. Ps. 118.

A D N O N A M.

Ant. I. a. Testimonia.

PSALMUS 79.

Christi adventus exoptatur.

Qui regis Israël, intende; \* qui deducis velut ovem Joseph.

Qui sedes super Chérubim, \* manifestare coram Ephraim, Bénjamin, & Manasse:

Excita potentiam tuam, & veni, \* ut salvos facias nos.

Deus, converte nos; \* & ostende faciem tuam, & salvi érimus.

Dómine Deus virtutum, \* quousque irascéris super orationem servi tui?

Cibabis nos pane lacrymarum, \* & potum dabis nobis in lacrymis in mensura?

Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris; \* & inimici nostri subsannaverunt nos.

Deus virtutum, converte nos; \* & ostende faciem tuam, & salvi érimus.

Diviso Psalmi 79.

[D]omine, ] vineam de Ægypto transtulisti: \* ejecisti gentes, & plantasti eam.

Dux itineris fuisti in conspectu ejus; \* plantasti radices ejus, & implevit terram.

Operuit montes umbra ejus; \* & arbuſta ejus cedros Dei.

Extendit palmites suos usque ad mare, \* & usque ad flumen propágines ejus.

Ut quid destruxisti maceriam ejus, \* & vindémiant eam omnes qui prætergre-diuntur viam?

Exterminavit eam aper de sylva, \* & singularis ferus depastus est eam.

Deus virtutum, converte: \* respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam.

Et perfice eam quam plantavit dextera tua, \* & super filium hominis quem confirmasti tibi.

Incensa igni, & suffossa: \* ab increpatione vultus tui peribunt.

Fiat manus tua super virum dexterae tuae: \* & super filium hominis quem confirmasti tibi.

Et non discédimus à te, vivificabis nos; \* & nomen tuum invocábimus.

Dómine Deus virtutum, converte nos; \* & ostende faciem tuam, & salvi érimus.

PSALMUS 92.

Dei, seu Christi, regnum & lex extollitur.

D]ominus regnavit decorem indutus est; \* indutus est Dóminus fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terrae; \* qui non commovébitur.

Parata sedes tua ex tunc, \* à sæculo tu es.

Elevaverunt flumina, Dómine,

Domine,

mine, \* elevaverunt flumina  
vocem suam.

Elevaverunt flumina, flu-  
ctus suos, \* à vocibus aqua-  
rum multarum.

Mirabiles elationes maris: \*  
mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia  
facta sunt nimis: \* domum  
tuam decet sanctitudo, Dô-  
mine, in longitudinem die-  
rum.

*Ant.* Testimonia tua, Dô-  
mine, credibilia facta sunt  
nimis. *Pf.* 92.

*Capitulum.* Rom. 4.

**C**Redenti in eum qui iusti-  
ficat impium, reputatur  
fides ejus ad justitiam, secun-  
dum propositum gratiæ Dei.

*R.* *br.* Salvavit eos Dômi-  
nus, \* Et crediderunt verbis  
ejus. Salvavit. *ÿ.* Et laudave-  
runt laudem ejus. \* Et cre-  
diderunt. Glória Patri. Sal-  
vavit. *Pf.* 105.

*ÿ.* In conspectu gentium  
revelavit justitiam suam: *R.*  
Recordatus est misericordiæ  
suæ. *Pf.* 97.

A D V E S P E R A S.

*Ant.* 2. D. Quid retribuam.

P S A L M U S 115.

*Deus in periculis fida tutela.*

**C**Redidi, propter quod  
locutus sum; \* ego au-  
tem humiliatus sum ni-  
mis.

Ego dixi in excessu meo: \*  
omnis homo mendax.

Quid retribuam Dômino \*  
pro omnibus quæ retribuit  
mihi?

Calicem salutaris accipiã,\*  
& nomen Dômini invocabo.

Vota mea Dômino reddam  
coram omni pópulo ejus: \*

*MIR. Pars Æstiva.*

pretiosa in conspectu Dômini  
mors sanctorum ejus.

O Dômine, quia ego ser-  
vus tuus; \* ego servus tuus,  
& filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea; \*  
tibi sacrificabo hostiam lau-  
dis, & nomen Dômini invo-  
cabo.

Vota mea Dômino reddam  
in conspectu omnis pópuli  
ejus, \* in atriiis domûs Dômi-  
ni, in médio tuî, Jerúsalem.

*Ant.* Quid retribuam Dô-  
mino pro omnibus quæ retri-  
buit mihi?

*Ant.* 1. g. Confitebor.

P S A L M U S 137.

*Misericordia & veritas Dêi  
laudantur: ipse à regibus  
adorandus.*

**C**onfitebor tibi, Dômine,  
in toto corde meo; \* quô-  
niam audisti verba oris mei.

In conspectu angelorum  
psallam tibi; \* adorabo ad  
templum sanctum tuum, &  
confitebor nómni tuo,

Super misericordiâ tua &  
veritate tua; \* quôniâ ma-  
gnificasti super omne, nomen  
sanctum tuum.

In quacumque die invocá-  
vero te, exaudi me: \* multi-  
plicabis in ánima mea virtú-  
tem.

Confiteantur tibi, Dômine,  
omnes reges terræ, \* quia  
audierunt ómnia verba oris  
tui;

Et cantent in viis Dômini,\*  
quôniâ magna est glória  
Dômini;

Quôniâ excelsus Dômi-  
nus, & humilia respicit, \* &  
alta à longè cognoscit.

Si ambulávero in médio

G

tribulati6nis, vivificabis me: \*  
& super iram inimic6rum  
me6rum extendisti manum  
tuam, & salvum me fecit dex-  
tera tua.

D6minus retribuet pro me: \*  
D6mine, miseric6rdia tua in  
s6culum; 6pera manuum tuarum  
ne despicias.

*Ant.* Confitebor n6mini tuo,  
D6mine, super miseric6rdia  
tua & veritate tua.

*Ant.* 7. d. Generati6.

PSALMUS 144.

*Dei potentia, misericordia,  
providentia, benignitas.*

**E**Xaltabo te, Deus meus  
rex; \* & benedicam n6-  
mini tuo in s6culum, & in  
s6culum s6culi.

Per singulos dies benedi-  
cam tibi; \* & laudabo nomen  
tuum in s6culum, & in s6cu-  
lum s6culi.

Magnus D6minus, & lau-  
dabilis nimis; \* & magnitudi-  
nis eius non est finis.

Generati6 & generati6 lau-  
dabit 6pera tua; \* & pot6n-  
tiam tuam pronuntiabunt.

Magnific6ntiam gl6riæ san-  
ctitatis tuæ loquentur, \* &  
mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribilium tu6-  
rum dicent, \* & magnitudi-  
nem tuam narrabunt.

Mem6riam abundantie sua-  
vitatis tuæ eructabunt, \* &  
justitiã tuã exultabunt.

*Ant.* Generati6 & generati6  
laudabit 6pera tua, & pot6n-  
tiam tuam pronuntiabunt.

*Ant.* 4. a. Fid6lis.

*Divisi6 Psalmi 144.*

**M**iserator & misericors  
D6minus; \* patiens &  
multum misericors.

Suavis D6minus univ6rsis, \*  
& miserati6nes ejus super 6m-  
nia 6pera ejus.

Confiteantur tibi, D6mine,  
6mnia 6pera tua, \* & sancti  
tui benedicant tibi.

Gl6riam regni tui dicent, \*  
& pot6ntiam tuam loquen-  
tur;

Ut notam faciãnt filiis h6-  
minum pot6ntiam tuam, \* &  
gl6riam magnific6ntiæ regni  
tui.

Regnum tuum, regnum  
6mni6rum s6cul6rum; \* & do-  
minati6 tua in omni genera-  
ti6ne & generati6nem.

Fid6lis D6minus in 6mni-  
bus verbis suis; \* & sanctus  
in 6mni6rum 6peribus suis.

Allevat D6minus omnes qui  
c6rruunt, \* & erigit omnes  
elisos.

Oculi 6mni6rum in te spe-  
rant, D6mine; \* & tu das  
elcã ill6rum in t6mpore op-  
portuno.

Aperis tu manum tuam, \*  
& imples omne animal benedi-  
cti6ne.

*Ant.* Fid6lis D6minus in  
6mni6rum verbis suis, & san-  
ctus in 6mni6rum 6peribus suis.

*Ant.* 8. c. Prop6 est D6minus.

*Altera divisi6 Psalmi 144.*

**J**ustus D6minus in 6mni6rum  
viis suis, \* & sanctus in  
6mni6rum 6peribus suis.

Prop6 est D6minus 6mni-  
bus invocãntibus eum, \* 6m-  
nibus invocãntibus eum in  
veritate.

Voluntatem tim6ntium se  
faciet, & deprecaci6nem e6-  
rum exaudiet, \* & salvos fa-  
ciet eos.

Cust6dit D6minus omnes

diligentes se, \* & omnes peccatores disperdet.

Laudationem Dómini loquétur os meum; \* & benedícat omnis caro nómini sancto ejus in séculum, & in séculum séculi.

*Ant.* Propè est Dóminus ómnibus invocántibus eum in veritate.

*Capitulum.* Rom. 10.

**C**Orde créditur ad justitiam, ore autem confésio fit ad salutem; dicit enim scriptúra: Omnis qui credit in illum, non confundétur. Non enim est distíctio Júdæi & Græci: nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui invocant illum.

*Hymnus.*

**O** Fortis, ó clemens Deus, Salútis auctor, tu fidem Nostris potenter ínserere, Germen salutis, córdibus.

HINC omne robur dúcimus: Hæc arma nobis; hoc manus Protecta scuto, flámmea Retundet hostis spícula.

HINC fundimus preces tibi Sacri sub umbra nóminis, Quo nititur spes ómnium Uno salutis pignore.

PLACATUS illo nómine, Labántibus ferens opem, Dabisque, sanctam dégener Ne vita deturpet fidem.

SIT laus Patri, laus Fílio: Par sit tibi laus, Spíritus, Infusa per quem córdibus Relúcet imis veritas. Amen.

Ÿ. Os meum annuntiábit justitiam tuam, *R.* Totâ die salutâre tuum. *Pf.* 70.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 7. G. Potens est Dóminus, & sanctum nomen ejus. *Luc.* 1.

## AD COMPLETORIUM.

*Ant.* 1. f. Salvum me fac, Dómine.

PSALMUS II.

*Justorum paucitas: Dei erga impios promissa urgentur.*

**S**alvum me fac, Dómine, quóniam defécit sanctus: \* quóniam diminútæ sunt veritatés à filiis hóminum.

Vana locúti sunt unusquisque ad próximum suum: \* lábia dolósa, in corde & corde locúti sunt.

Disperdat Dóminus univérsa lábia dolósa, \* & linguam magniloquam;

Qui dixerunt: Linguam nostram magnificábimus, lábia nostra à nobis sunt, \* quis noster Dóminus est?

Propter misériam inopum, & gémitum pauperum, \* nunc exurgam, dicit Dóminus.

Ponam in salutári, \* fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia casta: \* argentum igne examinátum, probátum terræ, purgátum séptuplum.

Tu, Dómine, servábis nos, & custódies nos \* à generatióne hac in æternum.

In circúitu impij ámbulant: \* secundum altitúdinem tuam multiplicasti filios hóminum.

PSALMUS 38.

*Coercenda lingua: mundi contemptus: vita brevitás.*

**D**ixi: Custódiam vias meas, \* ut non delinquam in lingua mea.

Pósui ori meo custódiam: \* cum consisteret peccátor adversum me.

Obmūtui & humiliātus sum,  
& silui à bonis : \* & dolor  
meus renovātus est.

Concāluit cor meum intra  
me : \* & in meditatiōne mea  
exardescet ignis.

Locūtus sum in lingua  
mea : \* notum fac mihi, Dó-  
mine, finem meum ;

Et númerum diérum meó-  
rum quis est ; \* ut sciam quid  
desit mihi.

Ecce mensurábiles posuisti  
dies meos : \* & substántia  
mea tanquam nihilum ante  
te.

Verúntamen uniuersa vá-  
nitas , \* omnis homo vivens.

Verúntamen in imágine  
pertránsit homo : \* sed & fru-  
strâ conturbátur.

Thesaurizat , \* & ignorat  
cui congregabit ea.

Et nunc quæ est expectatio  
mea ? nonne Dóminus ? \* &  
substántia mea apud te est.

*Divisio Psalmi 38.*

**A**B ómnibus iniquitatibus  
meis érue me : \* oppró-  
brium insipienti dedisti me.

Obmūtui , & non apéruí os  
meum , quoniam tu fecisti : \*  
ámoue à me plagas tuas.

A fortitudine manús tuæ  
ego deféci in increpationi-  
bus : \* propter iniquitatem  
corripuisti hóminem.

Et tabéscere fecisti sicut a-  
ráneam ánimam ejus : \* ve-  
rúntamen vanè conturbátur  
omnis homo.

Exaudi orationem meam,  
Dómine , & deprecationem  
meam : \* áuribus pércipe la-  
crymas meas.

Ne síleas , quóniam ádve-  
na ego sum apud te , & pere-

grinus , \* sicut omnes patres  
mei.

Remitte mihi ut refrige-  
rer , priusquam ábeam , \* &  
áplius non ero.

*Ant.* Salvum me fac , Dó-  
mine, quóniam diminútæ sunt  
veritates à filiis hóminum.

*Pf.* 11.

FERIA SEXTA.  
AD OFFICIUM NOCT.

*Invitat.* Veníte, adorémus,  
& procidámus ante Deum : \*  
Plorémus coram Dómino qui  
fecit nos.

*Pf.* 94. Veníte. 2.

*Hymnus.*

**J**AM sánctius moves opus,  
Tecum, Deus, delíberans:  
Mundo recenti príncipem,  
Tibique præcónem paras.

HOMO créatur : hunc sacro  
Cælestis oris hálitu

Succendis , & vivam tuí  
Spiráre das imáginem.

ERGO per omnes æquoris ;  
Tellúris omnes & sinus  
Regnabit : at memor suí  
Deo minórem se gerat.

HEU, cæca cordis právitas !  
Jugum rebellis éxcurit ;  
Deo superbus nec timet  
Æquáre pulvis vérticem.

HINC quanta lúctuum co-  
hors

Incumbit orbi pérdito !  
O Christe , ni feras opem,  
Spes tota fontes déserat.

QUI nos créavit , laus Pa-  
tri ;

Qui nos redémit , Fílio ;  
Cujus movémur hálitu ,  
Par sit tibi laus , Spíritus.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

*Ant.* 7. b. Contristatus  
sum.

## P S A L M U S 51.

*Impiis exitium proximum.*

**Q**uid gloriãris in malitia, \* qui potens es in iniquitate?

Totã die in iustitiam cogitãvit lingua tua: \* sicut novacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem: \* iniquitatem magis, quã loqui æquitatem.

Dilexisti omnia verba precipitationis, \* lingua dolosa.

Propterea Deus destruet te in finem, evellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, \* & radicem tuam de terra viventium.

Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: \* ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum:

Sed speravit in multitudi-  
ne divitiarum suarum, \* & prevaluit in vanitate sua.

Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei: \* speravi in misericordia Dei in æternum, & in seculum seculi.

Confitebor tibi in seculum, quia fecisti: \* & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

## P S A L M U S 54.

*Deum, ut se à fictis amicis servet, obestatur Christus.*

**E**xaudi, Deus, orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: \* intende mihi, & exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea, \* & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Quoniam declinaverunt in me iniquitates, \* & in ira molesti erant mihi.

Cor meum conturbatum est in me, \* & formido mortis cecidit super me.

Timor & tremor venerunt super me, \* & contexerunt me tenebræ.

Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, \* & volabo, & requiescam?

Ecce elongavi fugiens, \* & mansi in solitudine.

Expectabam eum qui salvum me fecit à pusillanimitate spiritus; \* & tempestate.

Præcipita, Domine, divide linguas eorum; \* quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate.

Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas; \* & labor in medio ejus, & iniustitia.

Et non defecit de plateis ejus \* ulura & dolus.

Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi; \* sustinuissem utique.

Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset: \* abscondissem me forsitan ab eo.

Tu verò, homo unánimis, \* dux meus & notus meus.

Qui simul mecum dulces capiebas cibos; \* in domo Dei ambulavimus cum consensu.

Veniat mors super illos: \* & descendant in infernum viventes.

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, \* in medio eorum.

Ego autem ad Deum clamavi; \* & Dominus salvabit me.

## Divisio Psalmi 54.

**V**espere, & mane, & meridie narrâbo & annuntiâbo : \* & exâudiet vocem meam.

Rédimet in pace ânimam meam ab his qui appropinquant mihi : \* quóniam inter multos erant mecum.

Exâudiet Deus, & humiliâbit illos, \* qui est ante sêcula.

Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum : \* extendit manum suâ in retribuendo.

Contaminâverunt testamentum ejus, divisi sunt ab ira vulûs ejus : \* & appropinquâvit cor illius.

Molliri sunt fermónes ejus super ôleum : \* & ipsi sunt jâcula.

Jacta super Dóminum curâ tuam, & ipse te enútriet : \* non dabit in aeternum fluctuationem justo.

Tu verò, Deus, \* deduces eos in puteum interitûs.

Viri sanguinum & dolosi non dimidiâbunt dies suos : \* ego autem sperâbo in te, Dómine.

*Ant.* Contristatus sum, quóniam declinâverunt in me iniquitates.

**IN II. NOCTURNO.**

*Ant.* 2. D. Ab insurgéntibus in me.

**PSALMUS 58.**

*Zelus Ecclesiæ adversus impios.*

**E**ripe me de inimicis meis, Deus meus : \* & ab insurgéntibus in me libera me.

Eripe me de operántibus iniquitatem, \* & de viris sanguinum salva me :

Quia ecce cepérunt ânimam meam, \* irruérunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccátum meum, Dómine : \* sine iniquitate cucurri, & direxi.

Exurge in occursum meum, & vide : \* & tu, Dómine, Deus virtútum, Deus Israël,

Intende ad visitandas omnes gentes : \* non misereâris omnibus qui operantur iniquitatem.

Convertentur ad vésperam, & famem patientur ut canes : \* & circuibunt civitatem.

Ecce loquentur in ore suo, & gladius in lábiis eorum : \* quóniam quis audivit ?

Et tu, Dómine, deridébis eos : \* ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deusceptor meus es : \* Deus meus, misericórdia ejus præveniet me.

*Divisio Psalmi 58.*

**D**eus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos : \* nequando obliviscantur pópuli mei.

Disperge illos in virtute tua : \* & depone eos, protector meus, Dómine.

Delictum oris eorum, fermónem labiôrum ipsórum : \* & comprehendantur in superbia sua.

Et de execratione & maldatio annuntiabuntur in consummatione : \* in ira consummationis, & non erunt.

Et scient quia Deus dominabitur Jacob, \* & finium terræ.

Convertentur ad vesp̄eram,  
& famem patientur ut canes: \*  
& circuibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum: \* si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: \* & exultabo manè misericordiam tuam;

Quia factus es susceptor meus, \* & refugium meum in die tribulationis meæ.

Adjutor meus, tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: \* Deus meus, misericordia mea.

## PSALMUS 60.

*Ecclesia ab insectatoribus oppressa: Christi regnum æternum.*

**E**Xaudi, Deus, deprecationem meam: \* intende orationi meæ.

A finibus terræ ad te clamavi: \* dum anxietur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea, \* turris fortitudinis à facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: \* protegar in velamento alarum tuarum;

Quoniam tu, Deus meus, exaudisti orationem meam: \* dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjicies, \* annos ejus usque in diem generationis & generationis.

Permanet in æternum in conspectu Dei: \* misericordiam & veritatem ejus quis requireret?

Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, \* ut reddam vota mea de die in diem.

*Ant.* Ab insurgentibus in me libera me, Domine, quia irruerunt in me fortes. *Ps.* 58.

## IN III. NOCTURNO.

*Ant.* 3. b. Ego sum.

## PSALMUS 68.

*Christus, ob Religionis zelum multa passus, auxilium à Patre petit.*

**S**alvum me fac, Deus: \* quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi, \* & non est substantia.

Veni in altitudinem maris, \* & tempestas demersit me.

Laboravi clamans, rauxæ factæ sunt fauces meæ: \* defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, \* qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei injustè: \* quæ non rapui, tunc exolvebam.

Deus, tu scis insipientiam meam, \* & delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui expectant te, Domine, \* Domine virtutum.

Non confundantur super me, \* qui quærunt te, Deus Israël.

Quoniam propter te sustinui opprobrium, \* operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, \* & peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me; \* & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et opéruí in jejúnió ánimá meam; \* & factum est in opprobrium mihi.

Et pòsui vestimentum meú cilicium, \* & factus sum illis in parabolam.

Adversum me loquebantur qui sedébant in porta; \* & in me psallébant qui bibébant vinum.

Ego verò oratióem meam ad te, Dómine; \* tempus benepláciti, Deus.

In multitudíne misericórdiæ tuæ exaudi me, \* in veritate salutis tuæ.

Eripe me de luto, ut non íngigar; \* libera me ab iis qui odérunt me, & de profundis aquárum.

Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, \* neque urgeat super me puteus os suum.

*Divisio Psalmi 68.*

**E**Xaudi me, Dómine, quóniam benigna est misericórdia tua; \* secundum multitudínem miseratiónum tuárum respice in me.

Et ne avertas faciém tuam à púero tuo: \* quóniam tribulor, velóciter exaudi me.

Intende ánimæ meæ, & libera eam; \* propter inimicos meos erípe me.

Tu scis impropérium meú, & confusióem meam, \* & reveréntiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: \* impropérium expectávit cor meum, & miseriam.

Et sustinui qui simul contristarétur, & non fuit; \* & qui consolaretur, & non invéni.

Et dedérunt in escam meam fel; \* & in siti mea potavérunt me acéto.

Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum, \* & in retributióes, & in scándalum.

Obscurentur óculi eórum, ne vídeant, \* & dorsum eórum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam, \* & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitatio eórum deserta, \* & in tabernáculis eórum non sit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percussisti, persecúti sunt; \* & super dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitatem super iniquitatem eórum; \* & non intrent in justitiam tuam.

Deleantur de libro vivéntium; \* & cum justis non scribantur.

*Alterá divisio Psalmi 68.*

**E**Go sum pauper & dolens: \* salus tua, Deus, suscepit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico, \* & magnificábo eum in laude.

Et placébit Deo super vitulum novellum, \* córnua producentem & úngulas.

Videant páuperes, & lætentur: \* quærite Deum, & vivet ánimá vestra.

Quóniam exaudivit páuperes Dóminus, \* & vinctos suos non despexit.

Laudent illum cæli & terra; \* mare, & ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam faciet Sion, \* & ædificabuntur civitates Juda.

Et inhabitábunt ibi , \* & hæreditate acquirant eam.

Et semen servórum ejus possidébit eam ; \* & qui diligunt nomen ejus , habitábunt in ea.

*Ant.* Ego sum pauper & dolens : salus tua , Deus , suscépit me.

ÿ. Die ac nocte graváta est super me manus tua : &c. Conversus sum in ærumna mea , dum configitur spina. *Pf.* 31.

Pater noster.

A D L A U D E S.

*Ant.* 1. a. Deus.

P S A L M U S 53.

*Oratio justí adversus hostes auxilium deprecantis.*

**D**EUS, in nómine tuo salvum me fac , \* & in virtúte tua júdica me.

Deus , exaudi orationem meam ; \* áuribus pércipe verba oris mei :

Quóniam aliéni infurrexérunt adversum me , & fortes quæsierunt ánimam meam , \* & non proposuerunt Deum ante conspectum suum :

Ecce enim Deus ádjuvat me , \* & Dóminus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis , \* & in veritate tua disperde illos.

Voluntáriè sacrificábo tibi ; \* & confitébor nómini tuo , Dómine , quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatione eripuisti me , \* & super inimicos meos despexit óculus meus.

*Ant.* Deus , in nómine tuo salvum me fac.

*Ant.* 4. E. Tu es.

P S A L M U S 70.

*Ecclesia adversus impíos auxilium deprecatur.*

**I**N te , Dómine , sperávi , non confundar in æternú ; \* in justitia tua libera me , & éripe me.

Inclina ad me auré tuam , \* & salva me.

Esto mihi in Deum protectórem , & in locum munitum , \* ut salvum me fácias.

Quóniam firmamentum meum , \* & refúgium meum es tu.

Deus meus , éripe me de manu peccatóris , \* & de manu contra legem agentis , & iníqui.

Quóniam tu es paciéntia mea , Dómine , \* Dómine , spes mea à juventúte mea.

In te confirmátus sum ex útero , \* de ventre matris meæ tu es protector meus.

In te cantatio mea semper , \* tamquam prodígium factus sum multis , & tu adjutor fortis.

Repleátur os meum laude , ut cantem glóriam tuam , \* totâ die magnitudinem tuam.

Ne projicias me in témpore senectutis ; \* cum defecerit virtus mea , ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi ; \* & qui custodiébant ánimam meam , consílium fecerunt in unum ,

Dicentes : Deus dereliquit eum ; persequimini , & comprehendite eum , \* quia non est qui erípiat.

Deus , ne elongeris à me : \* Deus meus , in auxilium meū réspice.

Confundantur & deficiant

detrahentes animæ meæ ; \* operiantur confusione & pudore, qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperabo, \* & adjiciam super omnem laudem tuam.

*Ant.* Tu es paciëntia mea, Dómine ; spes mea à juventute meâ.

*Ant.* 8. c. Quantas.

*Divisio Psalmi 70.*

**O**S meum annuntiabit justitiam tuam, \* totâ die salutâre tuum.

Quóniam non cognóvi literaturam, introibo in poténtias Dómini : \* Dómine, memorabor justitiæ tuæ solius.

Deus, docuisti me à juventute meâ ; \* & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua,

Et usque in senectam & senium, \* Deus, ne derelinquas me :

Donec annúntiem bráchium tuum \* generatióni omni quæ ventúra est ;

Poténtiam tuam & justitiam tuam, Deus, usque in altíssima quæ fecisti magnalia : \* Deus, quæ similis tibi ?

Quantas ostendisti mihi tribulatiónes multas, & malas, & conversus, vivificasti me, \* & de abyssis terræ iterum reduxisti me ?

Multiplicasti magnificéntiam tuam, \* & conversus consolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vasis psalmi veritatem tuam : \* Deus, psallam tibi in cithara, Sanctus Israël.

Exultábunt lábia mea cum cantávero tibi ; \* & ánima mea, quam redemisti.

Sed & lingua mea totâ die

meditábitur justitiam tuam ; \* cum confusi & revériti fuerint qui quærunt mala mihi.

*Ant.* Quantas ostendisti mihi tribulatiónes, & conversus vivificasti me.

*Ant.* 7. d. Cum irátus fueris. In Feriis, Canticum Habacuc.

Cap. 3.

**D**omine, audivi auditiónem tuam, \* & tímui.

Dómine, opus tuum \* in médio annórum vivifica illud.

In médio annórum notum facies : \* cum irátus fueris, misericórdiæ recordaberis.

Deus ab Austro véniet, \* & sanctus de monte Pharan.

Opéruiet cælos glória ejus, \* & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit, cornua in má nibus ejus : \* ibi abscondita est fortitúdo ejus.

Ante faciē ejus ibit mors ; \* & egrediētur diábolus ante pedes ejus.

Stetit, & mensus est terram : \* aspexit, & dissolvit gentes ; & contriti sunt montes séculi.

Incurvati sunt colles mundi \* ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitate vidi tentória Æthiopiæ : \* turbabuntur pelles terræ Má dian.

Numquid in fluminibus irátus es, Dómine ? \* aut in fluminibus furor tuus ? vel in mari indignatio tua ?

Qui ascendes super equos tuos, \* & quadrigæ tuæ salvatio ;

Suscitans suscitabis arcum tuum : \* juramenta tribubus quæ locútus es.

Fluvios scindes terræ : viderunt te, & doluerunt montes ; \* gurges aquarum tranſiit.

Dedit abyſſus vocem ſuâ : \* altitudo manus ſuas levavit.

Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo : \* in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis halitus tuæ.

In fremitu conculcabis terram : \* in furore obſtupefacies gentes.

Egreſſus es in ſalutem populi tui, \* in ſalutem cum chriſto tuo.

Percuſiſti caput de domo impii ; \* denudaſti fundamentum ejus uſque ad columnam.

Maledixiſti ſceptris ejus, capiti bellatorum ejus, \* venientibus ut turbo ad diſpergendum me.

Exultatio eorum, \* ſicut ejus qui devorat pauperem in abſcondito.

Viam feciſti in mari equis tuis, \* in luto aquarum multarum.

Audivi, & conturbatus eſt venter meus : \* a voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in oſſibus meis, \* & ſubter me ſcateat ;

Ut requieſcam in diſtributionis, \* ut aſcendam ad populum accinctum noſtrum.

Ficus enim non florebit ; \* & non erit germen in vineis.

Mentietur opus olivæ ; \* & arva non afferent cibum.

Abſcinderetur de ovili pecus ; \* & non erit armentum in præſepibus.

Ego autem in Domino gau-

debo, \* & exultabo in Deo Jeſu meo.

Deus Dominus, fortitudo mea, \* & ponet pedes meos quaſi cervorum.

Et ſuper excelsa mea deducet me victor \* in pſalmis canentem,

*Ant.* Cum iratus fueris, Domine, miſericordiæ recordaberis.

[ *In Feſtis, Canticum. II. 26.*

**U**Rbs fortitudinis noſtræ Sion : \* Salvator ponetur in ea murus & antemurale.

Aperite portas, \* & ingrediatur gens juſta, cuſtodians veritatem.

Vetus error abiit : ſervabis pacem ; \* pacem, quia in te ſperavimus.

Speraviſti in Domino in ſæculis æternis, \* in Domino Deo forti in perpetuum.

Quia incurvabit habitantes in excelsis, \* civitatem ſublimem humiliabit.

Humiliabit eam uſque ad terram, \* detrahet eam uſque ad pulverem.

Conculcabit eam pes, \* pedes pauperis, grefſus egenorum.

Semita juſti recta eſt, \* reſtus callis juſti ad ambulandum.

Et in ſemita judiciorum tuorum, Domine, ſuſtinuimus te : \* nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ.

Anima mea deſideravit te in nocte ; \* ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te.

Cum feceris judicia tua in terra, \* juſtitiam diſcent habitatores orbis.

Misereámur ímpio , & non discet iustitiam : \* in terra sanctorum iniqua gessit , & non videbit glóriam Dómini.

Dómine , exaltétur manus tua ; \* & non videant :

Videant , & confundantur zelantes populi ; \* & ignis hostes tuos devoret.

Dómine , dabis pacem nobis ; \* ómnia enim ópera nostra operátus es nobis. ]

*Ant.* 4. a. Laudábo.

PSALMUS 145.

*Non hominibus , nec principibus , sed Deo fidendum.*

**L**AUDA , ánima mea , Dóminum ; laudábo Dóminum in vita mea : \* psallam Deo meo quámdui fuero.

Nolíte confidere in principibus ; \* in filiis hóminum , in quibus non est salus.

Exíbit spírítus ejus , & revertétur in terram suam : \* in illa die peribunt omnes cogitationes córum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus , spes ejus in Dómino Deo ipsíus , \* qui fecit cœlum & terram , mare , & ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritatem in séculum , facit iudícium injúriam patientibus , \* dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos : \* Dóminus illuminat cæcos.

Dóminus érgit elífos , \* Dóminus diligit justos.

Dóminus custódit advenas , pupillum & víduam suscipiet ; \* & vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dóminus in sécula , Deus tuus , Sion , \* in

generaciónem & generatióem.

*Ant.* Laudábo in vita mea Dóminum , qui facit iudícium injúriam patientibus.

*Capitulum.* Isaia 33.

**D**OMINE , miserere nostri ; te enim expectávimus : esto bráchium nostrum in mane , & salus nostra in témpore tribulatiónis.

*Hymnus.*

**U**LTRICIBUS nos úndique Dum saucias telis , Deus , Quis ferre , te præter , queat Mœrenibus solátium ?

MUNDUS faceffat : nil opis Favóre præstet fútili : Fallácibus quin ásperat Alitque fomentis malum.

FLAGELLA nos terrent tua ; Non illa spem demunt tamen :

Quæ ferre nos jubes , Pater , Fiunt medéla vulnerum.

AT ímpetus libídinum Ferocientes comprime : Hæc vera nos vexant mala , Sanare quæ solus potes.

QUID ergo cessas ? ingruunt Intus forisque prælia ; Hosti ne præda mens erit Christi redempta sanguine ?

AUDIS precantes : anxie Spes blanda jam menti redit : O Christe , tetros mors tua Mortis pavóres discutit.

SIT Trinitáti glória , Quæ sic flagellis quos amat Exercet , ut cleméntiæ Rufum recordétur suæ.

Amen.

Y. Exultábo manè misericórdiam tuam ; R. Quia factus es susceptor meus in die tribulatiónis. Ps. 58.

*Ad Benedictus , Ant.* 8. G.

Per viscera misericordiae Dei nostri visitavit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. *Luc. 1.*

## A D P R I M A M.

*Ant. 3. c. Exurge.*

## P S A L M U S 43.

*Patres beneficiis cumulati : ob Religionem cuncta suscinenda.*

**D**Eus, auribus nostris audivimus, \* patres nostri annuntiaverunt nobis

Opus quod operatus es in diebus eorum, \* & in diebus antiquis.

Manus tua gentes disperdit, & plantasti eos; \* affixisti populos, & expulisti eos.

Nec enim in gladio suo possederunt terram, \* & brachium eorum non salvavit eos :

Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui; \* quoniam complacuisti in eis.

Tu es ipse rex meus, & Deus meus, \* qui mandas salutes Jacob.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu, \* & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo sperabo, \* & gladius meus non salvabit me.

Salvasti enim nos de afflictibus nos, \* & odientes nos confundisti.

*Diviso Psalmi 43.*

**I**N Deo laudabimur tota die, \* & in nomine tuo confitebimur in seculum.

Nunc autem repulisti, & confundisti nos; \* & non egre-

diéris, Deus, in virtutibus nostris.

Avertisti nos retrorsum post inimicos nostros; \* & qui oderunt nos, diripiébant sibi.

Dedisti nos tanquam oves escarum, \* & in gentibus dispersisti nos.

Vendidisti populum tuum sine pretio, \* & non fuit multitudo in commutationibus eorum.

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, \* subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro.

Posuisti nos in similitudinem gentibus, \* commotionem capitis in populis.

Tota die verecundia mea contra me est, \* & confusio faciei meae cooperuit me.

A voce exprobrantis & obloquentis, \* a facie inimici & persequentis.

Hæc omnia venerunt super nos; nec obliti sumus te, \* & inique non egimus in testamento tuo.

Et non recessit retrò cor nostrum, \* & declinasti semitas nostras à via tua.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, \* & cooperuit nos umbra mortis.

*Altera divisio Psalmi 43.*

**S**I obliti sumus nomen Dei nostri, \* & si expandimus manus nostras ad Deum alienum :

Nonne Deus requireret ista? \* ipse enim novit abscondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die, \* æstimati sumus sicut oves occisionis.

Exurge, quare obdormis,

Dómine? \* exurge, & ne repellas in finem.

Quare faciém tuam avertis? \* oblivisceris inópiae nostræ & tribulatiónis nostræ?

Quóniam humiliáta est in pulvere ánima nostra, \* conglutinátus est in terra venter noster.

Exurge, Dómine, ádjuva nos; \* & rédime nos propter nomen tuum.

*Ant.* Exurge, quare obdormis, Dómine? exurge, & ne repellas in finem.

A D T E R T I A M.

*Ant.* 2. D. Circumdedérunt.

PSALMUS 39.

*Oratio Christi: ipse fiducia & obedientia typus.*

**E**Xpectans expectávi Dóminum, \* & intendit mihi.

Et exaudivit preces meas: \* & eduxit me de lacu misériæ, & de luto faciés.

Et státuit super petram pedes meos, \* & direxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum, \* carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, & timébunt; \* & sperábunt in Dómino.

Beátus vir cujus est nomen Dómini spes ejus: \* & non respexit in vanitátes & insánias falsas.

Multa fecisti tu, Dómine Deus meus, mirabilia tua: \* & cogitatióibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiávi & locútus sum: \* multiplicáti sunt super númerum.

Sacrificium & oblatiόνem

noluisti: \* aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum & pro peccáto non postulasti; \* tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me, ut fácerem voluntátem tuam: \* Deus meus, volui, & legem tuam in médio cordis mei.

*Divisio Psalmi 39.*

**A**Nnuntiávi justitiam tuá in ecclesiá magna: \* ecce lábia mea non prohibébo: Dómine, tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo: \* veritátem tuam & salutare tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam & veritátē tuam \* à concilio multo.

Tu autem, Dómine, ne longē faciás miseratiónes tuas à me: \* misericórdia tua & veritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quórum non est númerus: \* comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátae sunt super capillos cápitis mei: \* & cor meum dereliquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: \* Dómine, ad adjuvandum me respice.

Confundantur & reveantur simul, qui quærunt ánimam meam, \* ut áuferant eam.

Convertantur retrorsum, & reveantur, \* qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusió-nem suam, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætentur super te omnes quærentes te; \* & dicant semper, Magnificetur Dóminus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, & pauper: \* Dóminus sollicitus est meí.

Adjutor meus, & protector meus tu es: \* Deus meus, ne tardaveris.

PSALMUS 57.

*Calumniatorum supplicia, bonorumque premia Deum justum arguent.*

**S**I verè utique iustitiam loquimini, \* recta iudicáte, filii hóminum.

Etenim in corde iniquitates operámini: \* in terra iniustitias manus vestræ concinnant.

Alienáti sunt peccatóres à vulva; erravérunt ab útero: \* locúti sunt falsa.

Furor illis secundum similitudinem serpentis: \* sicut áspidis furdæ, & obturantis aures suas;

Quæ non exáudiet vocem incantantium, \* & venéfici incantantis sapienter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipsórum: \* molas leónum confringet Dóminus.

Ad nihilum devénient tamquam aqua decurrens: \* intendit arcum suum donec infirmantur.

Sicut cera quæ fluit, aufertur: \* supercécidit ignis, & non vidérunt solem.

Priusquam intellerent spinæ vestræ rhamnum; \* sicut viventes, sic in ira absorbet eos.

Lætábitur justus, cum viderit vindictam; \* manus suas

lavábit in sanguine peccatóris.

Et dicet homo: Si útique est fructus iusto, \* útique est Deus iudicans eos in terra.

*Ant.* Circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: compláceat tibi, Dómine, ut éruas me. *Pf.* 39.

*Capitulum.* 2. Cor. 1.

**S**upra modum graváti sumus supra virtutem, ita ut raderet nos étiam vivere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitát mórtuos; qui de tantis periculis nos eripuit, & éruit; in quem sperámus quóniam & adhuc eripiet.

*R. br.* Multiplicáti sunt, \* Qui odérunt me gratis. Multiplicáti sunt. *Ÿ.* Confortáti sunt qui persecuti sunt me iniustè, \* Qui odérunt me gratis. Glória Patri. Multiplicáti sunt. *Pf.* 68.

*Ÿ.* Dómine, ne elongáveris auxiliúm tuum à me: *Ÿ.* Ad defensionem meam conspice. *Pf.* 21.

A D S E X T A M.

*Ant.* 5. a. Potum meum.

PSALMUS 101.

*Oratio ad Christum, quâ post calamitates, promissa salus exoratur.*

**D**ómine, exaudi orationem meam; \* & clamor meus ad te véniat.

Non avertas faciém tuam à me: \* in quacumque die tribulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, \* velóciter exaudi me;

Quia defecerunt sicut fumus dies mei, \* & ossa mea sicut crémium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum; \* quia oblitus sum comédere panē meū.

A voce gémitus mei, \* adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicáno solitudinis; \* factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, \* & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Totâ die exprobrabant mihi inimici mei; \* & qui laudabant me, adversum me iurabant:

Quia cinerem tamquam panem manducabam, \* & potum meum cum fletu miscēbam,

A facie iræ & indignationis tuæ: \* quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt, \* & ego sicut fœnum arui.

Tu autem, Dómine, in æternum pèrmanes; \* & memoriále tuum in generationem & generationem.

*Divisio Psalmi 101.*

**T**U exurgens miseréberis Sion; \* quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuerunt servis tuis lapides ejus; \* & terræ ejus miserebuntur:

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, \* & omnes reges terræ glóriam tuam:

Quia ædificávit Dóminus Sion; \* & vidébitur in glória sua.

Respexit in orationem hu-

mílium, \* & non sprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatione áltera; \* & pópulus, qui creábitur laudábit Dñm:

Quia prospexit de excelso sancto suo: \* Dóminus de cœlo in terram aspexit;

Ut audiret gémitus compeditórum, \* ut solveret filios interemptórum;

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, \* & laudem ejus in Jerúsalem,

In conveniendo pópulos in unum, \* & reges, ut sérviant Dómino.

Respondit ei in via virtutis suæ: \* Paucitatem diérum meórum núntia mihi;

Ne révoces me in dimídio diérum meórum; \* in generationem & generationem anni tui.

*Altera divisio Psal. 101.*

**I**NÍTIO tu, Dómine, terram fundasti, \* & ópera mánuum tuárum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem pèrmanes; \* & omnes sicut vestimentum veterascent:

Et sicut opertórium mutabis eos, & mutabuntur; \* tu autem idem ipse es; & anni tui non deficient.

Filii servórum tuórum habitábunt, \* & semen eórum in sèculum dirigétur.

*Ant.* Potum meum cum fletu miscēbam, à facie iræ & indignationis tuæ, Dómine.

*Capitulum.* Hebr. 12.

**V**OBIS, tamquam filiis, loquitur [Deus] dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam Dómini, neque fatigéris dum á eo argúeris: quem

quem enim diligit Dóminus, castigat; flagellat autem omnem filium quem récipit. In disciplina perseverate.

R. *br.* Ego, Dómine, \* In flagella parátus sum. Ego. *ps.* Et dolor meus in conspectu meo semper: \* In flagella. Glória Patri. Ego.

*ps.* Dómine, ante te omne desiderium meum; R. Et gémitus meus à te non est absconditus. *Pf.* 37.

A D N O N A M.

*Ant.* 6. Deus meus.

P S A L M U S 21.

*Christus in cruce Patrem obsecrat, ut sibi adsit.*

**D**Eus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? \* longè à salute mea verba delictórum meórum.

Deus meus, clamábo per diem, & non exáudies; \* & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto hábitas, \* laus Israël.

In te speravérunt patres nostri; \* speravérunt, & libera-  
sti eos.

Ad te clamavérunt, & salvi facti sunt: \* in te speravérunt, & non sunt confúsi.

Ego autem sum vermis, & non homo; \* opprobrium hóminum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me; \* locúti sunt lábiis, & movérunt caput.

Sperávit in Dómino, eripiat eum; \* salvum faciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es qui extraxisti me de ventre; \* spes mea ab ubéribus matris meæ.

*MIR. Pars Æstiva.*

In te projectus sum ex útero: \* de ventre matris meæ Deus meus es tu.

*Divisio Psalmi 21.*

**[D**Eus meus,] ne discésseris à me, \* quóniam tribulatio próxima est, quóniam non est qui adjuvet.

Circumdedérunt me vituli multi: \* tauri pingues obdedérunt me.

Aperuérunt super me os suum, \* sicut leo rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effusus sum, \* & dispersa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquefcens \* in médio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhesit faucibus meis; \* & in pulverem mortis deduxisti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi: \* concílium malignántium obsedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos, \* dinumeravérunt ómnia ossa mea.

Ipsi verò consideravérunt, & inspexérunt me: \* diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me: \* ad defensionem meam conspice.

Erue à frámea, Deus, ánimam meam, \* & de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis, \* & à cornibus unicórnium humilitatem meam.

Narrábo nomen tuum frá-

H

tribus meis : \* in médio ecclésiæ laudábo te.

*Altera divisio Psalmi 21.*

**Q**ui timéris Dóminum ,  
laudáte eum : \* univer-  
sum semen Jacob , glorificáte  
eum.

Timeat eum omne semen  
Israël : \* quóniam non spre-  
vit , neque despexit deprecá-  
tiónem páuperis.

Nec avertit faciém suam à  
me : \* & cùm clamárem ad  
eum , exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclé-  
sia magna : \* vota mea red-  
dam in conspectu timéntium  
eum.

Edent páuperes , & satura-  
buntur ; & laudábunt Dómi-  
num qui requirunt eum : \* vi-  
vent corda eórum in séculum  
séculi.

Reminiscéntur & conver-  
tentur ad Dóminum \* universi  
fines terræ.

Et adorábunt in conspectu  
ejus \* universæ familiæ gén-  
tium.

Quóniam Dómini est reg-  
num , \* & ipse dominábitur  
géntium.

Manducavérunt & adoravé-  
runt omnes pingues terræ : \*  
in conspectu ejus cadent om-  
nes qui descendunt in terram.

Et ánima mea illi vivet ; \*  
& semen meum serviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino ge-  
nerátio ventúra : \* & annun-  
tiábunt cœli justitiam ejus  
pópulo qui nascétur , quem  
fecit Dóminus.

*Ant.* Deus meus , quare me  
dereliquisti ? longè à salute  
mea verba delictórum meó-  
rum.

*Capitulum. Thren. 5.*

**Q**uare in perpétuum obli-  
visceris nostrî ? derelin-  
ques nos in longitudine dié-  
rum ? Converté nos , Dómi-  
ne , ad te , & convertémur :  
innova dies nostros , sicut à  
principio ; sed projiciens re-  
pulisti nos , iratus es contra  
nos vehementer.

*R.* *br.* Usquequò , Dómi-  
ne , \* Obliviscéris me in fi-  
nem ? Usquequò . *Ps.* Usquequò  
exaltábitur inimicus meus su-  
per me ? \* Obliviscéris. Gló-  
ria. Usquequò . *Ps.* 12.

*Ps.* Exurge , Dómine Deus ,  
exaltéur manus tua : *R.* Ne  
obliviscáris páuperum . *Ps.* 9.

A D V E S P E R A S .

*Ant.* 4. A. Supra dorsum.

P S A L M U S 128.

*Recentis Ecclesia praliam , &  
victoria.*

**S**æpe expugnavérunt me  
à juventúte mea , \* dicat  
nunc Israël.

Sæpe expugnavérunt me à  
juventúte mea : \* etenim non  
potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabri-  
cavérunt peccatóres , \* pro-  
longavérunt iniquitaté suam.

Dóminus justus concidit  
cervices peccatórum : \* con-  
fundantur & convertantur re-  
trorsum , omnes qui odérunt  
Sion.

Fiant sicut scœnum tectó-  
rum , \* quod priusquam evel-  
látur , exáruit :

De quo non implévit ma-  
num suam qui metit ; \* & sinú  
suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præter-  
ibant : Benedictio Dóminé  
super vos , \* benediximus

vobis in nómine Dómini.

*Ant.* Supra dorsum meum fabricaverunt peccatóres : prolongaverunt iniquitatem suâ.

*Ant.* 3. g. Dómine.

PSALMUS 138.

*Insignis Dei in nos à puero providentia.*

**D**ómine, probasti me, & cognovisti me : \* tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longè : \* scimitam meam, & funiculum meum investigasti ;

Et omnes vias meas prævisti, \* quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognovisti omnia novissima & antiqua, \* tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me ; \* confortata est, & non pótero ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo ? \* & quò à facie tua fugiam ?

Si ascéndero in cœlum, tu illic es ; \* si descéndero in infernum, ades :

Si sumpsero pennas meas dilúculo, \* & habitávero in extrémis maris ;

Etenim illuc manus tua deducet me, \* & tenébit me dextera tua.

Et dixi : Fórsitan ténebræ conculcábunt me ; \* & nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia ténebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminábitur ; \* sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos : \* suscepisti me de útero matris meæ.

*Ant.* Dómine, probasti me, & cognovisti me.

*Ant.* 6. Confitébor tibi.

*Divisio Psalmi 138.*

**C**onfitébor tibi, [ Dómine, ] quia terribiliter magnificátus es : \* mirabilia ópera tua, & ánima mea cognoscit nimis.

Non est occultátum os meum à te, quod fecisti in occulto ; \* & substántia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt óculi tui ; & in libro tuo omnes scribentur : \* dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus : \* nimis confortátus est principatus eorum.

Dinumerábo eos, & super arenam multiplicabuntur : \* exurrexi, & adhuc sum tecum.

Si occideris, Deus, peccatóres ; \* viri sanguinum, declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione, \* Accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam, \* & super inimicos tuos tabescébam ?

Perfecto ódio óderam illos, \* & inimici facti sunt mihi.

Proba me, Deus, & scito cor meum ; \* intéroga me, & cognosce scimitas meas :

Et vide si via iniquitatis in me est, \* & deduc me in via æterna.

*Ant.* Confitébor tibi, Dómine, quia terribiliter magnificátus es ; ánima mea cognoscit nimis.

Ant. 2. D. Custodi me, Dñe.

PSALMUS 139.

Se ab improbis defendi precatur Christus.

**E**Ripe me, Dómine, ab hómine malo, \* à viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitates in corde, \* totâ die constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut serpentis, \* venenum áspidum sub lábiis eórum.

Custodi me, Dómine, de manu peccatóris, \* & ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos, \* absconderunt superbi láqueum mihi:

Et funes extendérunt in láqueum; \* juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino : Deus meus es tu; \* exaudi, Dómine, vocem deprecationis meæ.

Ant. Custodi me, Dómine, de manu peccatóris.

Ant. 7. c. Dómine, Dñe.

Divisio Psalmi 139.

**D**omine, Dómine, virtus salutis meæ, \* obumbrasti super caput meum in die belli;

Ne tradas me, Dómine, à desidério meo peccatóri; \* cogitavérunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exalitentur.

Caput circúitus eórum; \* labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes : in ignem dejicies eos : \* in misériis non subsistent.

Vir linguósus non dirigétur in terra; \* virum injustum

mala cápient in intéritu;

Cognóvi quia faciet Dóminus judícium inopis, \* & vindictam páuperum.

Verúmtamen justí confitebuntur nómini tuo, \* & habitábunt recti cum vultu tuo.

Ant. Dómine, Dómine, virtus salutis meæ, ne derelinquas me.

Capitulum. Hebr. 12.

**D**Eponentes omne pondus & circumstans nos peccátum, per paciéntiam currámus ad propositum nobis certamen; aspicientes in auctóre fidei & consummatórem Jesum, qui propósito sibi gáudio, sustinuit crucem, confusione contemptá.

Hymnus.

**L**UGETE, pacis Angeli : Mortális en ultrò Deus, Culpæ gerens imáginem, Pœnam nocentúm sustinet.

AMORIS ó miraculum ! O cordis humáni stupor ! Insons Deus neci datur ; Pigébit & fontes pati !

Nos sempiternis crux tua ; O Christe, flammis éruit : Híc ure vindex, híc seca, Parcas in æternum modò.

CARO reclámat ; sed Patris

Urget voluntas : nos tuâ Virtúte da fortes sequi, Jesu, quod exemplo doces.

LIVORE sanátos tuo, Tuóque lotos sanguine, Peccando ne novam sinas Paráre nos tibi crucem.

QUI Filium tradit, Patri, Natóque sit laus víctimæ :

Par sit tibi laus, qui sacram Succendis aram, Spíritus. Am.   
 ¶. Intende in adjutórium

meum, R. Dómine Deus salútis meæ. *Pf. 37.*

*Ad Magnificat. Ant. 1. f.*  
Fecit Dóminus poténtiam in bráchio suo : disperfit superbos mente cordis sui. *Luc. 1.*

## AD COMPLETORIUM.

*Ant. 2. D. Dómine.*

PSALMUS 37.

*Mala vita sustinenda ad veniam peccatorum obtinendam.*

**D**omine, ne in furóre tuo árguas me, \* neque in ira tua corripias me.

Quóniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, \* & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ; \* non est pax ósibus meis à facie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū, \* & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruérunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, \* à facie infipientiæ meæ.

Miser factus sum & curvatus sum usque in finem : \* totâ die contristatus ingrediebar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusionibus, \* & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis : \* rugiebam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desiderium meum, \* & gémitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea : \* & lumen oculórum meórum, & ipsum non est mecum.

*Divisio Psalmi 37.*

**A**Mici mei, & próximi mei \* adversum me appropinquavérunt & steterunt.

Et qui juxta me erant, de longè steterunt, \* & vim faciébant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locúti sunt vanitates, \* & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam, \* & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens, \* & non habens in ore suo redargutiones.

Quóniam in te, Dómine, speravi : \* tu exaudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi : Nequando supergaudeant mihi inimici mei : \* & dum commoventur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagella paratus sum : \* & dolor meus in conspectu meo semper.

Quóniam iniquitatem meam annuntiabo : \* & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me : \* & multiplicati sunt qui odérunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, derahébant mihi : \* quóniam sequébar bonitatem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus : \* ne discesseris à me.

Intende in adiutorium meum, \* Dómine Deus salutis meæ,

## PSALMUS 55.

*Iustus fide erectus, in Deo solatium quarit.*

**M**iserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo: \* totâ die impugnans tribulavit me.

Conculcaverunt me inimici mei totâ die: \* quoniam multi bellantes adversum me.

Ab altitudine diâ timébo: \* ego verò in te sperábo.

In Deo laudábo sermões meos, in Deo sperávi: \* non timébo quid faciât mihi caro.

Totâ die verba mea execrabantur: \* adversum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitábunt & abscondent: \* ipsi calcâneum meum observábunt.

Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo salvos facies illos: \* in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi: \* posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua: \* tunc convertentur inimici mei retrorsum.

In quacumque die invocávero te: \* ecce cognóvi quoniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo sermónem: \* in Deo sperávi, non timébo quid faciât mihi homo.

In me sunt, Deus, vota tua, \* quæ reddam laudationes tibi:

Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu: \* ut placeam

coram Deo in lumine viventium.

*Ant.* Dómine Deus meus, ne discesseris à me. *Pf.* 37.

## SABBATO.

## AD OFFICIUM NOCTURNUM.

*Invit.* Dóminus ipse est Deus noster, \* Venite, adóremus.

*Pf.* 94. Venite. 2.

*Hymnus.*

**T**ANDEM peractis, ó Deus; Sexto diêrum limite, Ponis modum laboribus, Orbique plaudis condito.

AT dum perenni septimam Lucem quieti consecras, En te reposcit denuo Alter creatorem labor.

TE cuncta nempe prædicant;

Te terra, pontus, sidera Cantu celebrant amulo; Peccator unus dissonat.

TU peccus aufer saxeam; Tu carneum peccus crea: Et caritatis uberes

Fructus canent hymnum tibi.

HÆC te juvant præconia, Si facta voci consonent: Sic efficaci flectitur Divina majestas prece.

ÆTERNA laus & gloria Uni sit & trino Deo, Qui cuncta nutu condidit, Nutuque servat condita.

Amen.

## IN I. NOCTURNO.

*Ant.* I. a. Beatus.

## PSALMUS 40.

*Diligentium Christi paupertatem beatitudo.*

**B**eatatus qui intelligit super egenum & pauperem: \* in die mala liberabit eum Dóminus.

Dóminus conservet eum, & vivíficet eum, & beátum faciat eum in terra: \* & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum doloris ejus: \* universum stratum ejus verfasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Dómine, miserere mei; \* sana ánimam meá, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixerunt mala mihi: \* Quando moriétur, & peribit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: \* cor ejus congregávit iniquitatem sibi.

Egrediebátur foras, \* & loquebátur in idipsum.

Adversum me susurrábant omnes inimíci mei: \* adversum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constitúerunt adversum me: \* numquid qui dormit, non adjíciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi, \* qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantationem.

Tu autem, Dómine, miserere mei, & resúscita me; \* retribuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluisti me, \* quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti, \* & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dóminus Deus Israél a século, & usque in séculum: \* fiat, fiat.

## PSALMUS 48.

*Nil contra infernum profunt opes: justitia sola ex eo eripit.*

**A**udite hæc, omnes gentes: \* auribus percípite, omnes qui habitátis orbem.

Quique terrigenæ, & filii hóminum: \* simul in unum dives & pauper.

Os meum loquétur sapiéntiam, \* & meditatio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam: \* apérim in psaltério propositioné meam.

Cur timébo in die mala? \* iniquitas calcáni mei circumdabit me.

Qui confidunt in virtúte sua: \* & in multitudine divitiarum suarum gloriántur.

Frater non redimit, redimet homo: \* non dabit Deo placationem suam.

Et pretium redemptionis animæ suæ: \* & laborábit in æternum, & vivet adhuc in finem.

Non vidébit intéritum, cum viderit sapientes morientes: \* simul insípiens & stultus peribunt.

Et relinquent aliénis divítias suas: \* & sepulcra eorum domus illórum in æternū.

Tabernácula eorum in progénie & progénie: \* vocavérunt nómina sua in terris suis.

Et homo, cum in honóre esset, non intéllexit: \* comparátus est jumentis insípiéntibus, & similis factus est illis.

Hæc via illórum scándalum ípsis: \* & póstea in ore suo complacébunt.

Sicut oves in inferno positi sunt : \* mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum iusti in matutino : \* & auxilium eorum veterascet in inferno à glória eorum.

Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi , \* cum accéperit me.

*Divisio Psalmi 48.*

**N**E timéris cum dives factus fuerit homo , \* & cum multiplicata fuerit glória domus ejus.

Quoniam cum interierit , non sumet omnia : \* neque descendet cum eo glória ejus.

Quia anima ejus in vita ipsius benedicetur : \* confitebitur tibi cum benefeceris ei.

Introibit usque in progenies patrum suorum ; \* & usque in æternum non videbit lumen.

Homo , cum in honore esset , non intellexit ; \* comparatus est jumentis insipientibus , & similis factus est illis.

*Ant.* Beatus qui intelligit super egenum & pauperem , in die mala liberabit eum Dominus.

**IN II. NOCTURNO.**

*Ant.* 5. a. Tu reddes.

**PSALMUS 61.**

*Frustra oppugnatur qui Deo subjectus in ejus tutela manet.*

**N**onne Deo subjecta erit anima mea ? \* ab ipso enim salutare meum.

Nam & ipse Deus meus , & salutaris meus , \* susceptor meus , non movebor amplius.

Quousque irruitis in hominem ? \* interficetis universi

vos , tamquam parieti inclinato , & maceria depulsa ?

Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere , curri in siti : \* ore suo benedicébant , & corde suo maledicébant.

Verumtamen Deo subjecta esto , anima mea , \* quoniam ab ipso patientia mea.

Quia ipse Deus meus , & salvator meus ; \* adjutor meus , non emigrabo.

In Deo salutare meum , & glória mea : \* Deus auxilii mei ; & spes mea in Deo est.

Sperate in eo , omnis congregatio populi , effundite coram illo corda vestra : \* Deus adjutor noster in æternum.

Verumtamen vani filii hominum , mendaces filii hominum in statéris , \* ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate , & rapinas nolite concupiscere : \* divitiæ si affluant , nolite cor apponere.

Semel locutus est Deus , duo hæc audivi ; quia potestas Dei est , & tibi , Domine , misericordia : \* quia tu reddes unicuique juxta opera sua.

**PSALMUS 63.**

*Vana impiorum concilia :*

*Evangelii predicatio.*

**E**Xaudi , Deus , orationem meam cum deprecor : \* à timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me à conventu malignantium , \* à multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuérunt ut gladium linguas suas ; \* intendérunt arcum , rem amarum , ut sagitent in occultis immaculatum ,

\* Súbítò sagittábunt eum, & non timébunt; \* firmavérunt sibi sermónem nequam.

Narravérunt ut abscondérent láqueos; \* dixerunt, Quis vidébit eos.

Scrutáti sunt iniquitátes: \* defecérunt scrutantes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum: \* & exaltábitur Deus.

Sagittæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum: \* & infirmatæ sunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos: \* & tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei, \* & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómino, & sperábit in eo, \* & laudabuntur omnes recti corde.

PSALMUS 74.

*Ad vitandum Dei judicium, humilitas colenda.*

**C**onfitebimur tibi, Deus: \* confitebimur, & invocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabilia tua: \* cum accépero tempus, ego justitias judicábo.

Liquefacta est terra, & omnes qui hábitant in ea: \* ego confirmávi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite iniqué ágere; \* & delinquentibus: Nolite exaltáre cornu.

Nolite extóllere in altum cornu vestrum, \* nolite loqui adversùs Deum iniquitatem.

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis móntibus: \* quóniã Deus judex est:

Hunc humiliat, & hunc exaltat; \* quia calix in manu Dómini vini meri plenus mixto;

Et inclinávit ex hoc, in hoc, verúm tamen fæx ejus non est exinaníta, \* bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in séculum; \* cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confringam; \* & exaltabuntur córnua justí.

*Ant.* Tu reddes, Dómine, unicuique juxta ópera sua. *Pf.* 61.

IN III. NOCTURNO.

*Ant.* 6. Cogitatio.

PSALMUS 75.

*Innumera Christi in Ecclesiam beneficia.*

**N**otus in Judæa Deus: \* in Israël magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus; \* & habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit poténtias arcuum, \* scutum, gládium, & bellum.

Illúminans tu mirábiliter à móntibus æternis: \* turbáti sunt omnes insipientes corde.

Dormiérunt somnú suum; \* & nihil invenérunt omnes viri divitiárum in máribus suis.

Ab increpatióne tua, Deus Jacob, \* dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terríbilis es, & quis resistet tibi? \* ex tunc ira tua.

De cælo auditum fecisti judicium: \* terra trémuit, & quíevit,

Cum exúrgeret in judicium Deus, \* ut salvos faceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam cogitatio hóminis confitébitur tibi; \* & reliquæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, & réddite Dómino Deo vestro, \* omnes qui in circúitu ejus affertis múnera,

Terribili, & ei qui aufert spíritum princípum; \* terribili apud reges terræ.

PSALMUS 82.

*Adversus Ecclesiam bella :  
pœna persequentium.*

**D**Eus, quis similis erit tibi? \* ne taceas, neque compescaris, Deus;

Quóniam ecce inimici tui sonuerunt; \* & qui odérunt te, extulerunt caput.

Super pópulum tuum malignaverunt consílium, \* & cogitaverunt adversus sanctos tuos.

Dixerunt: Veníte, & disperdamus eos de gente, \* & non memorétur nomen Israël ultrà:

Quóniam cogitaverunt unanimiter, \* simul adversum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Imahelitæ:

Moab, & Agaréni, Gebal, & Ammon, & Amalec; \* alienígenæ cum habitantibus Tyrum:

Etenim Assur venit cum illis; \* facti sunt in adiutorium filiis Loth.

Fac illis sicut Mádian, & Sísaræ; \* sicut Jabin in torrente Cisson.

Disperierunt in Endor; \* facti sunt ut stercus terræ.

Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb, \* & Zébee, & Sálmana;

Omnes principes eorum, \* qui dixerunt: Hæreditate possideamus sanctuárium Dei.

*Divisio Psalmi 82.*

**D**Eus meus, pone illos ut rotam, \* & sicut stipulam ante faciém venti.

Sicut ignis qui combúrit sylvam, \* & sicut flamma combúrens montes:

Ita persequéris illos in tempestáte tua, \* & in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia, \* & quærent nomen tuum, Dómine.

Erubescant & conturbentur in séculum séculi; \* & confundantur, & péreant:

Et cognoscant quia nomen tibi, Dóminus: \* tu solus Altíssimus in omni terra.

*Antiph. Cogitatio hóminis confitébitur tibi, Dómine. Ps. 75.*

*Ps. Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; R. Et sancti tui benedicant tibi. Ps. 144.*

Pater noster.

A D L A U D E S.

*Ant. 4. a. Perfice.*

PSALMUS 16.

*Oratio Ecclesia ab hostibus exagitata.*

**E**Xaudi, Dómine, justitiam meam: \* intende deprecationem meam.

Auribus percípe orationem meam, \* non in lábiis dolosis.

De vultu tuo iudicium meum pródeat: \* óculi tui vídeant æquitates.

Probasti cor meum, & visitasti nocte: \* igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas.

Ut non loquatur os meum  
opera hominum : \* propter  
verba labiorum tuorum ego  
custodivi vias duras.

Percipe gressus meos in sé-  
mitis tuis : \* ut non movean-  
tur vestigia mea.

Ego clamavi , quoniam  
exaudisti me , Deus : \* incli-  
na aurem tuam mihi , & exau-  
di verba mea.

Mirifica misericordias tuas \*  
qui salvos facis sperantes in  
te.

A resistentibus dexteræ tuæ  
custodi me , \* ut pupillam  
oculi.

Sub umbra alarum tuarum  
protege me : \* a facie impio-  
rum qui me affligerunt.

*Ant.* Percipe gressus meos in  
sémitis tuis , Domine , ut non  
moveantur vestigia mea.

*Ant.* 7. d. In iustitia.

*Divisio Psalmi 16.*

**I**nimici mei animam meam  
circumdedérunt , adipem  
suum conclusérunt : \* os eó-  
rum locutum est superbiam.

Projicientes me nunc cir-  
cumdedérunt me : \* oculos  
suos statuerunt declinare in  
terram.

Susceperunt me sicut leo  
paratus ad prædam , \* & sicut  
catulus leónis habitans in ab-  
ditis.

Exurge , Domine , præveni  
eum , & supplantá eum ; \*  
eripe animam meam ab im-  
pio , frámeam tuam ab ini-  
micis manûs tuæ.

Domine , à paucis de terra  
divide eos in vita eorum : \*  
de absconditis tuis adimplé-  
tus est venter eorum.

Saturati sunt filii : \* & di-

miserunt reliquias suas pá-  
vulis suis.

Ego autem in iustitia appi-  
rébo conspéctui tuo : \* sati-  
abor cum apparuerit glória  
tua.

*Ant.* In iustitia appareto  
conspéctui tuo : satiabor cum  
apparuerit glória tua.

*Ant.* 1. f. Paratum.

PSALMUS 56.

*Contra inimicos opem implora-  
Christus , postea Dei lau-  
des celebraturus.*

**M**iserere mei , Deus , mi-  
serere mei : \* quoniam  
in te confidit anima mea.

Et in umbra alarum tuarum  
sperabo : \* donec transeat  
iniquitas.

Clamabo ad Deum altissi-  
mum , \* Deum qui benefecit  
mihi.

Misit de cælo , & liberavit  
me : \* dedit in opprobrium  
conculcantes me.

Misit Deus misericordiam  
suam & veritatem suam : \*  
& eripuit animam meam de  
medio catulorum leonum ,  
dormivi conturbatus.

Filii hominum , dentes eó-  
rum arma & sagittæ : \* & lin-  
gua eorum gladius acutus.

Exaltare super cælos , Deus \*  
& in omnem terram glória  
tua.

Laqueum paraverunt pedi-  
bus meis : \* & incurvaverunt  
animam meam.

Foderunt ante faciem meam  
foveam ; \* & inciderunt in  
eam.

Paratum cor meum , Deus ,  
paratum cor meum : \* cantá-  
bo & psalmum dicam.

Exurge , glória mea , exur-

ge, psalterium & cithara : \*  
exurgam diluculo.

Confitebor tibi in pópulis,  
Dómine, \* & psalmum dicam  
tibi in géntibus :

Quóniam magnificáta est  
isque ad cælos misericórdia  
tua : \* & usque ad nubes vé-  
ritas tua.

Exaltáre super cælos, Deus : \*  
& super omnem terram glória  
tua.

*Ant.* Parátum cor meum,  
Deus, parátum cor meum :  
cantábo, & psalmum di-  
cam.

*Ant.* 5. a. Date magnificén-  
tiam.

*In Feriis, Canticum Moysi.*  
Deut. 32.

**A** Udíte, cæli, quæ lo-  
quor : \* áudiat terra ver-  
ba oris mei.

Concreseat ut plúvia do-  
ctrína mea : \* fluat ut ros eló-  
quium meum.

Quasi imber super herbam, \*  
& quasi stilla super grámina.

Quia nomen Dómini invo-  
cábo : \* date magnificéntiam  
Deo nostro.

Dei perfecta sunt ópera, &  
omnes viæ ejus judícia : \*  
Deus fidélis, & absque ulla  
iniquitáte, justus & rectus.

Peccavérunt ei, & non filii  
ejus in sórdibus ; \* generatio  
práva atque perversa.

Hæcine reddis Dómino, \*  
pópule stulte & insípiens ?

Numquid non ipse est pater  
tuus, \* qui possédit te, & fe-  
cit, & creávit te ?

Memento diérum antiquó-  
rum : \* cógita generatiónes  
singulas.

Interroga patrem tuum, &

annuntiábit tibi : \* majóres  
tuos, & dicent tibi.

Quando dividébat Altíssi-  
mus gentes, \* quando sepa-  
rábat filios Adam,

Constituit téminos popu-  
lórum \* juxta númerum filio-  
rum Israël.

Pars autem Dómini popu-  
lus ejus : \* Jacob funiculus  
hæreditátis ejus.

Invenit eum in terra deser-  
ta, \* in loco horróris, & vastæ  
solitúdinis.

Circumduxit eum, & dó-  
cuit, \* & custodivit quasi pu-  
pillam óculi sui.

Sicut áquila próvocans ad  
volandum pullos suos, \* &  
super eos volitans,

Expandit alas suas, & as-  
sumpsit eum, \* atque portá-  
vit in húmeris suis.

Dóminus solus dux ejus  
fuit ; \* & non erat eum eo deus  
aliénus :

Constituit eum super excel-  
sam terram, \* ut coméderet  
fructus agrórum,

Ut sugeret mel de petra, \*  
oleumque de saxo duríssimo ;

Bútyrum de armento, & lac  
de óvibus, \* cum ádipe agnó-  
rum & arietum filiórum Basan,

Et hircos cum medulla tri-  
tici ; \* & sanguinem uvæ bi-  
beret meracíssimum.

Incrassátus est dilectus, &  
recalcitrávit ; \* incrassátus,  
impinguátus, dilatátus.

Dereliquit Deum factórem  
suum, \* & recessit à Deo sa-  
lutári suo.

Provocavérunt eum in diis  
aliénis ; \* & in abominatióni-  
bus ad iracúndiam concitavé-  
runt.

Immolaverunt dæmoniis ,  
& non Deo ; \* diis quos igno-  
rabant.

Novi recentefque vené-  
runt , \* quos non coluerunt  
patres eorum.

Deum qui te genuit dereli-  
quisti , \* & oblitus es Dómini  
creatoris tui.

Vidit Dóminus , & ad ira-  
cúndiam concitatus est ; \*  
quia provocaverunt eum filii  
sui , & filia.

Et ait : Abscondam faciém  
meam ab eis , \* & considerabo  
novissima eorum ;

Generatio enim perversa  
est , \* & infidéles filii.

Ipsi me provocaverunt in  
eo qui non erat Deus , \* & ir-  
ritaverunt in vanitatibus suis ;

Et ego provocabo eos in eo  
qui non est pópulus , \* & in  
gente stultâ irritabo illos.

Ignis succensus est in fu-  
rore meo , \* & ardébit usque  
ad inferni novissima ;

Devorabitque terram cum  
gérmine suo , \* & móntium  
fundamenta combúret.

Congregabo super eos ma-  
lá ; \* & sagittas meas com-  
plébo in eis.

Consumentur fame , \* &  
devorabunt eos aves morsu  
amarissimo.

Dentes bestiárum immittá  
in eos , \* cum furóre trahén-  
tium super terram , atque ser-  
péntium.

Foris vastábit eos gladius ,  
& intus pavor , \* júvenem si-  
mul ac virginem , lactentem  
cum hómine sene.

Dixi : Ubinam sunt ? \* ces-  
sare faciam ex hominibus me-  
móriam eorum.

Sed propter iram inimicó-  
rum distuli , \* ne forté super-  
bírent hostes eorum ;

Et dicerent : Manus nostra  
excelsa , & non Dóminus , \*  
fecit hæc ómnia.

Gens absque consílio est , &  
sine prudéntia ; \* útinam sa-  
perent , & intelligerent , ac  
novissima providerent !

Quómodo persequátur unus  
mille , \* & duo fugent decem  
millia ?

Nonne ídeo quia Deus suus  
vendidit eos , \* & Dóminus  
conclúsit illos ?

Non enim est Deus noster  
ut dii eorum ; \* & inimíci no-  
stri sunt júdices.

De vinea Sodomorum , ví-  
nea eorum , \* & de suburbá-  
nis Gomorrhæ.

Uva eorum , uva fellis ; \*  
& botri amarissimi.

Fel draconum vinum eó-  
rum , \* & venenum áspidum  
insanabile.

Nonne hæc cón dita sunt  
apud me , \* & signata in the-  
sauris meis ?

Mea est ultio ; & ego retrí-  
buam in témpore , \* ut labá-  
tur pes eorum.

Juxta est dies perditiónis , \*  
& adesse festinant témpora.

Judicabit Dóminus pópu-  
lum suum , \* & in servis suis  
miserébitur.

Vidébit quòd infirmata sit  
manus , \* & clausi quoque  
defecerunt , residuíque con-  
sumpti sunt.

Et dicet : Ubi sunt dii eó-  
rum , \* in quibus habebant  
fidúciam ;

De quorum víctimis co-  
medébant ádipes , \* & bibé-

bant vinum libáminum ?

Surgant, & opitulentur vobis, \* & in necessitate vos protégant.

Videte quod ego sim solus, \* & non sit alius Deus præter me.

Ego occidam, & ego vivere faciam; percútiám, & ego sanábo: \* & non est qui de manu mea possit erúere.

Levábo ad cælum manum meam, & dicam: \* Vivo ego in æternum.

Si acúero ut fulgur gládium meum, \* & arripúerit iudicium manus mea,

Reddam ultiónem hóstibus meis; \* & his qui odérunt me, retribuam:

Inebriábo sagittas meas sanguine, \* & gládus meus devorábit carnes,

De cruóre occisórum, \* & de captivitate, nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte, gentes, pópulum ejus; \* quia sanguinem servórum suórum ulciscétur:

Et vindictam retribuét in hostes eórum, \* & propítius erit terræ pópuli sui.

*Ant.* Date magnificéntiam Deo nostro: Dei perfectá sunt ópera.

[*In Festis, Cantic. Judith. 16.*  
Incípíte Dómino in tympanis: \* cantáte Dómino in cymbalis.

Modulámini illi psalmum novum: \* exaltáte, & invocáte nomen ejus.

Dóminus cónterens bella: \* Dóminus nomen est illi.

Qui pósuit castra sua in médio pópuli sui, \* ut eríperet

nos de manu ómnium inimicórum nostrórum.

Venit Assur ex móntibus ab Aquilóne \* in multitudine fortitúdinis suæ:

Cujus multitúdo obturávit torrentes, \* & equi eórum cooperuérunt valles.

Dixit se incensúrum fines meos, \* & júvenes meos occisúrum gládio,

Infantes meos dare in prædam, \* & vírgines in captivitatem.

Dóminus autem omnipotens nócuit eum, & trádidit eum in manus féminæ, \* & confódit eum.]

*Ant. 4. D.* Laudáte Dóminum.

PSALMUS 116.

*Deus à gentibus collaudandus ob Christum exhibitum.*

Laudáte Dóminum, omnes gentes: \* laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: \* & veritas Dómini manet in æternum.

*Ant.* Laudáte Dóminum; omnes pópuli: quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus.

*Capitulum. Coloss. 1.*

NON cessámus pro vobis orantes, & postulantes ut impleámini agnitione voluntatis Dei, in omni sapiéntia & intellectu spiritali; ut ambulétis dignè Deo, per omnia placentes, in omni ópere bono fructificantes, & crescentes in sciéntia Dei, in omni virtúte confortáti secundum poténtiam claritatis ejus.

## Hymnus.

**R**ERUM Creator omnium,  
Nostros labores adjuva;  
Ut casta Christi nomine  
Nos vita dignos arguar.

Tu nempè sanctus & po-  
tens,  
Placere das solus tibi:  
Tu legis auctor das sequi  
Quod lege præmonstras iter.

CINGUNT iter pericula,  
Tu lubricos firma pedes;  
Et certiore fervidi  
Pergemus ad metam gradu.

O meta felix, pax ubi  
Et vera nos manet quies;  
Ubi voluptatis sacro  
Torrente potabis tuos!

TE mens, ô alma Trinitas,  
Anhelat ardens, te fitit:  
Tuâ redemptis gratiâ  
Æterna redde præmia.

Amen.

ψ. Deduc me, Dómine, &  
ingrediar in veritate tua:  
R. Latetur cor meum, ut  
timeat nomen tuum. *Pf. 85.*

Ad Benedictus, *Ant. 8. G.*  
Dirige pedes nostros in viam  
pacis, Deus Israël. *Luc. 1.*

A D P R I M A M.

*Ant. 7. d. Notam.*

PSALMUS 87.

*Christus ab inimicis vexatus,  
ab amicis delectus, opem  
Dei implorat.*

**D**omine Deus salutis  
meæ, \* in die clamavi  
& nocte coram te.

Intret in conspectu tuo ora-  
tio mea; \* inclina aurem  
tuam ad preces meam:

Quia repleta est malis ani-  
ma mea; \* & vita mea infer-  
no appropinquavit.

Æstimatus sum cum def-  
cendentibus in lacum; \* fa-

ctus sum sicut homo sine adju-  
torio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes  
in sepulcris, quorum non es  
memor amplius, \* & ipsi de  
manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu infe-  
riori, \* in tenebris, & in  
umbra mortis.

Super me confirmatus est  
furore tuus; \* & omnes fluctus  
tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à  
me; \* posuerunt me abomi-  
nationem sibi.

Traditus sum, & non egre-  
diébar; \* oculi mei langué-  
runt præ inopia.

Clamavi ad te, Dómine,  
totâ die; \* expandi ad te ma-  
nus meas.

Numquid mortuis facies  
mirabilia; \* aut medici sus-  
citabunt, & confitebuntur ti-  
bi?

Numquid narrabit aliquis  
in sepulcro misericordiam  
tuam, \* & veritatem tuam in  
perditione?

Numquid cognoscentur in  
tenebris mirabilia tua, \* &  
iustitia tua in terra oblivio-  
nis?

Et ego ad te, Dómine, cla-  
mavi; \* & manè oratio mea  
præveniet te.

Ut quid, Dómine, repellis  
orationem meam? \* avertis  
faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in la-  
boribus à juventute mea; \*  
exaltatus autem, humiliatus  
sum & conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ, \*  
& terrores tui conturbaverunt  
me;

Circumdedérunt me sicut

aqua totâ die, \* circumdedérunt me simul.

Elongasti à me amicum & proximum, \* & notos meos à miséria.

PSALMUS 142.

*Oratio pœnitentis, Dei opem deprecantis.*

**D**omine, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua; \* exaudi me in tua iustitia:

Et non intres in iudicium cum servo tuo; \* quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam, \* humiliavit in terram vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi, \* & anxius est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis; \* in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: \* anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me, Domine; \* defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me; \* & similis ero descendentibus in lacum.

Audiam fac mihi manè misericordiam tuam, \* quia in te speravi.

Notam fac mihi viam in qua ambulem, \* quia ad te levavi animam meam.

*Divisio Psalmi 142.*

**E**Ripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi; \*

doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: \* propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in aequitate tua.

Educes de tribulatione animam meam; \* & in misericordia tua disperdes inimicos meos:

Et perdes omnes qui tribulant animam meam, \* quoniam ego servus tuus sum.

*Ant.* Notam fac mihi viam in qua ambulem; quia ad te levavi animam meam, Domine. *Pf.* 142.

A D T E R T I A M.

*Ant.* 6. Afferte Domino.

PSALMUS 28.

*Gentium conversio verbi Dei efficaciam.*

**A**fferte Domino, filii Dei, \* afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: \* adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: \* Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute: \* vox Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros: \* & confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tamquam vitulum Libani, \* & dilectus quemadmodum filius unicornium.

Vox Domini intercidentis flammam ignis, vox Domini concutientis

concutientis desertum : \* & commovébit Dóminus desertum Cades.

Vox Dómini præparantis cervos, & revelábit condensa; \* & in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitare facit, \* & sedébit Dóminus rex in æternum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit : \* Dóminus benedícat pópulo suo in pace.

PSALMUS 44.

*Carmen nuptiale : Christi & Ecclesie dotes.*

**E**RUCTÁVIT cor meum verbum bonum : \* dico ego opera mea regi.

Lingua mea cálamus scribæ \* velócitè scribentis.

Speciósus formâ præ filiis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis : \* proptérea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gládio tuo super femur tuum, \* Potentissime.

Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ, \* intende, prospère procéde, & regna.

Propter veritatem & mansuetúdinem, & justitiam; \* & dedúcet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent, \* in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in séculum séculi : \* virga directiónis, virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem : \* proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáfia à vestimentis tuis, à dómi-

MIR. Pars Æstiva.

bus eburneis, \* ex quibus delectavérunt te filia regum in honóre tuo.

Astitit regína à dextris tuis in vestitu deauráto, \* circumdata varietáte.

Audi, filia, & vide, & inclína aurem tuam, \* & obliviscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Et concúpscet rex decórem tuum, \* quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et filia Tyri in munéribus : \* vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filia regis ab intus, \* in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.

Adducentur regi vírgines post eam : \* proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione, \* adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : \* constitues eos principes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui \* in omni generatióne & generatióne.

Proptérea pópuli confitebuntur tibi in æternum, \* & in séculum séculi.

PSALMUS 149.

*Christus celebrandus, qui suis in gentes ultricem potestatem sit daturus.*

**C**ANTÁTE Dómino canticum novum : \* laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israël in eo qui fecit eum, \* & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in

choro, \* in tympano & psalterio psallant ei ;

Quia beneplacitum est Domino in populo suo ; \* & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria : \* latrabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum, \* & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus, \* increpationes in populis :

Ad alligandos reges eorum in compedibus, \* & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum : \* gloria hæc est omnibus sanctis eius.

*Ant.* Afferte Domino gloriam & honorem. *Pf.* 28.

*Capitulum.* Coloss. 3.

**O**Mne quodcumque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi; gratias agentes Deo & Patri per ipsum.

*R.* *br.* Benedicam Dominum \* In omni tempore. Benedicam. *Ps.* Semper laus ejus in ore meo, \* In omni tempore. Gloria. Benedicam. *Pf.* 33.

*Ps.* Laudabo Dominum in vita mea : *R.* Psallam Deo meo quamdiu fuero. *Pf.* 145.

A D S E X T A M.

*Ant.* I. a. Adjutor.

P S A L M U S 45.

*Ecclesia Dei presidio inconcussa.*

**D**eus noster refugium & virtus ; \* adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra, \* &

transferentur montes in cornibus maris.

Sonuérunt & turbatae sunt aquae eorum, \* conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificavit civitatem Dei : \* sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur ; \* adjuvabit eam Deus manes diluculo.

Conturbatae sunt gentes, & inclinatae sunt regna : \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dñs virtutum nobiscum : \* susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram ; \* auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma, \* & scuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus : \* exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum : \* susceptor noster Deus Jacob.

P S A L M U S 47.

*Ex Jerusalem in omnes terras delapsa salus.*

**M**agnus Dominus, & laudabilis nimis, \* in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion, \* latera Aquilonis, civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur, \* cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt : \* conveniunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati

sunt, conturbati sunt, commoti sunt: \* tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis: \* in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: \* Deus fundavit eam in aeternum.

Suscipimus, Deus, misericordiam tuam \* in medio templi tui.

Secundum nomen tuum, Deus, sic & laus tua in fines terrae: \* justitia plena est dextera tua.

Letetur mons Sion, & exultent filiae Judae \* propter iudicia tua, Domine.

Circumdante Sion, & complectimini eam: \* narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus: \* & distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in aeternum, & in seculum seculi; \* ipse reget nos in secula.

PSALMUS 86.

*Laus Ecclesia; Fidelium infinitus numerus.*

**F**undamenta ejus in montibus sanctis: \* diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, \* civitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylonis, \* scientium me.

Ecce alienigenae & Tyrus, & populus Aethiopum; \* hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea, \*

& ipse fundavit eam Altissimus?

Domini narrabit in scripturis populorum & principum; \* horum qui fuerunt in ea.

Sicut latantium omnium \* habitatio est in te.

*Ant.* Adjutor noster Deus; propterea non timebimus. *Psf.* 45.

*Capitulum.* 2. Petr. 1.

**S**crutemur ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis; haec enim facientes, non peccabitis aliquando.

*R.* *br.* Quærite Dominum, \* Et confirmamini. Quærite. *Ps.* Quærite \* faciem ejus semper, \* Et confirmamini. Gloria. Quærite Dñm. *Psf.* 104.

*Ps.* Accedite ad eum, & illuminamini; *R.* Et facies vestrae non confundentur. *Psf.* 33.

A D N O N A M.

*Ant.* 8. c. Pauper.

PSALMUS 59.

*Flebilis oratio Synagoga.*

**D**eus, repulisti nos, & destruxisti nos: \* iratus es, & misertus es nobis.

Commovisti terram, & conturbasti eam: \* sana contritiones ejus, quia commota est.

Ostendisti populo tuo dura: \* potasti nos vino compunctionis.

Dedisti metuentibus te significationem, \* ut fugiant a facie arcus;

Ut liberentur dilecti tui: \* salvum fac dexteram tuam, & exaudi me.

Deus locutus est in sancto suo: \* Latabor, & partabor Sichimam, & convallem tabernaculorum metabor.

Meus est Gálaad, & meus est Manasses: \* & Ephraim fortitúdo cápitis mei.

Juda rex meus, \* Moab olla spei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: \* mihi alienigenæ subditi sunt.

Quis dedúcet me in civitatem munitam? \* quis dedúcet me usque in Idumæam?

Nonne tu, Deus, qui repulisti nos? \* & non egrediéris, Deus, in virtútibus nostris?

Da nobis auxiliium de tribulatione; \* quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem: \* & ipse ad nihilum dedúcet tribulantes nos.

PSALMUS 73.

*De populi, templique calamitate, questus.*

**U**T quid, Deus, repulisti in finem, \* irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ?

Memor esto congregatiónis tuæ, \* quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hæreditátis tuæ: \* mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbias eórum in finem: \* quanta malignátus est inimicus in sancto?

Et gloriáti sunt qui odérunt te, \* in médio solemnitátis tuæ.

Posuérunt signa sua, signa; \* & non cognovérunt, sicut in éxitu super summum.

Quasi in sylva lignórum securibus excidérunt jánuas ejus in idipsum, \* in securi & áscia dejecerunt eam.

Incendérunt igni sanctuárium tuum, \* in terra polluerunt tabernáculum nómínis tui.

Dixerunt in corde suo cognátio eórum simul: \* Quiescere faciámus omnes dies festos Dei à terra,

Signa nostra non vídimus, jam non est prophéta; \* & nos non cognosceret amplius.

*Diviso Psalms 73.*

**U**Squequò, Deus, improperábit inimicus? \* irírat adversárius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam & dexteram tuam \* de médio sinu tuo in finem?

Deus autem, rex noster ante sécula, \* operátus est salutem in médio terræ.

Tu confirmasti in virtúte tua mare, \* contribulasti cápita draconum in aquis.

Tu confregisti cápita draconis, \* dedisti eum escam pópulis Æthiopum.

Tu dirupisti fontes & torrentes, \* tu siccasti flúvios Ethan.

Tuus est dies, & tua est nox: \* tu fabricátus es auroram & solem.

Tu fecisti omnes términos terræ: \* æstátem & ver, tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, inimicus improperávit Dómino, \* & pópulus insípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confitentes tibi; \* & ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Réspice in testamentum tuum; \* quia repléti sunt,

qui obscurati sunt terræ, dómibus iniquitatum.

Ne avertatur húmilis factus confusus : \* pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exurge, Deus, júdica causam tuam ; \* memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt totâ die.

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum ; \* supérbia eorum qui te odérunt, ascendit semper.

*Ant.* Pauper & inops laudábunt nomen tuum, Dómine. *Pf.* 73.

*Capitulum.* Philip. 4.

**Q**uæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitâte.

*Rz. br.* Mandasti justitiam \* Testimonia tua. Mandasti. *ÿ.* Et veritatem tuam nimis. \* Testimonia tua. Glória Patri. Mandasti.

*ÿ.* Feci iudicium & justitiam : *Rz.* Non tradas me calumniántibus me. *Pf.* 118.

A D V E S P E R A S.

*Ant.* 4. D. Beati omnes.

P S A L M U S 127.

*Futura, presentisque vita beatitudo timore Dei comparatur.*

**B**eatí omnes qui timent Dóminum, \* qui ambulánt in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis ; \* beátus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans, \* in latéribus domús tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivárum, \* in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, \* qui timet Dóminum.

Benedicat tibi Dóminus ex Sion ; \* & videas bona Jerúsalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, \* pacem super Israël.

*Ant.* Beati omnes qui timent Dóminum, qui ambulánt in viis ejus.

*Ant.* 1. a. Surge, Dómine.

P S A L M U S 131.

*Oratio Ecclesiæ, Christum Davidi promissum exposcentis.*

**M**emento, Dómine, David, \* & omnis mansuetudinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, \* vótum vovit Deo Jacob :

Si introiero in tabernaculum domús meæ, \* si ascendero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis meis, \* & pálpebris meis dormitacionem,

Et réquiem temporibus meis, donec invéniam locum Dómino, \* tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : \* invénimus eam in campis sylvæ.

Introíbimus in tabernaculum ejus : \* adorábimus in loco ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam, \* tu & arca sanctificacionis tuæ.

Sacerdótes tui induantur justitiam, \* & sancti tui exulrent.

Propter David servú tuum, \* non avertas faciém christi tui.

*Ant.* Surge, Dómine, in réquiem tuam ; & sancti tui exulrent.

*Ant.* 7. ç. Sion réquies mea.

*Divisio Psalmi 131.*

**J**urávit Dóminus David veritaté & non frustrábitur eum: \* De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum, \* & testimónia mea hæc quæ docébo eos:

Et filii eórum usque in séculum, \* sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion, \* elégit eam in habitatióne sibi.

Hæc réquies mea in séculum séculi; \* híc habitábo, quóniam elégi eam.

Viduam ejus benedicens benedicám: \* páuperes ejus saturábo panibus.

Sacerdótes ejus induam salutári: \* & sancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc producám cornu David: \* parávi lucernam christo meo.

Inimicos ejus induam confusióne: \* super ipsum autem efflorébit sanctificátió mea.

*Ant.* Sion réquies mea in séculum séculi: sancti ejus exultatióne exultábunt.

*Ant.* 5. a. Deus meus.

PSALMUS 143.

*Victoria ab hostibus, Dei donum est.*

**B**enedictus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, \* & dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, & refúgium meum; \* susceptor meus, & liberátor meus.

Protector meus, & in ipso

sperávi; \* qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quia innocuisti ei; \* aut fílius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitati similis factus est; \* dies ejus sicut umbra prætereunt.

Dómine, inclina cælos tuos, & descende; \* range montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruscationem, & dissipabis eos; \* emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto; éripe me, & libera me de aquis multis; \* de manu filiórum alienórum,

Quorum os locutum est vanitatem, \* & dextera eórum dextera iniquitatis.

*Ant.* Deus meus, misericórdia mea, & susceptor meus.

*Ant.* 6. Beátus.

*Divisio Psalmi 143.*

**D**eus, canticum novum cantábo tibi: \* in psalterio decachordo psallam tibi:

Qui das salutem régibus; \* qui redemisti David servum tuum de gládio maligno, éripe me.

Et érué me de manu filiórum alienórum, quorum os locutum est vanitaté; \* & dextera eórum, dextera iniquitatis.

Quorum filii sicut novellæ plantatiónes, \* in juventute sua.

Filiæ eórum compósitæ, \* circumornatæ ut similitudo templi.

Promptuária eórum plena, \* eructántia ex hoc in illud:

Oves eorum foetolæ, abundantes in egressibus suis; \* boves eorum crassæ.

Non est ruina maceræ, neque transitus, \* neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: \* beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.

*Ant.* Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.

*Capitulum.* Tit. 2.

**S**alvator noster Jesus Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

*Hymnus.*

**S**UPREME motor cordium,  
Tu sanctiatis frugibus  
Justos ab orbe condito  
Tenore diras perpeti.

Hic spes, fides & caritas  
Dulci coherent vinculo:  
Præsentis ævi post diem  
Manebit æva caritas.

O Caritas! ô veritas!  
O lux perennis! en erit,  
Post tot labores ut tuo  
Tandem fruamur Sabbato.

Hic mille per discrimina  
Semen gementes spargimus:  
Illic ovante splendidam  
Gestabimus messem manu.

Tu trine, tu potens Deus,  
Fructus adauge quos peris:  
Mox dona, justus arbiter,  
Cælo coronabis tua.

Amen.

¶ Beneplacitum est Domino in populo suo; R2. Et exaltabit mansuetos in salutem.  
Ps. 149.

*Ad Magnificat. Antiph. & Oratio, ut in Proprio.*

MIR. Pars Æthiæ.

AD COMPLETORIUM.

*Ant.* 8. G. Misere mei.

PSALMUS 50.

*Pœnitentis animi, humiles acerbique sensus.*

**M**isere mei, Deus, \* secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea, \* & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, \* & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci; \* ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, \* & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti; \* incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor; \* lavabis me, & super nivem dealbabor.

Audiu meo dabis gaudium & lætitiam, \* & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis, \* & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, \* & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tua, \* & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiā salutaris tui, \* & spiritu principali confirma me.

Docēbo iniquos vias tuas, \* & impii ad te convertentur.

\* I iv

Libera me de sanguinibus,  
Deus, Deus salutis meae: \* &  
exultabit lingua mea iustitiam  
tuam.

Dómine, lábia mea apé-  
ries, \* & os meum annun-  
tiábit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sa-  
crificium dedissem útique; \*  
holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spíritus  
contribulatus: \* cor contritum  
& humiliatum, Deus, non  
despicias.

Benignè fac, Dómine, in  
bona voluntate tua Sion, \* ut  
ædificentur muri Jerúsalem.

Tunc acceptabis sacrificium  
iustitiæ, oblatiões & holo-  
causta: \* tunc impónent super  
altáre tuum vitulos.

PSALMUS 85.

*Oratio Christi pro fide gentium.*

**I**nclína, Dómine, aurem  
tuam, & exaudi me; \*  
quóniam inops & pauper sum  
ego.

Custódi ánimam meam,  
quóniam sanctus sum: \* sal-  
vum fac servum tuum, Deus  
meus, sperantem in te.

Miserére meí, Dómine,  
quóniam ad te clamávi totá  
die: \* lætífica ánimam servi  
tui, quóniam ad te, Dómine,  
ánimam meam levávi;

Quóniam tu, Dómine,  
suávis & mitis, \* & multæ  
misericórdiæ omnibus invo-  
cántibus te.

Auribus pèrcipe, Dómine,  
orationem meam, \* & in-  
tende voci deprecationis  
meæ.

In die tribulatiões meæ  
clamávi ad te, \* quia exau-  
disti me.

Non est similis tuí in díis,  
Dómine, \* & non est secun-  
dum ópera tua.

Omnes gentes, quascum-  
que fecisti, vénient & adorá-  
bunt coram te, Dómine; \* &  
glorificábunt nomen tuum;

Quóniam magnus es tu,  
& faciens mirabilia; \* tu es  
Deus solus.

*Divisio Psalmi 85.*

**D**Educ me, Dómine, in via  
tua, & ingrédiar in veri-  
tate tua: \* lætéetur cor meum,  
ut timeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine  
Deus meus, in toto corde  
meo, \* & glorificábo nomen  
tuum in æternum:

Quia misericórdia tua ma-  
gna est super me, \* & eruisti  
ánimam meam ex inferno in-  
ferióri.

Deus, iníqui insurrexerunt  
super me, & synagóga po-  
téntium quæsiérunt ánimam  
meam; \* & non proposuerunt  
te in conspectu suo.

Et tu, Dómine, Deus mi-  
serátor & misericors; \* pá-  
tiens, & multæ misericórdiæ,  
& verax.

Réspice in me, & miserére  
meí; \* da impérium tuum  
púero tuo, & salvum fac fi-  
lium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bo-  
num, ut videant qui odérunt  
me, & confundantur; \* quó-  
niam tu, Dómine, adjuvisti  
me, & consolárus es me.

*Ant. Miserére meí, Dómine,  
quóniam ad te clamávi totá  
die. Pf. 85.*

*Hymnus, Capitulum, &c.  
habentur infra post Suffragia  
ad Vesperas.*

# IN FERIIS PER ANNUM.

AD LAUDES.

*In Feriis quibus jejunatur, dicuntur flexis genibus Preces sequentes.*

**K**yrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster, *secreto.*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentationem; R. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Ego dixi, Dómine, miserere mei: R. Sana animam meam, quia peccávi tibi. *Pf. 40.*

Ÿ. Convertere, Dómine, úsquequò? R. Et deprecabilis esto super servos tuos. *Pf. 89.*

Ÿ. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos; R. Quemádmódu[m] sperávimus in te. *Pf. 32.*

Ÿ. Sacerdótes tui induantur iustitiam; R. Et sancti tui exultent. *Pf. 131.*

Ÿ. Orémus pro Pastóre nostro N. R. Dóminus conserve[m] eum, & vivíficet eum. *Pf. 40.*

Ÿ. Memor esto congregatiónis tuæ, R. Quam possedisti ab initio. *Pf. 73.*

Ÿ. Dómine, saluum fac regem nostrum N. R. Et exaudi nos in die quâ invocáverimus te. *Pf. 19.*

Ÿ. Saluum fac pópulum tuum, Dómine, & benedic hereditáti tuæ; R. Et rege eos, & extolle illos usque in æternum. *Pf. 27.*

Ÿ. Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem: R. Fiat pax

MIR. Pars Æstiva.

in virtúte tua, & abundantia in túrribus tuis. *Pf. 121.*

Ÿ. Orémus pro frátribus nostris abséntibus. R. Benefac, Dómine, bonis & rectis corde. *Pf. 124.*

Ÿ. Pro infirmis, afflictis & captivis. R. Libera, Deus, Israél ex ómnibus tribulationibus suis. *Pf. 24.*

Ÿ. Pro cunctis fidélibus defunctis. R. Educát eos Dóminus in lucem, & vídeant iustitiam ejus. *Mich. 7. 9.*

*Deinde dicitur Psalmus De profundis, qui habetur supra in Vesperis Feria quarta, Sr. & in fine, Glória Patri.*

[*In Vesperis, ejus loco dicitur Pf. Miserere, 135. cum Glória Patri.*]

*Finito Psalmo, dicitur:*

Ÿ. Dómine Deus virtutum, converte nos; R. Et ostende faciém tuam, & salvi érimus. *Pf. 79.*

Ÿ. Exurge, Dómine, ádjuva nos; R. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pf. 43.*

Ÿ. Dómine, exaudi orationem meam; R. Et clamor meus ad te veniat. *Pf. 101.*

Ÿ. Dóminus vobiscum, R. Et cum spíritu tuo.

*Et dicitur Oratio conveniens cum conclusione: quando propria non assignatur, dicitur de Dominica precedenti.*

*Non autem additur Dóminus vobiscum. vel, Dómine, exaudi. nec dicitur Benedicámus, nisi post ultima Commemorationis Orationem, quæ*

\*

*sola terminatur conclusione.*

*Si faciendâ sit Commem. de aliquo Sancto, fit eo loco.*

*Deinde fiunt*

### SUFFRAGIA

*seu Commemorationes Communes.*

*Suffragia omnia vel aliqua dicuntur in Officio Feriali, necnon in Festis semiduplicibus & simplicibus.*

*Omittuntur intrâ Octavas, etiamsi intrâ eas fieret de aliquo Festo semidupl. occurrente.*

### DE SANCTA CRUCE.

[ *In Officio Feriali tantùm.* ]

*Ant.* Peccata nostra Christus pertulit in corpore suo super lignum; ut peccatis mortui, justitiâ vivamus. 1. Petr. 2.

*Ï.* Ipse redimet Israël. R. Ex omnibus iniquitatibus ejus. Ps. 129.

*Orémus.*

**P**erpétuâ nos, quæsumus, Domine, pace custodi, quos per lignum sanctæ Crucis redimere dignatus es.

[ *Si sequatur Officium parvum B. M. Oratio de Cruce tam in Laudibus, quàm in Vesp. terminatur per integram conclusionem: Qui vivis & regnas, &c. Et additur: Dominus vobiscum, &c. Et dicitur: Benedicamus, &c.* ]

[ *Omittitur Suffragium sequens iis diebus quibus dicitur Officium parvum B. V. & quando fit de Beata in Sabato.* ]

### DE B. MARIA.

*Ant.* Benedicentur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Gen. 28.

*Ï.* Pópuli confitebuntur tibi in æternum: R. Mémores erunt nóm̄inis tui. Ps. 44.

*Orémus.*

**C**oncède nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpétuâ mentis & corpore fanitate gaudere; & gloriosâ beatæ Mariæ semper Virginis intercessiõne, à præsentî liberari tristitia, & æternâ perfrui lætitiâ.

*Posteâ fit Comm. de Patrono Ecclesiæ. Si autem Ecclesiâ dedicata sit sub titulo SS. Trinitatis, aut S. Spiritus, vel aliqujus ex Mysteriis Christi; ejusmodi Comm. fit post Orat. de Cruce ante Suffrag. de Beata. Quod si in honorem S. Crucis dedicata sit, supradicta Comm. de Cruce fit etiam in Festis Semidupl. & Simplic. Si verò sub invocatione S. Mariæ, non fit alia Commemor. de ea quàm qua hic habetur.*

### [ *In Ecclesiâ Cathedrali,* DE S. MAURICIO, Martyre, & Sociis ejus.

*Ant.* Dico vobis amicis meis; ne terreâmini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Luc. 12.

*Ï.* Salvasti nos de affligentibus nos. R. Et in nóm̄ine tuo confitebimur in sæculum. Ps. 43.

*Orémus.*

**A**dis, quæsumus, Domine, nobis supplicãtibus, quorum vita militia est super terram; & sicut beato Mauricio & Sociis ejus hanc tribuisti grãtiam; ut potius tibi quàm Regi temporáli militarent: talem nobis concède fortitudinem, ut tanquàm boni milites Christi, inimicos salutis nostræ semper vincamus. ]

*Deinde fit Commemor. de*

omnibus Sanctis, & speciatim de iis quorum Corpora aut saltem Reliquia habentur.

*Ant.* Vivent mortui tui, Israël; interfecti mei resurgent; expurgabimini, & laudate, qui habitatis in pulvere. *Is.* 26.

ψ. In æternum exultabunt, & habitabis in eis; *R.* Et gloriabuntur in te, Domine. *Pf.* 5.

In Oratione sequenti, extra Ecclesiam omittitur vox [ hac. ]

Orémus.

**P**ropitiare, quæsumus, Domine, famulis tuis per Sanctorum quorum Reliquiæ in [ hac ] Ecclesia tua requiescunt, & omnium Sanctorum, mérita gloriosa; ut eorum intercessione ab omnibus semper protegámur adversis.

*Ultimò, pro Pace.*

*Ant.* Deus qui fecit nobiscum secundum suam misericordiam, det nobis jucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris. *Eccli.* 50.

ψ. Dominus virtutem populo suo dabit; *R.* Dominus benedicet populo suo in pace. *Pf.* 28.

Orémus.

**D**eus, à quo sancta desideria, recta consilia & justa sunt opera: da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem; ut, & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublatâ formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla; Per Dominum.

ψ. Dominus vobiscum. *vel* Domine, exaudi. Benedicamus Domino. *R.* Deo gratias.

*Si aliud Officium non se-*

quatur, dicitur secretò: Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. *Deinde, Pater.*

*Ante Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & Vesperas, ubi separantur ab horâ procedenti, ut & ante Laudes cum Nocturnum Officium immediate non sequuntur, dicitur secretò, Pater & Ave.*

AD PRIMAM.

ψ. Deus, in adiutorium, &c. *Hymnus.*

**J**AM lucis orto sidere, Deum precemur supplices, Nostras ut ipse dirigat, Lux increata, semitas.

NIL lingua, nil peccet manus,

Nil mens inane cogitet:

In ore simplex veritas,

In corde regnet caritas.

INCÆPTA dum fluet dies, O Christe, custos pervigil, Quas sævus hostis obsidet Portas tuere sensuum.

PRÆSTA diurnus ut tuæ Subserviat laudi labor: Auctore quæ te cœpimus, Da te favente prosequi.

SUPERBA ne nimis caro Menti licenter imperet; Carnis domet superbiam Potus cibique parcitas.

DEO Patri sit gloria, Ejusque soli Filio, Sancto simul cum Spiritu, Nunc, & per omne sæculum.

Amen.

[ In Feriali Officio Psalmi & Antiph. dicuntur secundum Feriam, ut singulis diebus assignantur.

In Festis verò, Antiph. semper sumitur de Proprio, vel de Communi, & Psalmi tantum

dicuntur de Feria, nisi aliter noveretur.]

Capitulum.

Ephes. 5.

**V**idete, fratres, quomodo cautè ambulètis, non quasi insipientes, sed ut sapientes; redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

R. br. *Christe, Fili Dei vivi, \* Misere nobis. Repetit. Christe, Fili Dei vivi: \* Misere nobis. V. Qui sedes \* ad dexteram Patris, [Hic versus quandoque mutandus est, ut notatur in Proprio.] \* Misere nobis. Gloria Patri, & Filio, \* & Spiritui sancto. Repet. Christe, Fili Dei vivi, \* Misere nobis. Matth. 16. Tob. 8. Hebr. 1.*

V. Exurge, Domine, adjuva nos; R. Et redime nos propter nomen tuum. Ps. 43.

In Duplicibus & supra, nec non intra Octavas continuo dicitur: Dominus vobiscum. vel: Domine, exaudi. & Oratio. Domine Deus, infra 141.

In Semiduplicibus autem & infra post V. Exurge. dicuntur sequentes

### P R E C E S.

Quando ad Laudes dicta sunt Preces, ha dicuntur flexis genibus.

**K**yrie, elison. Christe, elison. Kyrie, elison.

Pater noster. secretò.

V. Et ne nos inducas in tentationem; R. Sed libera nos à malo.

Credo in Deum. V. Carnis resurrectionem, R. Vitam æternam. Amen.

V. Et ego ad te, Domine, clamavi; R. Et mane oratio mea praveniet te. Ps. 87.

V. Repleatur os meum laude; R. Ut cantem gloriam tuam, totà die magnitudinem tuam. Ps. 70.

V. Averte faciem tuam à peccatis meis; R. Et omnes iniquitates meas dele. Ps. 50.

V. Cor mundum crea in me, Deus; R. Et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ps. 50.

V. Ne projicias me à facie tua; R. Et Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Ps. 50.

V. Redde mihi lætitiã salutaris tui; R. Et spiritu principali confirma me. Ps. 50.

[Quando Preces dicuntur flexis genibus, adduntur sequentes V. ante Adjuvatorium.

V. Eripe me, Domine, ab homine malo: R. A viro iniquo eripe me. Ps. 139.

V. Eripe me de inimicis meis, Deus meus; R. Et ab insurgentibus in me libera me. Ps. 58.

V. Eripe me de operantibus iniquitatem; R. Et de viris sanguinum salva me. Ps. 58.

V. Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi, R. Ut reddam vota mea de die in diem. Ps. 60.

V. Dirige me, Domine, in veritate tua, & doce me; R. Quia tu es Deus salvator meus. Ps. 24.

V. Deus, in adjutoriũ meum intende: R. Domine, adjuvandum me festina. Ps. 69.

V. Reminiscere miserationum tuarum, Domine, R. Et misericordiarum tuarum quæ à seculo sunt. Ps. 24.

V. Benedic, anima mea, Domino; R. Et omnia quæ

intra me sunt, nómini sancto ejus. *Pf.* 102.

Ÿ. Benedic, ánima mea, Dño; R. Et noli oblivisci omnes retributiónes ejus. *Pf.* 102.

Ÿ. Qui propitiátur ómnibus iniquitatibus tuis; R. Qui sanat omnes infirmitates tuas. *Pf.* 102.

Ÿ. Qui redimit de intéritu vitam tuam; R. Qui coronat te in misericórdia & miserationibus. *Pf.* 102.

Ÿ. Qui replet in bonis desiderium tuum; R. Renovabitur ut áquilæ juvenus tua. *Pf.* 102.]

Ÿ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, R. Qui fecit cælum & terram. *Pf.* 123.

*Hebdomadarius facit Confessionem, mediocri voce dicens:*

**C**onfiteor Deo omnipotenti, beátæ Mariæ semper vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joanni Baptista, sanctis Apóstolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, [ & vobis, fratres; ] quia peccávi nimis cogitatióne, verbo & ópere, meâ culpâ, meâ culpâ, meâ máximâ culpâ. Ideó precor beátam Mariam semper vírginem, beátum Michaélem Archángelú, beátum Joannem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, [ & vos, fratres, ] oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

*Chorus dicit:*

Misereátur tuí omnipotens Deus; &, dimissis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam æternam. *Hebdomadarius respondet, Amen.*

*Deinde Chorus facit Confessionem; & ubi dictum est:*

vobis, fratres, & vos, fratres, dicit: tibi, pater, & te, pater.

[ *Mulieres in suis Conventibus, loco fratres, & pater, dicunt, soróres, & mater.* ]

*Facta Confessione à Choro, Hebdomadarius dicit:*

**M**isereátur vestri omnipotens Deus: &, dimissis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam æternam. R. Amen.

*Qui solus recitat, semel dicit, Confiteor. omissis vocibus qua clauduntur parenthesi, & additâ particulâ &, ante voces ómnibus & omnes.*

*Deinde Misereátur. semel, ad quod dicit, nostri, nostris, nos.*

**I**ndulgéntiam, absolutiónem, & remissionem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnipotens & misericors Dóminus. R. Amen.

*Elevans vocem, dicit:*

Ÿ. Exaudi nos, Deus, salutaris noster, R. Spes ómnium finium terræ. *Pf.* 64.

Ÿ. Miserére nostri, Dómine, R. Miserére nostri. *Pf.* 122.

Ÿ. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos. R. Quem admodum sperávimus in te. *Pf.* 32.

Ÿ. Dómine, exaudi orationem meam; R. Et clamor meus ad te veniat. *Pf.* 101.

Ÿ. Dóminus vobiscum, R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**D**omine Deus omnipotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire fecisti, tuâ nos hódie salva virtute; ut ad nullum declinemus peccátum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procédant elóquia, diri-

gantur cogitationes, & ópera ;  
Per Dóminum nostrum Jesum  
Christum Filium tuum , qui  
tecum vivit & regnat , &c.

Ÿ. Dóminus vobiscum , R.  
Et cum spiritu tuo.

Ÿ. Benedicámus Dómino.  
R. Deo grátias.

*Si dicenda sit Prima de Of-  
ficio parvo B. Mariae , prapo-  
nitur Officio Capituli.*

AD OFFICIUM CAPITULI.

*Primò fit lectio Martyrolo-  
gii , in cujus fine nihil respon-  
detur ; sed statim Hebdoma-  
darius dicit :*

Ÿ. Pretiósa in conspectu  
Dómini , R. Mors sanctorum  
ejus. Ps. 115.

SANCTA María , & omnes  
sancti adjuvent nos in o-  
rationibus suis pro nobis ad  
Deum ; ut secundum eum qui  
vocávit nos , Sanctum , & ipsi  
in omni conversatióne sancti  
simus. R. Amen. Rom. 15.  
1. Petr. 1.

Ÿ. Deus , in adiutorium  
meum intende : R. Dómine,  
ad adjuvandum me festína.  
Ps. 69.

Ÿ. Deus , in adiutorium  
meum intende : R. Dómine,  
ad adjuvandum me festína.

Ÿ. Deus , ad adiutorium  
meum intende : R. Dómine,  
ad adjuvandum me festína.  
Glória Patri , & Filio , & Spi-  
ritui sancto : Sicut erat in  
principio , & nunc , & semper ,  
& in sécula seculórum. Amen.  
Kyrie , eléison. Christe , eléi-  
son. Kyrie , eléison. *Secretò* ,  
Pater. *Alta voce* , Ÿ. Et ne  
nos inducas in tentatióem ;  
R. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Réspice in servos tuos ,  
Dómine , & in ópera tua , &

dirige filios eórum : R. Et fit  
splendor Dómini Dei nostri  
super nos ; & ópera mánuum  
nostrarum dirige super nos ,  
& opus mánuum nostrarum  
dirige. Ps. 89. Glória Patri.

Orémus.

D Irigere & sanctificáre ,  
régere & gubernáre dig-  
náre , Dómine Deus , Rex  
cœli & terræ , hódie corda &  
côrpora nostra , sensus , ser-  
mónes & actus nostros , in  
lege tua , & in opéribus man-  
datórum tuórum ; ut híc , &  
in æternum , te auxiliante ,  
salvi & liberi esse mereámur ,  
Salvátor mundi ; Qui vivis &  
regnas in sécula seculórum.

R. Amen.

*Lector.* Jube , domne , be-  
nedicere. [*Lectrix dicit* , dom-  
na : *solus* , *vel sola recitans* ,  
Dómine. ] *Bened.* Det Dómi-  
nus leges suas in mentem no-  
stram , & in corde nostro su-  
perscribat eas. R. Amen.  
Hebr. 8.

*Tunc fit lectio Canonis qui  
pro singulis diebus habetur ad  
calcem Voluminis , in cujus  
fine dicitur : Tu autem , Dó-  
mine , miserere nostri.*

R. Deo grátias.

*Post Lectionem , Hebdoma-  
darius dicit : Adjutorium no-  
strum in nómine Dómini ,  
R. Qui fecit cœlum & terram.  
Ps. 123.*

*Submissiori voce dicit : Be-  
nedicite. Lector versus ad  
eum : Deus. Hebdomadarius :*  
Deus pacis aptet nos in omni  
bono ut faciámus ejus volun-  
tátem , faciens in nobis quod  
pláceat coram se , per Jesum  
Christum. *Lector.* R. Amen.  
Hebr. 13.

Post quamlibet horam si aliud Officium non sequatur, dicitur secretò: Fidélium animarum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Deinde, Pater noster.

AD TERTIAM.

Ÿ. Deus, in adiutorium, &c.  
Hymnus.

**O** FONS amoris, Spiritus,  
O sancte donorum parens,  
Tuas refusus intimis  
Accende flammam cordibus.

Qui caritatis vinculo  
Cum Patre nectis Filium,  
Et nos amoris mutui  
Arctis coapta nexibus.

DEO Patri sit gloria,  
Ejusque soli Filio,  
Sancto simul cum Spiritu,  
Nunc, & per omne seculum.  
Amen.

[In Fer. Offic. Ps. & Ant. dicuntur secundum Feriam, ut singulis diebus assignantur.

In Festis vero, Ant. semper sumitur de Proprio vel de Comuni, & Ps. tantum dicuntur de Feria, nisi aliter notetur.]

Capit. & R. breve sumuntur ubi sumitur Antiph. super Psalmos; sic ad alias Horas.

P R E C E S.

Quando ad Laudes dicta sunt Preces tunc ad Tertiam, Sextam, & Nonam, ha dicuntur flexis genibus.

**K** Yrie, elíson. Christe, elíson. Kyrie, elíson.

Pater noster. secretò. Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem; R. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Domine Deus virtutum, converte nos; R. Et ostende faciem tuam, & salvi erimus. Ps. 79.

Ÿ. Exurge, Domine, adjuva  
MIR. Pars Æstiva.

nos, R. Et redime nos propter nomen tuum. Ps. 43.

Ÿ. Domine, exaudi orationem meam; R. Et clamor meus ad te veniat. Ps. 101.

Ÿ. Dominus vobiscum, &c.  
Oratio conveniens.

Ÿ. Dominus vobiscum, &c.

Ÿ. Benedicamus Domino,

R. Deo gratias.

A D S E X T A M.

Ÿ. Deus, in adiutorium, &c.  
Hymnus.

**J** AM solis excelsum jubar  
Toto coruscat lumine;  
Sinusque pandens aureos  
Ignita vibrat spicula.

Tu, Christe, qui mundum  
novam,  
Sol verus, accendis face;  
Fac nostra plenam caritas  
Crescendo surgat ad diem.

DEO Patri sit gloria,  
Ejusque soli Filio,  
Sancto simul cum Spiritu,  
Nunc, & per omne seculum.  
Amen.

Ant. Psalmi, Capit. R. br. & Preces, si dicenda sint, dicuntur ut supra ad Tertiam.

Oratio conveniens.

A D N O N A M.

Ÿ. Deus, in adiutorium, &c.  
Hymnus.

**L** ABENTE jam solis rotam,  
Inclinat in noctem dies,  
Sic vita supremam cito  
Festinat ad metam gradu.

O Christe, dum fixus cruci  
Expandis orbi brachia,  
Amare da crucem; tuo  
Da nos in amplexu mori.

DEO Patri sit gloria  
Ejusque soli Filio,  
Sancto simul cum Spiritu,  
Nunc, & per omne seculum.  
Amen.

*Ant. Psalmi, Capit. R. br.*  
 & *Preces, si dicenda sint, dicuntur ut supra ad Tertiam.*

*Oratio conveniens.*

A D V E S P E R A S.

*Preces, si dicenda sint, habentur supra ad Laudes, 137.*  
*In iis, loco Ps. De profundis, dicitur Ps. Miserere.*

S U F F R A G I A.

*De S. Cruce.*

[ *In Officio Feriis tantum.* ]

*Ant. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. Gal. 6.*

*Ps. In Deo salutare meum, R. Et gloria mea. Ps. 61.*

*Orémus.*

**P**erpétuâ nos, quæsumus, Domine, pace custodi, quos per lignum sanctæ Crucis redimere dignatus es.

[ *Iis diebus quibus dicitur Officium parvum, omittitur Suffragium sequens.* ]

*De B. Maria.*

*Ant. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Luc. 1.*

*Ps. Vultum tuum deprecabuntur R. Omnes divites plebis. Ps. 44. Orémus.*

**C**oncède nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpétuâ mentis & corporis sanitate gaudere; & gloriosâ beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à presenti liberari tristitiâ, & æternâ perfrui lætitiâ.

*Postea fit Commem. de Patrono, ut dictum est supra, 138.*

[ *In Ecclesia Cathedrali, De S. Mauricio, Martyre, & Sociis ejus.* ]

*Ant. Non dilexerunt animas suas usque ad mortem:*

*propterea latamini cœli, & qui habitatis in eis. Apoc. 12.*

*Ps. Dominus Protector Justorum. R. In tempore tribulationis. Ps. 36.*

*Oratio. Adfis. ut supra, 138.]*

*Deinde de omnibus SS. & speciatim de iis quorum Corpora, aut saltem Reliquia, habentur.*

*Ant. Cum à mortuis resurrexerint, sunt sicut Angeli in cœlis; neque enim ultra mori poterunt, & filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis. Marc. 12. Luc. 20.*

*Ps. Justi confitebuntur nomini tuo, Domine; R. Et habitabunt recti cum vultu tuo. Ps. 139. Orémus.*

**P**ropitiare, quæsumus, Domine, famulis tuis per Sanctorum quorum Reliquiæ in [ hac ] Ecclesia tua requiescunt, & omnium Sanctorum mérita gloriosa; ut eorum intercessione ab omnibus semper protegámur adversis.

*Ultimo, pro Pace.*

*Ant. Deus meminerit testamenti sui, & faciat pacem; nec deserat in tempore malo.*

*Ps. Dominus Deus loquetur pacem. R. In plebem suam. Ps. 84. Orémus.*

**D**eus, à quo sancta desideria, recta consilia & justa sunt ópera: da servis tuis illam quam mundus dare non potest, pacem; ut, & corda nostra mandatis tuis dedita, &, hostium sublata formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla; Per Dominum.

*Ps. Dominus vobiscum, Benedicamus Domino.*

AD COMPLETORIUM.

CONverte nos, Deus salutaris noster:

R. Et averte iram tuam à nobis. *Pf. 84.*

ψ. Deus, in adiutorium.

*Antiph. & Psalmi convenientes.*

*Hymnus.*

GRATES, peracto jam die,  
Deus, tibi persolvimus;  
Pronoque, dum nox incipit,  
Prosternimus vultu preces.

QUOD longa peccavit dies,

Amarus expiet dolor;  
Somno gravatis ne nova  
Infigat hostis vulnera.

INFESTUS usque circuit  
Quærens leo quem devoret:  
Umbrâ sub alarum tuos  
Defende filios, Pater.

O quando luceſcet tuus  
Qui nescit occâsum dies!  
O quando sancta se dabit  
Quæ nescit hostem patria!

DEO Patri sit gloria,  
Ejusque soli Filio,  
Sancto simul cum Spiritu,  
Nunc, & per omne sæculum.

Amen.

*In omni Officio de beata Maria, loco præcedentis Hymni, dicitur sequens*

*Hymnus.*

VIRGO Dei genitrix  
Quem totus non capit orbis,

In tua se clausit  
Viscera, factus homo.

HINC meritò dicent  
Te sæcula cuncta beatam:  
Hinc, populi matrem  
Te Dominamque colunt.

SUSCIPE quos pia plebs  
Tibi penderè certat honores;

MIR. *Pars Æstiva.*

Annue sollicitâ

Quam prece poscit opem.

GLORIA magna Patri:

Compar sit gloria nato:

Amborum tibi, par,

Spiritus alme, decus.

Amen.

*Capitulum. 1. Petr. 5.*

SOBrii estote, & vigilate;  
Squia adversarius vester diabolus,  
tanquam leo rugiens,  
circuit quærens quem devo-  
ret: cui resistite fortes in  
fide.

R. br. In manus tuas, Dómine,  
\* Commendo spiritum  
meum. In manus tuas. ψ. Re-  
demisti me, Dómine, Deus  
veritatis: \* Commendo. Gló-  
ria Patri. In manus. *Pf. 30.*

ψ. Custodi me, Dómine,  
ut pupillam oculi: R. Sub  
umbra alarum tuarum próte-  
ge me. *Pf. 16.*

*Ant. 3. g. Dómine.*

*Canticum Simeonis. Luc. 2.*

Nunc dimittis servum  
tuum, Dómine, \* se-  
cundum verbum tuum in  
pace.

Quia viderunt oculi mei \*  
salutare tuum,

Quod paraſti \* ante faciem  
omnium populorum:

Lumen ad revelationem  
gentium, \* & gloriam plebis  
tuæ Israél.

*Ant. Dómine, custodi par-  
tem tuam, ut sive vigilemus,  
sive dormiamus, simul cum  
Christo vivamus. 2. Mach. 1.  
& 1. Theſſ. 5.*

*In Duplicibus & supra, nec-  
non intra Octavas, continuo  
dicitur: Dóminus vobiscum.  
vel, Dómine, exaudi. & O-  
ratio, Visita. infra 147.*

K

In Semiduplicibus verò, Simplicibus, & Feriis, dicuntur sequentes

## P R E C E S.

Quando dicta sunt Preces in Vesperis, ha dicuntur flexis genibus.

**K**yrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem; R. Sed libera nos à malo.

Credo in Deum.

Ÿ. Carnis resurrectionem, R. Vitam æternam. Amen.

Ÿ. Benedictus es, Dómine, Deus patrum nostrorum; R. Et laudabilis, & gloriósus, & superexaltatus in sécula. *Dan. 3.*

Ÿ. Benedictum nomen glóriæ tuæ sanctum; R. Et laudabile, & superexaltatum in omnibus séculis. *Dan. 3.*

Ÿ. Benedictus es in firmamento cœli; R. Et laudabilis, & gloriósus in sécula. *Dan. 3.*

Ÿ. Benedicat nos Deus, Deus noster: R. Benedicat nos Deus. *Pf. 66.*

Hebdomadarius facit Confessionem, mediocri voce dicens:

**C**onfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper vírgini, beato Michaéli Archángelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro & Paulo, omnibus Sanctis, [ & vobis, fratres, ] quia peccávi nimis cogitatione, verbo & ópere: meâ culpâ, meâ culpâ, meâ maximâ culpâ. Ideo precor beatam Mariam semper vírginem, beá-

tum Michaélem Archangelû, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, [ & vos, fratres, ] orare pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus dicit:

Misereatur tuí omnipotens Deus; &, dimissis peccatis tuis, perdúcat te ad vitam æternam. *Hebdomadarius respondet: R. Amen.*

Deinde Chorus facit Confessionem; & ubi dictum est: vobis, fratres, & vos, fratres, dicit: tibi pater, & te, pater.

Mulieres in suis Conventibus, loco fratres, & pater, dicunt, soróres, & mater.

Factâ Confessione à Choro, Hebdomadarius dicit:

**M**isereatur vestri omnipotens Deus; &, dimissis peccatis vestris, perdúcat vos ad vitam æternam.

R. Amen.

[ Qui solus recitat, semel dicit, Confiteor, ommissis vocibus qua clauduntur parenthesis, & additâ particulâ &, ante voces omnibus, & omnes. Deinde Misereatur semel, ad quod dicit nostri, nostris, nos. ]

**I**ndulgéntiam, absolutiónem, & remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors Dóminus.

R. Amen.

Ÿ. Exaudi nos, Deus, salutaris noster, R. Spes omnium finium terræ. *Pf. 64.*

Ÿ. Miserere nostri, Dómine: R. Miserere nostri. *Pf. 122.*

Ÿ. Fiat misericórdia tua,

Dómine, super nos, *R.* Quem-  
admodum sperávimus in te.  
*Pf.* 32.

*V.* Dómine, exaudi oratió-  
nem meam; *R.* Et clamor  
meus ad te véniat. *Pf.* 101.

*V.* Dóminus vobiscum,  
*R.* Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**V**isita, quæsumus, Dómi-  
ne, habitatióem nostrá,  
& omnes insídias inimíci ab  
ea longè repelle: Angeli tui  
sancti hábitent in ea, qui nos  
in pace custódiant; & bene-

dictio tua sit super nos sem-  
per; Per Dóminum.

*V.* Dóminus vobiscum.

*V.* Benedicámus Dómino.

*Finito Completorio, sub-*  
*missá voce dicitur:* Grátia Dó-  
mini nostri Jesu Christi, &  
cáritas Dei & comunicá-  
tio Spíritûs sancti, sit cum  
ómnibus vobis. *R.* Amen.  
*2. Cor.* 13.

Et Fidélium ánime per mi-  
sericórdiam Dei requiescant  
in pace.

*R.* Amen.

## ANTIPHONA DE BEATA.

**S**ALVE, Regína, mater  
misericórdiæ; vita, dul-  
cèdo & spes nostra, salve;  
ad te clamámus, exules filii  
Evi; ad te suspirámus, ge-  
mientes & flentes in hac lacry-  
márum valle: cía ergo, ad-  
vocáta nostra, illos tuos mi-  
sericordes óculos ad nos con-  
verte; & Jesum, benedictum  
fructum ventris tui, nobis  
post hoc exílium ostende; ó  
clemens, ó pia, ó dulcis  
Virgo María.

*V.* Ora pro nobis, sancta  
Dei génitrix:

*R.* Ut digni efficiámur pro-  
missiõibus Christi.

Orémus.

**O**Mnipotens sempiternus  
Deus, qui gloriósa vir-  
ginis matris Mariæ corpus &  
ánimam, ut dignum Filií  
tui habitáculum effici mere-  
rétur, Spíritu sancto coope-  
rante, præparasti; da, ut  
cujus commemoratióne lætá-  
mur, ejus piâ intercessiõne  
ab instantibus malis, & à  
morte perpétua liberémur;  
Per eundem Christum Dó-  
minum nostrum.

*R.* Amen.

*Post completum Officium;*  
*dicitur secreto, Pater, Ave,*  
*Credo.*



# ABSOLUTIONES ET BENEDICTIONES,

*Dicendæ in Officio Nocturno ante Lectiões.*

## DOMINICA,

*Et in Officiis ix. Lectiõnum,*  
*qua non sunt de Sanctis.*

### IN I. NOCTURNO.

*Et pro II. & V. Feria.*

*Absolutio. 2. Mach. 1.*

**A**daperiat Deus cor nostrum in lege sua, & in præceptis suis; & det nobis cor omnibus, ut colamus eum.

*R. Amen.*

*Sic respondetur ad singulas Absolutiones & Benedictiones.*

#### BENEDICTIONES.

1. Deus Dómini nostri Jesu Christi, Pater glóriæ, det nobis spíritum sapiéntiæ. *Ephes. 1. R. Amen.*
2. Filius Dei det nobis sensum, ut cognoscámus verum Deum. *1. Joan. 5.*
3. Spíritus veritatis doceat nos omnem veritatem. *Joan. 16.*

### IN II. NOCTURNO.

*Et pro III. & VI. Feria.*

*Absolutio. 3. Reg. 8.*

**D**eus noster inclinet corda nostra ad se, ut custodiámus mandata ejus.

#### BENEDICTIONES.

4. Pater Dómini nostri Jesu Christi benedicat nos in omni benedictiõne spiritali. *Ephes. 1.*
5. Sciámus supereminentem sciéntiæ caritatem Christi,

ut impleámur in omnem plenitudinem Dei. *Ephes. 3.*

6. Unctio quam accépimus à Deo, maneat in nobis, & doceat nos de omnibus. *1. Joan. 2.*

### IN III. NOCTURNO.

*Absolutio. 2. Mach. 1.*

**D**eus meminerit testamenti sui quod locutus est, & exáudiat oratiões nostras.

#### BENEDICTIONES.

7. Detur nobis sermo in aperi-tiõne oris nostri cum fiducia, notum fácere mystérium Evangélii. *Ephes. 6.*
8. Occurrámus omnes in unitatem fidei, & agnitiónis Filii Dei; ut non circumferámur omni vento doctrinæ. *Ephes. 4.*
9. Deus spei répleat nos omni gáudio & pace in credendo; ut abundemus in spe & virtute Spíritus sancti. *Rom. 15.*

*Si pro ultima Lectiõne legatur aliud Evang. cum Homilia, tunc nona Benedictio erit: Fulgeat nobis illuminatiõ Evangélii glóriæ Christi, qui est imago Dei. 2. Cor. 4.*

*Si tria legantur Evangelia, septima Benedictio erit: Detur nobis sermo in aperi-tiõne oris nostri cum fidu-*

cia, notum facere mysterium Evangelii. *Ephes. 6.*

3. Fulgeat nobis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. *2. Cor. 4.*
9. Permaneamus in fide fundati, & immobiles à spe Evangelii. *Coloss. 1.*

*Si nona Lectio sit de Sancto, Benedictio erit: Digni habeamur regno Dei, cum venerit in Sanctis suis admirabilis fieri. 2. Theff. 1.*

[Quando D. Episcopus Lectionem lecturus est, postquam ipse promissit ex more: Jube, domne, benedicere; dignior post ipsum dicit illi: Ora pro nobis, Pater. Ipse autem Episcopus respondet: Oro ut caritas vestra magis ac magis abundet in scientia & in omni sensu. *Philip. 1. Chorus. R. Amen.*

*Idem observatur, ubi unicus est Presbyter.]*

FERIA IV. ET SABBATO.

*Absolutio. 2. Mach. 1.*

Deus meminerit testamenti sui quod locutus est, & exaudiat orationes nostras. *R. Amen.*

BENEDICTIONES.

1. Pater Domini nostri Jesu Christi det nobis Christum habitare per fidem in cordibus nostris. *Ephes. 3.*
2. Occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei; ut non circumferamur omni vento doctrinæ. *Ephes. 4.*
3. Deus spei repleat nos omni gaudio & pace in credendo; ut abundemus in spe & virtute Spiritus sancti. *Rom. 15.*

*Si tertia Lectio sit de Evangelio, tunc tertia Benedictio erit: Fulgeat nobis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. 2. Cor. 4.*

*Eadem dicitur in omni Feria, quando pro iij. Lectione legendum erit Evangelium cum Homilia.*

INFESTIS B. MARIE VIRG.

ET ALIORUM SANCTORUM, quæ sunt ix. Lectionum.

*Absol. & Bened. dicuntur in I. & III. Nocturno, ut supra; in II. autem, ut sequitur.*

*Absolutio. 3. Reg. 8.*

Deus noster inclinet corda nostra ad se, ut custodiamus mandata ejus.

*R. Amen.*

BENEDICTIONES

*In Festis B. M. V.*

4. Deus à quo missus est Angelus Gabriel ad Mariam, mittat nobis de cælis sapientiam. *Luc. 1. Sap. 6.*
5. Filius Altissimi, quem Virgo concépit & péperit, det nobis filios Dei fieri. *Luc. 1. Joan. 1.*
6. Spiritus sanctus de quo est, quod in Maria natum est, sanctificet nos per omnia. *Matth. 1. Theff. 5.*

BENEDICTIONES

*in Festis Sanctorum.*

4. Deus det nobis illuminatos oculos cordis, ut sciâmus quæ sit spes vocationis ejus in Sanctis. *Ephes. 1.*
5. Dignos nos faciat in partem sortis Sanctorum, qui eripuit nos de potestate tenebrarum. *Coloss. 1.*
6. Aperiantur oculi nostri, ut convertamur à tenebris ad

lucem, & accipiámus sortem inter Sanctos. Act. 26.

**IN OFFICIIS B. M. V.**

& in Festis Sanctorum, qua sunt trium Lect. tantum.

Absolutio dicitur secundum Feriam; Benedictiones vero ea adhibentur, qua modo notata sunt pro II. Nocturno in eo-

rumdem Officiis & Festis novem Lectiones complectentibus.

Si pro tertia Lectione legendum sit Evangelium cum Homilia, tunc tertia Benedictio erit:

Fulgeat nobis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. 2. Cor. 4.



# PROPRIUM DE TEMPORE.

## PARS ÆSTIVA.

### IN FESTO SS. TRINITATIS.

#### SOLEMNE III. ORDINIS.

##### IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Sabbato.*

*Ant.* **D**ixit Deus ad Móysen : Ego sum qui sum; hoc nomen mihi est in æternum. *Exod.* 3.

*Ant.* 2. **D**óminus Deus noster, Dóminus unus est. *Deut.* 6.

*Ant.* 3. a. Ipse est Deus deórum, & Dóminus dominántium, Deus magnus & potens. *Deut.* 10.

*Ant.* 4. **E**. Solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem. *1. Tim.* 6.

*Ant.* 5. a. Dóminus exercituum, Deus Israël, magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu. *Jerem.* 32.

*Capitulum.* *Rom.* 10.

**O** Altitudo divitiarum sapientiæ & sciëntiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus, & investigábiles viæ ejus! *R.* Deo grátias.

*R.* Non est similis tuí, Dómine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine: \* Quis non timébit te, ó Rex géntium? *V.* Magna & mirabilia sunt ópera

tua, Dómine Deus omnipotens; justæ & veræ sunt viæ tuæ, Rex seculórum: \* Quis. *Glória.* \* Quis. *Jerem.* 10. *Apoc.* 15.

*Hymnus.*

**T**ER sancte, ter potens Deus,

Incomprehensa Trínitas;  
O lux perennis! própriis  
O ter beáta gáudiis!

O vera semper Unitas!  
O una semper Véritas!

O sancta semper, quæ bonum  
Diffundis omne, *Cáritas!*

TE densa circum núbila,  
Te circum inaccessum jubar,  
Quod intus ardent Angeli  
Circum trementes cernere.

TE confitetur in tuo  
Et plebs renata nómine;  
Firmaque prælibat fide  
Amor quod ambit præmium.

DA posse quod jubes, Pater:  
Da scire, Fili, quod doces:  
Fac corde toto, Spíritus,  
Nos velle quod probas bonum.

PRÆSTA, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
Sancto simul cum Spíritu  
Regnans per omne seculum.

Amen.

Ÿ. Magnus Dóminus , & laudábilis nimis ; R. Et magnitudinis ejus non est finis.

*Pf. 144.*

*Ad Magnificat. Ant. 1. D.* Dómini Dei tui cœlum est , & cœlum cœli ; terra , & ómnia quæ in ea sunt. Ipli adhærebis : ipse est laus tua , & Deus tuus. *Deut. 10.*

*Oratio. Omnipotens. ut infra ad Laudes.*

*Pro Commemoratione Sabbati ante Dominicam primam post Pentecosten.*

*Ant. Lóquere, Dómine, quia audit servus tuus. 1. Reg. 3.*

Ÿ. Beneplácitum est Dómino in pópulo suo ; R. Et exaltábit mansuétos in salutem. *Pf. 149.*

*Oratio. Deus, in te sperantium, infra ad Laudes.*

#### AD COMPLETORIUM.

*Psalmi de Sabbato, sub Ant. 7. d.* Vidéte quòd ego sim solus , & non sit álius Deus præter me : vivo ego in æternum. *Deut. 32.*

#### AD OFFICIUM NOCTUR.

*Invit.* Deum unum , Patrem , Fílium , & Spíritum sanctum , \* Veníte , adorémus. *Matth. 28.*

*Pf. 94. Veníte , 2.*

*Hymnus.*

**S**UBLIME Numen , ter potens , ter máximum ,  
Incomprehensum lucis immensæ jubar ,  
Simplex & unus , & tribus constans Deus ,  
Te res creatæ laude jugi concinant.

**T**U Trinitatis fons inexhaustus , Pater ,

Filique nascens Patris æternó sinu ,  
Ac sancte manans è duóbus Spíritus ,  
Nil vos in una dívidit substantia.

PERSONA triplex : una jungit Unitas :

In Patre semper Natus ; in Nato Pater ;

Uterque sacro semper est in Spíritu ;

In Patre semper , inque Nato Spíritus.

SED nullus horum quémlibet vincit , gradu

Vel major extat , vel prior potentiâ :

Æquale regnum , parque majestas trium ,

Origo nulli dignius confert bonum.

RERUM créator , laus tibi , vivens Pater :

Laus æqua , mundum qui redémit , Filio :

Quo nos supernis ígnibus succéndimur ,

Compar in ævum Flámini sit glória.

Amen.

*Psalmi de Dominica in toto Officio.*

#### IN I. NOCTURNO.

*Ant. 3. a.* Dómine Rex omnipotens , tu fecisti cœlum & terram , & quidquid cœli ambitu continetur : Dóminus ómnium es. *Esther 13.*

*Ant. 7. d.* Dignus es , Dómine Deus noster , accipere glóriam , & honórem , & virtutem ; quia tu creasti ómnia. *Apoc. 4.*

*Ant 5. a.* Ex ipso , & per ipsum , & in ipso sunt ómnia : *Rom. 11.*

ψ. Quàm magnificata sunt  
opera tua, Dómine! R. Omnia  
in sapiéntia fecisti. Ps. 103.

Pater. Absolut. & Bened.  
habentur post Psalterium.

Incipit liber primus Regum.

Lectio j. Cap. i.

**F**uit vir unus de Rama-  
thaïmophim, de mon-  
te Ephraïm, & nomen  
ejus Elcana, filius Jéroham,  
filii Eliu, filii Thohu, filii  
Suph, Ephrathæus: & há-  
buit duas uxóres; nomen uni  
Anna, & nomen secundæ  
Phenenna. Fueruntque Phen-  
ennæ filii: Annæ autem non  
erant liberi. Et ascendébat vir  
ille de civitate sua statútis  
diébus, ut adoráret & sacrificá-  
ret Dómino exercituum in  
Silo. Erant autem ibi duo filii  
Heli, Ophni & Phínees, sa-  
cerdótes Dómini. Venit ergo  
dies, & immolávit Elcana,  
deditque Phenennæ uxóri suæ  
& cunctis filiis ejus & filiabus  
partes: Annæ autem dedit  
partem unam tristis, quia  
Annam diligébat. Dóminus  
autem conclúserat vulvam  
ejus. Affligébat quoque eam  
amula ejus, & vehementer  
angébat, in tantum ut expro-  
bráret quod Dóminus conclu-  
sisset vulvam ejus: sicque fa-  
ciébat per singulos annos,  
cúm redeunte tempore ascén-  
derent ad templum Dómini;  
& sic provocábat eam. Porro  
illa flebat, & non capiébat  
cibum. Tu autem, Dómine,  
miserére nostri. R. Deo grá-  
tias.

R. In princípío creávit Deus  
cælum & terram; \* Et Spíri-  
tus Dei ferebátur super aquas.

ψ. In princípío erat Verbum,  
& Verbum erat apud Deum;  
& Deus erat Verbum. \* Et.  
Genes. 1. Joan. 1.

Lectio ij.

**D**ixit ergo ei Elcana vir  
suus: Anna, cur fles? &  
quare non cómedis? & quam-  
obrem affligitur cor tuum?  
Numquid non ego mélior tibi  
sum, quàm decem filii? Sur-  
rexit autem Anna, postquàm  
coméderat & bíberat in Silo.  
Et Heli sacerdóte sedente su-  
per sellam ante postes templi  
Dómini, cum esset Anna  
amáro ánimo, orávit ad Dó-  
minum flens largiter, & vo-  
tum vovit, dicens: Dómine  
exercituum, si respiciens vide-  
ris afflictiónem famulæ tuæ,  
& recordátus meî fueris, nec  
oblítus ancillæ tuæ, dederis-  
que servæ tuæ sexum virilem;  
dabo eum Dómino ómnibus  
diébus vitæ ejus, & novacula  
non ascendet super caput ejus.

R. Appáruit Abrahæ Dó-  
minus in convalle Mambre.  
Cumque elevasset óculos, ap-  
paruerunt ei tres viri: \* Quos  
cúm vidisset Abraham, ado-  
rávit, & dixit: Dómine, si  
inveni grátiam in óculis tuis,  
ne transeas servum tuum.  
ψ. Pater, Verbum, & Spíritus  
sanctus; hi tres unum sunt.  
\* Quos. Genes. 18. 1. Joan. 5.

Lectio iij.

**E**T factum est post circulum  
diérum, concépit Anna,  
& péperit filium, & vocávit  
nomen ejus Sámuél; eò quòd  
à Dómino postulasset eum.  
Ascendit autem vir ejus Elca-  
na, & omnis domus ejus, ut  
immoláret Dómino hóstiã

solemnem, & votum suum : & Anna non ascendit ; dixit enim viro suo : Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, ut appareat ante conspectum Dómini, & maneat ibi júgiter. Et ait ei Elcana vir suus : Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum ; precorque ut impleat Dóminus verbum suum. Mansit ergo múlier, & lactávit filium suum, donec amoveret eum à lacte. Et adduxit eum secum, postquam ablactáverat, in vitulis tribus, & tribus módiis farínæ, & ámphorâ vini ; & adduxit eum ad domum Dómini in Silo. Puer autem erat adhuc infántulus : & immolavérunt vitulum, & obtulerunt púerum Heli.

Rz. Jesú baptizáto, & orante, descendit Spíritus sanctus corporáli spécie sicut columba in ipsum ; & vox de cælo facta est : \* Tu es Filius meus dilectus ; in te complácu mihi. *ÿ.* Vox Dómini super aquas ; Deus majestátis intónuit : \* Tu es. Glória. \* Tu es. *Luc. 3. Ps. 28.*

#### IN II. NOCTURNO.

*Ant. 4.* E. Unxit Jesum Deus Spíritu sancto, & virtúte. *Act. 10.*

*Ant. 1. a.* Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quóniam Jesus est Filius Dei ? Et Spíritus est qui testificátur quóniam Christus est véritas. *1. Joan. 5.*

*Ant. 2.* D. Per Jesum Christum habémus accessum in uno Spíritu ad Patrem. *Ephes. 2.*

*ÿ.* Cantábo, Dómine, fortitudinem tuam, Rz. Et exaltábo misericórdiam tuam. *Ps. 58.*

Ex libro sancti Fulgéntii Epíscopi, de Fide, ad Petrum.

*Cap. 1.*

*Lectio iv.*

**F**ides, quam sancti Patriarchæ atque Prophætæ ante Incarnatióem Filii Dei divínitus acceperunt, quam étiam sancti Apóstoli ab ipso Dómino in carne pósito audiérunt, & Spíritus sancti magistério instructi, non solum sermóne prædicavérunt, verum étiam ad instructiõem salubérrimam posterórum, scriptis suis inditam reliquérunt, unum Deum prædicat Trinitátem, id est, Patrem, & Filium, & Spíritum sanctum. Sed Trinitas vera non esset, si una eademque persóna diceretur Pater & Filius & Spíritus sanctus.

Rz. Benedictus Deus, & Pater Dómini nostri Jesu Christi, \* Qui elegit nos in ipso, ut essémus sancti & immaculáti in conspectu ejus. *ÿ.* Recordátus est Dóminus pópuli sui : pósuit in médio ejus Spíritum Sancti sui, \* Qui elegit. *Ephes. 1. Is. 63.*

*Lectio v.*

**S**I enim sicut est Patris & Filii & Spíritus sancti una substántia, sic esset una persóna ; nihil omníno esset in quo veráciter Trinitas diceretur. Rursus Trinitas quidem vera esset, sed unus Deus Trinitas ipsa non esset, si quemádmódum Pater & Filius & Spíritus sanctus persóna-

rum sunt ab invicem proprietate distincti, sic fuissent naturarum quoque diversitate discreti. Sed quia in illo uno vero Deo Trinitate, non solum quod unus Deus est, sed etiam quod Trinitas est, naturaliter verum est, propterea ipse verus Deus in personis Trinitas est, & in una natura unus est.

R. Sublevatis oculis in cœlum Jesus, dixit: \* Pater, hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. V. Nosse te, Deus, consummata justitia est; & scire justitiam & virtutem tuam, radix est immortalitatis. \* Pater. *Joan. 17. Sap. 15.*

*Lectio vij.*

**P**ER hanc unitatem naturalem totus Pater in Filio & Spiritu sancto est, totus Filius in Patre & Spiritu sancto est, totusque Spiritus sanctus in Patre & Filio est. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est; quia nemo alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate: quia nec Filio, nec Spiritu sancto, quantum ad naturæ divinæ unitatem pertinet, aut anterior, aut major Pater est: nec Filii æternitas atque immensitas, velut anterior aut major, Spiritus sancti æternitatem immensitatemque aut præcedere aut excedere naturaliter potest.

R. Sanguis Christi qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, \* Emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi.

V. Cum venerit quasi fluvius violentus quem Spiritus Domini cogit, & venerit Sion Redemptor. \* Emundabit. Glória Patri. \* Emundabit. *Hebr. 9. Is. 59.*

**IN III. NOCTURNO.**

*Ant. 8. c.* Misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantē. Abba, Pater. *Gal. 4.*

*Ant. 6.* In Christo unxit nos Deus, & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. 2. *Cor. 1,*

*Ant. 8. G.* Nemo potest dicere, Dominus Jesu, nisi in Spiritu sancto. 1. *Cor. 12.*

V. Confitemini Domino, quoniam bonus, R. Quoniam in sæculum misericordia ejus. *Pf. 117.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 28.*

**I**N illo tempore; Dixit esus discipulis suis: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Nazianzeni.

*Tractatu de Fide. Orat. 49.*

**Q**uis Catholicorum ignorat Patrem verè esse Patrem, Filium verè Filium, & Spiritum sanctum verè esse Spiritum sanctum? sicut ipse Dominus ad Apostolos suos dicit: Euntes, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Hæc est perfecta Trinitas in unitate consistens, quam scilicet unius substantiæ præ-

fitémur. Non enim nos secundum corporum conditionem, divisionem in Deo facimus; sed secundum divinæ naturæ potentiam, quæ in materia non est, & nōminum personæ verè constare credimus, & unitatem divinitatis esse testāmur.

*R.* Locutus est Jesus undecim discipulis: Euntes, \* Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *ψ.* Erit fons patens habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris. \* Docete. *Matth.* 28. *Zach.* 13.

*Lectio viij.*

**N**ec extensionem partis alicujus ex parte, ut quidam putaverunt, Dei Filium dicimus: nec verbum sine re, velut sonum vocis accipimus; sed tria nomina, & tres personæ unius esse essentia, unius majestatis atque potentia credimus. Et ideo unum Deum confitemur; quia unitas majestatis plurium vocabulo deos prohibet appellari. Denique Patrem & Filium catholicè nominamus; duos autem deos dicere, nec possumus, nec debemus. Non quod Filius Dei Deus non sit; imò verus Deus de Deo vero: sed quia non aliunde quam de ipso uno Patre, Dei Filium novimus, perinde unum Deum dicimus. Hoc enim Propheta, hoc Apostoli tradiderunt; hoc ipse Dominus docuit, cum dicit: Ego & Pater unum sumus. Unum ad unitatem divinitatis, ut dixi, refert: Sumus autem, personis assignat.

*R.* Salvos nos fecit Deus per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, \* Quem effudit in nos abunde per Jesum Christum. *ψ.* Recordatus est Dominus populi sui, posuit in medio ejus Spiritum sancti sui. \* Quem. *Tit.* 3. *Is.* 63.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio ix.* Cap. 6.

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini  
Episcopi.

*Serm.* 83. *de verb. Evangel.*  
*alias 15. de verb. Domini.*

**D**uo sunt opera misericordia, quæ nos liberant, quæ breviter ipse Dominus posuit in Evangelio: Dimittite, & dimittetur vobis: Date & dabitur vobis. Dimittite, & dimittetur vobis, ad ignoscendum pertinet: Date, & dabitur vobis, ad præstandum beneficium pertinet. Quod ait de ignoscendo, & tu vis tibi ignosci quod peccas, & habes alium cui tu possis ignoscere. Rursus, quod pertinet adtribuendum beneficium, petit te mendicus, & tu es Dei mendicus: omnes enim quando oramus, mendici Dei sumus: ante januam magni Patrisfamilias stamus, imò etiam prosternimur: supplices ingemiscimus, aliquid volentes accipere; & ipsum aliquid, ipse Deus est. Quid à te petit mendicus? Panem. Et tu, quid petis à Deo, nisi Christum

qui dicit : Ego sum panis vi-  
vus , qui de cœlo descendi ?  
Ignosci vobis vultis ? ignô-  
cite : remittite , & remittetur  
vobis . Accipere vultis ? date ,  
& dabitur vobis .

*R.* Séraphim clamabant al-  
ter ad alterum : \* Sanctus ,  
Sanctus , Sanctus Dóminus  
Deus exercituum ; † Plena  
est omnis terra glóriâ ejus .  
‡ Tres sunt qui testimonium  
dant in cœlo , Pater , Verbum ,  
& Spíritus sanctus ; & hi tres  
unum sunt : \* Sanctus . Glória .  
† Plena est . *If.* 6. 1. *Joan.* 5.  
Te Deum .

## A D L A U D E S .

*Ant.* **V**erbo Dómini cœli  
8. G. firmati sunt , & spi-  
ritu oris ejus omnis virtus eó-  
rum . *Pf.* 32 .

*Ant.* 1. g. Unus Deus &  
Pater omnium , qui est su-  
per omnes , & per omnia , &  
in omnibus nobis . *Ephes.* 4 .

*Ant.* 2. D. Deus erat Ver-  
bum : in ipso vita erat , &  
vita erat lux hóminum ; &  
lux in ténebris lucet . *Joan.* 1 .

*Ant.* 3. a. In uno Spíritu  
omnes nos in unum corpus  
baptizati sumus . 1. *Cor.* 12 .

*Ant.* 5. a. Benedicentes Dó-  
minum , exaltate illum quan-  
tum potestis ; major est enim  
omni laude . *Eccli.* 43 .

*Capitulum.* Apocal. 7 .

**B**enedictio , & claritas , &  
sapientia , & gratiarum  
actio , honor , & virtus , & for-  
titudo Deo nostro in sécula se-  
culorú : Amē . *R.* Deo grátias .

*Hymnus.*

**O** luce quæ tuâ lates ,  
Beata semper Trinitas ;  
Te confitemur , credimus ,

Piôque corde quærimus .

O sancte sanctorum Pater !  
O Nare de Deo Deus !  
O caritatis vinculum ,  
Jungens utrumque Spíritus !

Ut se videt totum Pater ,  
Coæva Proles nascitur ;  
Amorque quo se diligunt ,  
Et ipse procedit Deus .

Est totus in Nato Pater ,  
In Patre totus Filius ;  
Natoque plenus ac Patre  
Inest utrique Spíritus .

Quod Natus est , hoc Spí-  
ritus ;

Hoc est uterque quod Pater :  
Tres una summa Veritas ,  
Tres una summa Caritas .

Æterna Patri glória ,  
Natoque sit cum Spíritu ,  
Qui vivit & regnat Deus  
In seculorum sécula . Amen .

‡. Quis loquetur potências  
Dómini ? *R.* Auditas faciet  
omnes laudes ejus ? *Pf.* 105 .

*Ad Benedictus.* *Ant.* 8. G.  
Benedicat nos Deus , Deus  
noster , benedicat nos Deus , &  
méтуant eum omnes fines ter-  
ræ . *Pf.* 66 .

*Oratio.*

**O**Mnípotens , sempiternæ  
Deus , qui dedisti famu-  
lis tuis in confessione veræ  
fidei , æternæ Trinitatis gló-  
riam agnoscere , & in potén-  
tia majestatis adorare Unitá-  
tem ; quæsumus ut ejusdem  
fidei firmitate , ab omnibus  
semper muniámur adversis ;  
Per Dóminum .

*Pro Commem. Dominica.*

*Ant.* Nolite condemnare ;  
& non condemnabimini :  
eâdem quippe mensurâ quâ  
mensi fueritis , remetietur vo-  
bis . *Luc.* 6 .

Ÿ. Mane astábo tibi, Dómine, & vidébo; R. Quóniam non Deus volens iniquitatem tu es. *Pf. 5.*

*Oratio.*

**D**Eus, in te sperantium fortitúdo, adesto propitius invocatióibus nostris: & quia sine te nihil potest mortális infirmitas, præsta auxiliúm grátie tuæ, ut in exequendis mandátis tuis, & voluntáte tibi & actiône placeámus; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

A D P R I M A M.

*Ant. Verbo.*

*Dicitur Symb. Quicumque.*

A D T E R T I A M.

*Ant. Unus Deus.*

*Capitulum. Rom. 15.*

**D**Eus det vobis idipsum sapere in altérutrum secundum Jesum Christum, ut unánimes uno ore honorificétis Deum & Patrem Dómini nostri Jesu Christi.

R. *br. Exaltáte Dóminum Deum nostrum, \* Allelúia, allel. Repet. Exaltáte. Ÿ. Adoráte in monte sancto ejus, \* Allelúia. Ÿ. Glória Patri. Exaltáte. Pf. 98.*

Ÿ. Jubiláte Deo, omnis terra, R. Servíte Dómino in lætítia. *Pf. 99.*

A D S E X T A M.

*Ant. Deus erat.*

*Capitulum. Gal. 1.*

**G**Rátia vobis & pax à Deo Patre & Dómino nostro Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccátis nostris, ut eriperet nos de præfenti século nequam, secundum voluntatem Dei & Patris

nostri cui est glória in sécula seculórum. Amen.

R. *br. Deus misereátur nostri, & benedicat nobis. \* Allelúia, allelúia. Repet. Deus. Ÿ. Illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri. \* Allelúia. Ÿ. Glória Patri. Deus. Pf. 66.*

Ÿ. Miséricors Dóminus & justus; R. Et Deus noster miserétur. *Pf. 114.*

A D N O N A M.

*Ant. Benedicentes.*

*Capitulum. Ephes. 5.*

**I**mplémini Spíritu sancto; loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritalibus, cantantes & psallentes in córdibus vestris Dómino, grátias agentes semper pro ómnibus in nómine Dómini nostri Jesu Christi, Deo & Patri.

R. *br. Quis Deus magnus sicut Deus noster? \* Allelúia, allelúia. Repet. Quis. Ÿ. Tu es Deus qui facis mirabilia. \* Allelúia. Ÿ. Glória Patri. Quis. Pf. 76.*

Ÿ. Cantent in viis Dómini, R. Quóniam magna est glória Dómini, *Pf. 137.*

A D I I. V E S P E R A S.

*Ant. Scimus quod nullus est 3. a. S* Deus nisi unus: nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cælo, sive in terra; nobis tamen unus Deus. *1. Cor. 8.*

*Ant. 4. E. Nobis unus Deus, Pater, ex quo ómnia, & nos in illum. 1. Cor. 8.*

*Ant. 6. Unus Dóminus Jesus Christus, per quem ómnia, & nos per ipsum. 1. Cor. 8.*

*Ant. 8. G. Unus Spíritus,*

unus Dominus, una fides, unum baptisma. *Ephes. 4.*

*Ant. 1. g.* Ipse Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. *Rom. 8.*

*Capitulum. 2. Cor. 13.*

**G**RATIA Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.

*Hymnus, Ter sancte. ut in 1. Vesperis, 151.*

ÿ. Benedictum nomen maiestatis ejus in æternum; R. Et replebitur maiestate ejus omnis terra. *Pf. 71.*

*Ad Magnificat. Ant. 7. G.*

In Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. *Jud. 20.*

*Oratio. Omnipotens. supra ad Laudes.*

*Pro Commem. Dominica.*

*Ant.* Non est discipulus super magistrum; perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus. *Luc. 6.*

ÿ. In Deo laudabimur totâ die; R. Et in nomine tuo confitebimur in sæculum. *Pf. 43.*

*Oratio, Deus, in te sperantium. ut supra, 158.*

AD COMPLETORIUM.

*Psalmi & Capitul. de Dominica. Cetera ut heri, 152.*

I N F E R I I S

P E R A N N U M.

*Omnia dicuntur ut in Psalterio, prater ea que sunt propria unicuique Feriæ. Oratio Dominica præcedentis.*

FERIA SECUNDA.

De libro primo Regum.

*Lectio j. Cap. 2.*

**F**ilii Heli, filii Béal, nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum: sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscínulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, sive in cacabum; & omne quod levabat fuscínula, tollebat sacerdos sibi: sic faciebant universo Israël venientium in Silo. Etiam antequam adolèrent adipem, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi carnem ut coquam sacerdoti; non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. Dicebatque illi immolans: Incendatur primum juxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcumque desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei: Nequaquam; nunc enim dabis, alioquin tollam vi. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino; quia retrahébant homines à sacrificio Domini.

R. Dilectus à Domino Deo suo Samuel Propheta Domini, renovavit imperium: \* In lege Domini congregationem judicavit, & cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis. ÿ. Deus sorte distribuit patribus terram, & post hæc dedit Júdes usque ad Samuel Prophetam. \* In lege Domini. *Eccli. 46. Act. 13.*

## Lectio ij.

**S**amuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo. Et tunicam parvam faciebat ei mater sua, quam afferbat statutis diebus, ascendens cum viro suo, ut immolaret hostiam solemnem. Et benedixit Heli Elcanæ & uxori ejus; dixitque ei: Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fornore quod commodasti Dño. Et abiérunt in locum suum. Visitávit ergo Dñs Annam, & concépit, & péperit tres filios, & duas filias: & magnificátus est puer Sámuel apud Dóminum.

R. Dixit Sámuel ad universum Israël: Nolite declinare post vana quæ non próderunt vobis; & non derelinquet Dóminus pópulum suum. Quòd \* Si perseveráveritis in malitia, peribitis. V. Nescitis quóniam servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obediçionis ad justitiam. \* Si. 1. Reg. 12. Rom. 6.

## Lectio iij.

**H**eli autem erat senex valde, & audivit ómnia quæ faciebant filii sui universo Israël, & quómòdò dormiebant cum mulieribus quæ observábant ad óstium tabernáculi; & dixit eis: Quare facitis res hujuscémodi quas ego áudio, res péssimas, ab omni pópulo? Nolite, filii mei; non enim est bona fama quam ego áudio, ut trãngredi faciátis pópulum Dómini. Si peccáverit vir in virum, placári ei potest Deus: si autem in Dóminum peccáverit

vir, quis orábit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui; quia voluit Dóminus occidere eos. Puer autem Sámuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Dómino quam hominibus.

R. Si in toto corde vestro revertimini ad Dóminum, \* Auferte deos aliénos de médio vestri, & † Præparáte corda vestra Dómino, & servite ei soli. V. Genus cum simus Dei, non debémus æstimare auro, aut argento, aut lapidi Divinum esse simile. \* Auferte. Glória Patri. † Præparáte. 1. Reg. 8. Act. 17.

## FERIA TERTIA.

De libro primo Regum.

## Lectio j.

Cap. 3.

**P**uer Sámuel ministrabat Dómino coram Heli, & sermo Dómini erat pretiósus in diebus illis: non erat visio manifesta. Factum est ergo in die quadam, Heli jacébat in loco suo, & óculi ejus caligáverant, nec póterat vidére: lucerna Dei ántequàm extingueretur, Sámuel dormiebat in templo Dómini, ubi erat arca Dei. Et vocávit Dóminus Sámuel. Qui respondens, ait: Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego; vocasti enim me. Qui dixit: Non vocávi; revértere, & dormi. Et ábiit, & dormívit. Et adjécit Dóminus rursus vocáre Samuélem. Consurgensque Sámuel ábiit ad Heli, & dixit: Ecce ego; quia vocasti me. Qui respondit: Non vocávi te, fili mi; revértere, & dormi. Porrò Sámuel necdum sciébat Dóminum,

num,

num, neque revelatus fuerat ei sermo Domini.

R. Deus plebis Israël eduxit patres nostros de terra Aegypti, & dedit eis Iudices usque ad Samuel Prophetam: exinde postulaverunt regem; \* Et dedit illis Deus Saul virum de tribu Benjamin. V. Dixerunt majores natu Israël Samueli: Constitue nobis regem, ut iudicet nos. \* Et dedit illis. Act. 13. 2. Reg. 8.

## Lectio ij.

ET adjecit Dominus, & vocavit adhuc Samuel tertio. Qui confurgens abiit ad Heli, & ait: Ecce ego; quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum; & ait ad Samuel: Vade, & dormi; & si deinceps vocaverit te, dices: Loquere, Domine; quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormivit in loco suo. Et venit Dominus, & stetit; & vocavit, sicut vocaverat secundo: Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere, Domine; quia audit servus tuus. Et dixit Dominus ad Samuel: Ecce ego facio verbum in Israël; quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures ejus. In die illa suscitabo adversum Heli omnia quæ locutus sum super domum ejus: incipiam, & complebo. Prædixi enim ei quod iudicaturus essem domum ejus in æternum, propter iniquitatem, eo quod nôverat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos. Idcirco juravi domui Heli, quod non expieretur iniquitas domus ejus victimis &

MIR. Pars Æstiva.

muneribus usque in æternum. Dormivit autem Samuel usque mane, aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.

R. Dixit Samuel ad Saul: Percute Amalec, non parcas ei: & pepercit Saul Agag. Et ait Samuel ad Saul: \* Pro eo quod abjecisti sermonem Domini, abjecit te Dominus. V. Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. \* Pro. 1. Reg. 15. Jac. 2.

## Lectio iij.

VOCavit ergo Heli Samuellem, & dixit: Samuel fili mi. Qui respondens, ait: Præsto sum. Et interrogavit eum: Quis est sermo quem locutus est Dominus ad te? oro te ne celaveris me. Hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, si absconderis à me sermonem ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi. Indicavit itaque ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo. Et ille respondit: Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat. Crevit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram. Et cognovit universus Israël, à Dan usque Bersabec, quod fidelis Samuel Propheta esset Domini. Et addidit Dominus ut appareret in Silo, quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, juxta verbum Domini. Et evenit sermo Samuelis universo Israël.

R. Numquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius ut obediatur voci Dô-

\* I

mini? \* Mélior est enim obedientia quam victimæ. *ψ.* Qui permanserit in lege factor operis, hic beatus in facto suo erit. \* Mélior. Glória Patri.

\* Mélior. 1. Reg. 15. Jac. 1.

FERIA QUARTA.

De libro primo Regum.

*Lectio j.* Cap. 4.

**E**T factum est in diebus illis, convenérunt Philisthiim in pugnam: & egressus est Israël obviam Philisthiim in prælium, & castrametatus est juxta Lapidem adjutorii. Porrò Philisthiim venérunt in Aphec, & instruxérunt aciem contra Israël. Inito autem certamine, terga vertit Israël Philisthæis; & caesa sunt in illo certamine passim per agros quasi quatuor millia virorum. Et reversus est populus ad castra; dixeruntque majores natu de Israël: Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthiim? Afferamus ad nos de Silo Arcam fœderis Domini; & veniat in médium nostrum, ut salvet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in Silo, & tulérunt inde Arcam fœderis Domini exercituum sedentis super Chérubim; erantque duo filii Heli cum Arca fœderis Dei, Ophni & Phinees.

*R.* Dilectus 159.

*Lectio ij.*

**P**UGNAVÉRUNT ergo Philisthiim, & cæsus est Israël, & fugit unusquisque in tabernaculum suum: & facta est plaga magna nimis; & ceciderunt de Israël triginta millia peditum. Et Arca Dei

capta est: duo quoque filii Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. Currens autem vir de Benjamin ex acie, venit in Silo in die illa, scissâ veste, & conspersus pulvere caput. Cùmque ille venisset, Heli sedébat super sellam contra viam spectans. Erat enim cor ejus pavens pro Arca Dei. Vir autem ille postquam ingressus est, nuntiavit urbi; & ululavit omnis civitas. Et audivit Heli sonitum clamoris, dixitque: Quis est hic sonitus tumultus hujus? At ille festinavit, & venit, & nuntiavit Heli.

*R.* Dixit Samuel. 160.

*Lectio iij.*

**H**ELI autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi ejus caligaverant, & vidére non poterat. Et dixit ad Heli: Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum est, fili mi? Respondens autem ille qui nuntiabat: Fugit, inquit, Israël coram Philisthiim, & ruina magna facta est in populo: insuper & duo filii tui mortui sunt, Ophni & Phinees; & Arca Dei capta est. Cùmque ille nominasset Arcam Dei, cecidit de sella retrorsum juxta ostium, & fractis cervicibus mortuus est. Senex enim erat vir, & grandævus: & ipse judicavit Israël quadraginta annis. Nurus autem ejus, uxor Phinees, prægnans erat, vicinaque partui: & audito nuntio quòd capta esset Arca Dei, & mortuus esset focer suus, & vir suus, incurvavit se, &

peperit; irruerant enim in eam dolores subiti. In ipso autem momento mortis ejus, dixerunt ei quae stabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperisti.

Rz. Si in toto corde. 160.

¶ Si crastina die occurrat Festum Solemne quodlibet etiam I. Ordinis, transfertur in Feriam sextam sequentem: de eoque fiet Commemoratio in II. Vesperis Festi Corporis Christi.

Si vero occurrat Festum Multiplex dicta die, transfertur post Octavam.

Fiet vero de Duplici quocumque intra Octavam occurrente, nisi in Dominicam incidat.

De Festo Semiduplici vel Simplici nulla fit Commem. in ipso die Festi Corporis Christi, neque transferuntur; sola vero de iis fiet Commemor. in quocumque diem intra Octavam inciderint.]

# IN F E S T O C O R P O R I S C H R I S T I.

## S O L E M N E I I. O R D I N I S.

### IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Feria.*

*Ant.* **F**aciet Dominus omnibus populis in monte Sion convivium pinguium, convivium medullatorum.

*Is.* 25.

*Ant.* 2. D. Venient, & laudabunt in monte Sion: & confluent ad bona Domini super frumento & vino. *Jerem.* 31.

*Ant.* 3. a. Triticum comedent, & vinum bibent in atriis sanctis. *Is.* 62.

*Ant.* 4. E. Erit anima eorum quasi hortus irriguus, & ultra non esurient. *Jerem.* 31.

*Ant.* 5. C. Quid bonum ejus est, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? *Zach.* 9.

### Capitulum. Eccli. 24.

**M**emoria mea in generationibus seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur.

Rz. Hæc dicit Dominus: consolabor eos & \* Inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur. *ψ.* Dixit Jesus Judæis: Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. \* Inebriabo. *Glória.* Inebriabo. *Jerem.* 31. *Joan.* 6.

*Hymnus.*

**P**ANGE, lingua, gloriosi Corporis mysterium, Sanguinisque pretiosi Quem in mundi pretium, Fructus ventris generosi, Rex effudit gentium.

NOBIS datus, nobis natus  
Ex intaéta Virgine,  
Et in mundo converfatus,  
Sparfo verbi fémine,  
Sui moras incolátus  
Miro claufit ordine.

In fupremæ nocte cœnæ  
Recumbens cum frâtribus,  
Obfervâtâ lege plenè  
Cibis in legalibus,  
Cibum turbæ duodénæ  
Se dat fuis mânibus.

VERBUM caro panem verum  
Verbo carnem éfficit:  
Fitque fanguis Chrifti me-  
rum;

Et fi fensus déficit,  
Ad firmandum cor fíncérum  
Sola fides fufficit.

TANTUM ergo Sacramen-  
tum

Venerémur cernui;  
Et antiquum documentum  
Novo cedat ritui:  
Præftet fides fupplementum  
Sénfuum deféctui.

GENITORI, Genitoque  
Laus & jubilatio,  
Salus, honôr, virtus quoque  
Sit & benedíctio:  
Procedenti ab utrôque  
Compar fit laudatio.

Amen.

Ï. Edent páuperes, & fatu-  
rábuntur; R. Vivent corda  
córur in féculum. *Pf. 21.*

*Ad Magnificat. Ant. 6.*  
Omnes fitientes, veníte ad  
aquas; properáte, & comédi-  
te: & veníte ad me, & vivet  
ánima veftra, allelúia. *If. 55.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM.

*Pfalms de Feria, fub*

*Ant. 4. a.* Agnum ófferes  
ad vèfperam, in odórem fua-  
vitátis: facríficium eft Dó-

mino oblatióne perpétuâ;  
*Exod. 29.*

*In fine Hymni, Doxologia,*  
QUI carne nos pascis tuâ,  
Sit laus tibi, Paftor bone,  
Cum Patre, cumque Spírítu,  
In fempiterna fécula.

Amen.

*Sicque per Octavam ad om-  
nes Horas in fine Hymnorum  
ejusdem metri.*

AD OFFICIUM NOCTUR.

*Invit.* Panem vitæ Jefum  
Chriftum Dóminum, \* Veni-  
te, adóremus. *Joan. 6.*

*Pf. 94. Venite. 2.*

*Hymnus.*

SACRIS folémniis Junéta  
fint gáudia,  
Et ex præcórdiis Sonent  
præcónia:

Recédant vétéra, Nova fint  
ómnia,

Conda, voces, & ópera.

NOCTIS recólitur Cœna no-  
víffima,

Quâ Chriftus créditur Ag-  
num & ázyna

Dediffe frâtribus, Juxta  
legítima

Prifcis indulta pátribus.

POST agnum typicum, Ex-  
plétis épulis,

Corpus Dóminicum Datum  
discípulis,

Sic totum ómnibus, Quod  
totum fingulis,

Ejus fatémur mânibus.

DEDIT fragílibus Córporis  
férculum;

Dedit & tríftribus Sânguinis  
póculum,

Dicens: Accípíte Quod  
trado váfculum;

Omnes ex eo bíbite.

Sic facríficium Iftud infituit,

Cujus officium Committi  
vóluit

Solis Presbyteris , Quibus  
fic congruit

Ut fumant , & dent céteris.

PANIS angélicus Fit panis hó-  
minum :

Dat panis cœlicus Figúris  
términum :

O res mirábilis ! Mandúcat  
Dóminum

Pauper , fervus , & húmi-  
lis.

TE, trina Déitas , Unaque ,  
pófcimus ;

Sic nos tu vífitas Sicut te  
cólimus :

Per tuas fémitas Duc nos  
quò téndimus ,

Ad lucem quam inhábitas.  
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Quid est homo.

*Pſalmus 8.*

**D**omine, Dóminus no-  
ſter, \* quàm admirá-  
bile eſt nomen tuum in  
univerſa terra !

Quóniam eleváta eſt ma-  
gnificéntia tua \* ſuper cœ-  
los.

Ex ore infantium & lactén-  
tium perfeciſti laudem prop-  
ter inimicos tuos , \* ut dé-  
ſtruas inimicum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos  
tuos , ópera digitorum tuó-  
rum ; \* lunam & ſtellas , quæ  
tu fundafi.

Quid eſt homo , quòd me-  
mor eſt ejus ? \* aut filius hó-  
minis , quóniam víſitas eum ?

Minuiſti eum paulò minus  
ab Angelis , glóriã & honóre  
coronaſti eum : \* & conſtituiſti  
eum ſuper ópera mánuum  
tuarum ,

Omnia ſubjeciſti ſub pédi-  
bus ejus , \* oves & boves uni-  
verſas , inſuper & pécora cam-  
pi ;

Vólucres cœli , & piſces  
maris , \* qui perámbulant fé-  
mitas maris.

Dómine, Dóminus noſter , \*  
quàm admirábile eſt nomen  
tuum in univerſa terra !

Ant. Quid eſt homo , Dó-  
mine , quòd memor eſt ejus ?  
aut filius hóminis , quóniam  
víſitas eum ?

Ant. 5. a. Paraſti.

*Pſalmus 22.*

**D**ominus regit me , &  
nihil mihi déerit ; \* in  
loco páſcuæ ibi me collocá-  
vit.

Super aquam reſectiónis  
educávit me , \* ánimam meam  
convertit.

Deduxit me ſuper fémitas  
juſtitiæ , \* propter nomen ſuú.

Nam & ſi ambulávero in  
médio umbræ mortis , non  
timébo mala , \* quóniam tu  
mecum eſ.

Virga tua , & báculus tuus , \*  
ipſa me conſoláta ſunt.

Paraſti in conſpectu meo  
menſam , \* adverſus eos qui  
tríbulant me.

Impinguafi in óleo caput  
meum : \* & calix meus iné-  
brians quàm præclárus eſt !

Et miſericórdia tua ſubſe-  
quétur me \* ómnibus diébus  
vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo  
Dómini , \* in longitudinem  
diérum.

Ant. Paraſti , Dómine , in  
conſpectu meo menſam , &  
calix meus inébrians quàm  
præclárus eſt !

*Ant. 3. a. Dominus.*

*Psalmus 15.*

**C**onserva me, Domine, quoniam speravi in te: \* dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui sunt in terra ejus, \* mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum: \* postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: \* nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meae & calicis mei: \* tu es qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in praeclearis: \* etenim hereditas mea praecleara est mihi.

Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum: \* insuper & usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providēbam Dominum in conspectu meo semper: \* quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc latatum est cor meum, & exultavit lingua mea; \* insuper & caro mea requiescet in spe:

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: \* nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitae; adimplebis me latitia cum vultu tuo: \* delectationes in dextera tua usque in finem.

*Ant. Dominus pars hereditatis meae & calicis mei;*

hereditas mea praecleara est mihi.

ψ. Visitasti terram & inebriasti eam: R. Multiplicasti locupletare eam. *Pf. 64.*

De libro Exodi.

*Lectio j.*

Cap. 12.

**D**ixit Dominus ad Moysen & Aaron in terra Aegypti: Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universum coetum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mensis huius tollat unusquisque agnum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus ut sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui junctus est domui suae, juxta numerum animarum quae sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus: juxta quem ritum tollētis & haedum. Et servabitis eum usque ad quartam-decimam diem mensis huius: immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vespeream. Et sument de sanguine ejus, ac ponent superliminibus domorum in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrēstibus.

R. Immolabit agnum multitudo filiorum Israel ad vespeream Paschae, & edent carnes & azymos panes. \* Quicumque comederit fermentatum, peribit. ψ. Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur in azymis sinceritatis & veritatis.

\* Quicumque comederit.  
Exod. 12. 1. Cor. 5.

Lectio ij. Cap. 16.

**L**ocutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: Audivi murmuraciones filiorum Israël; loquere ad eos: Vespere comeditis carnes, & mane saturabimini panibus; scietisque quod ego sum Dominus Deus vester. Factum est ergo vespere, & ascendens coturnix cooperuit castra: mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset superficiem terrae, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilotum, in similitudinem pruinæ super terram. Quod cum vidissent filii Israël, dixerunt ad invicem: Manhu? quod significat, Quid est hoc? ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum.

R. Apparuit in solitudine minutum in similitudinem pruinæ super terram. Quod cum vidissent filii Israël, ait eis Moyses: \* Iste est panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum. ¶ Non Moyses dedit vobis panem de caelo; sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum. \* Iste est. Exod. 16. Joan. 6.

De libro tertio Regum.

Lectio iij. Cap. 19.

**V**enit Elias in Bersabee Juda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum, viam unius diei. Cumque venisset, & sederet subter unam juniperum, petiit animæ suæ ut moreretur,

& ait: Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam; neque enim melior sum quam patres mei. Projecitque se, & obdormivit in umbra juniperi: & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit, & rursus obdormivit. Reversusque est Angelus Domini secundo, & tetigit eum, dixitque illi: Surge, comede; grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb.

R. Respexit Elias, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo & bibit, & ambulavit usque ad montem Dei, \* In fortitudine cibi illius. ¶ Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. \* In fortitudine. Glória. \* In fortitudine cibi illius. 3. Reg. 19. Joan. 6.

## IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. C. Transibo.

Psalmus 41.

**Q**uemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita desiderat anima mea ad te, Deus.

Sirivit anima mea ad Deum fortem, vivum: \* quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, \*

dum dicitur mihi quotidie:  
Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, \* quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis & confessionis, \* sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? \* & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est; \* propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermonim a monte modico.

Abyssus abyssum invocatur, \* in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui \* super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam, \* & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ, \* dicam Deo: Susceptor meus es;

Quare oblitus es mei? \* & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, \* exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei;

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es, anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salu-

tare vultus mei, & Deus meus.

*Ant.* Transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei: in voce exultationis & confessionis sonus epulantis.

*Ant.* 7. d. Introibo.

*Psalms* 42.

**J**udica me, Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: \* ab homine iniquo & doloso erue me;

Quia tu es, Deus, fortitudo mea: \* quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam & veritatem tuam: \* ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei, \* ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: \* quare tristis es, anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, & Deus meus.

*Ant.* Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam.

*Ant.* 1. f. Circumdabo.

*Psalms* 25.

**J**udica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, \* & in Domino sperans, non infirmabor.

Proba me, Domine, & tenta me; \* ure renes meos & cor meum;

Quóniam misericórdia tua ante óculos meos est , \* & complácuí in veritate tua.

Non sedi cum concílio vanitátis , \* & cum iníqua geréntibus non introibo.

Odívi ecclésiám malignántium , \* & cum impiis non sedébo.

Lavábo inter innocentes manus meas , \* & circúmdabo altáre tuum , Dómine ;

Ut áudiam vocem laudis , \* & enarrem uníversa mirabília tua.

Dómine , dilexi decórem domús tuæ , \* & locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis , Deus , ánimam meam , \* & cum viris sánguinum vitam meam.

In quorum máribus iniquitátes sunt : \* dextera eórum repléta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingressus sum ; \* rédime me , & miserére meí.

Pes meus stetit in directo ; \* in ecclésiis benedicam te , Dómine.

*Ant.* Circúmdabo altáre tuum , Dómine ; ut áudiam vocem laudis & enarrem mirabília tua.

Ÿ. Replébimur in bonis domús tuæ : R. Sanctum est templum tuum , mirábile in æquitáte. *Pf.* 64.

Sermo sancti Thomæ Aquinátis.

*Lectio iv. Opusc. 57.*

**I**mmensa divínæ largitátis beneficia exhibita pópulo Christiáno , inæstimáblem ei cónferunt dignitátem. Neque enim est aut fuit ali-

quando tam grandis natio , quæ hábeat deos appropinquantes sibi , sicut adest nobis Deus noster. Unigénitus síquidem Dei Fílius suæ divinitátis volens nos esse partícipes , nostram natúram assumpsit , ut hómines deos faceret factus homo. Et hoc insuper quod de nostro assumpsit , totum nobis cóntulit ad salutem. Corpus namque suum pro nostra reconciliatióne in ara crucis hóstiam obtulit Deo Patri : sánguinem suum fudit in pretium simul & lavácrum ; ut redempti à miserábili servitute , à peccátis omnibus mundarémur. Et ut tanti beneficii jugis in nobis maneret memoria , corpus suum in cibum , & sánguinem suum in potum , sub spécie panis & vini sumendum , fidélibus dereliquit.

R. Memóriam fecit mirabílium suórum misericors & miserátor Dóminus : \* Escam dedit timéntibus se : Memor erit in séculum testamenti sui. Ÿ. Jesus cum dilexisset suos qui erant in mundo , in finem dilexit eos. \* Escam dedit. *Pf.* 110. *Jóan.* 13.

*Lectio v.*

**O** Pretiósus & admirandum convívium , salútíferum , & omni suavitate replétum ! Quid enim hoc convívio pretiósius esse potest , in quo non carnes vitulórum & hircórum , ut olim in lege , sed nobis Christum sumendus proponitur verus Deus ? Quid hoc Sacramento mirabílius ? In ipso namque panis & vinum in corpus &

fanguinem Chrifti fubftantiãliter convertuntur. Ideoque Chriftus Deus & homo perfectus, fub módici panis & vini fpécie continetur. Manducatur itaque à fidèlibus, fed mínimè laceratur : quinimo, divifo Sacramento, fub quãlibet divifionis particulã integer perfeverat. Accidentia etiam fine fubjecto in eodem exiftunt ; ut fides locum habeat, dum vifibile invifibilitèr fùmitur fub alièna fpécie occultatum ; & fenfus à deceptione immunes reddantur, qui de accidentibus iudicant fibi notis.

R. Cœnantibus difcipulis, accèpit Iefus panem, & \* Benedixit, ac fregit, deditque eis, & ait : Accipite, & comedite ; hoc eft corpus meum. *ÿ.* Panem cœli dedit eis : panem Angelorum manducavit homo. \* Benedixit. *Matt. 26. Pf. 77.*

*Leftio vj.*

**N**ULLUM etiam Sacramentum eft ifto falubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium fpiritualium charifmatum abundantia impinguatur. Offeritur in Ecclefia pro vivis & mortuis ; ut omnibus profic, quod eft pro falute omnium inftitutum. Suavitatem denique hujus Sacramenti nullus dignè exprimere fufficit ; per quod fpiritualis dulcedo in fuo fonte guffatur, & recolitur memoria illius, quam in fua paffione Chriftus monftravit, excellentiffimæ caritatis. Unde ut arctius hujus caritatis immenfitas fidè-

lium cordibus infigeretur, in ultima cœna, quando, Pafchâ cum difcipulis celebrato, tranfiturus erat de hoc mundo ad Patrem, hoc Sacramentum inftituit, tamquam paffionis fuæ memoriale perenne, figurarum veterum impletivum, miraculorum ab ipfo factorum maximum, & de fua contriftatis abfentia folatium fingulare.

R. Accipiens Iefus calicem, grãtias egit, & dedit illis, dicens : \* Bibite ex hoc omnes ; hic eft enim fanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remiffionem peccatorum. *ÿ.* Hic eft fanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobifcum. \* Bibite. Glòria Patri. † Pro. *Matth. 26. Exod. 24.*

**IN III. NOCTURNO.**  
*Ant. 8. G. Cibavit.*

*Pfalms 80.*

**E**Xultate Deo adjutori nostro : \* jubilate Deo Jacob.

Sumite psalmum, & date tympanum ; \* psalterium jucundum cum cithara :

Buccinate in Neomenia tuba, \* in infigni die solemnitatis vestræ :

Quia præceptum in Israël eft, \* & iudicium Deo Jacob :

Testimonium in Ioseph pofuit illud, cum exiret de terra Ægypti ; \* linguam, quam non noverat, audivit :

Divertit ab oneribus dorsum ejus ; \* manus ejus in eophino servièrunt.

In tribulatione invocastime, & liberavi te ; \* exaudivi

te in abscondito tempestatibus: probavi te apud aquam contradictionis.

Audi, populus meus, & contestabor te: \* Israël, si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis deum alienum:

Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Egypti: \* dilata os tuum, & implebo illud.

Et non audivit populus meus vocem meam, \* & Israël non intendit mihi:

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, \* ibunt in adinventionibus suis.

Si populus meus audisset me, \* Israël si in viis meis ambulasset:

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, \* & super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini mentiti sunt ei, \* & erit tempus eorum in secula.

Et cibavit eos ex adipi frumenti; \* & de petra, melle saturavit eos.

*Ant.* Cibavit eos ex adipi frumenti; & de petra, melle saturavit eos.

*Ant.* 4. E. Parasti.

*Psalmus 64.*

**T**E decet hymnus, Deus, in Sion; \* & tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam: \* ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum pravaverunt super nos; \* & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti, &

assumpsisti; \* inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuae; \* sanctum est templum tuum, mirabile in equitate.

Exaudi nos, Deus salutaris noster, \* spes omnium finium terrae, & in mari longè;

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia; \* qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: \* exitus matutini & vespere delectabis.

Visitasti terram, & inebriasti eam; \* multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum; \* quoniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus; \* in stillicidiis ejus latabitur germenans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ; \* & campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa deserti, \* & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: \* clamabunt etenim hymnum dicent.

*Ant.* Parasti, Domine, cibum illorum, quoniam ita est præparatio ejus.

*Ant.* 6. Cor meum.

*Psalmus 83.*

**Q**uam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! \*

concupifcit & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum & caro mea \* exultavérunt in Deum vivum.

Etenim paffer invénit fibi domum, \* & turtur nidum fibi, ubi ponat pullos fuos.

Altária tua, Dómine virtutum; \* Rex meus & Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine! \* in fécula féculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus eft auxiliium abs te; \* afcenfiones in corde fuo difpofuit, in valle lacrymarum, in loco quem pofuit.

Etenim benedictiónem dabit legifátor, ibunt de virtute in virtutem: \* vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtutum, exaudi orationem meam; \* áuribus percipe, Deus Jacob.

Protectór noster, áfpice, Deus; \* & réfpice in faciem Chrifti tui:

Quia mélior eft dies una in átriis tuis \* fuper millia.

Elégi abjectus effe in domo Dei mei, \* magis quam habitare in tabernaculis peccatórum.

Quia mifericórdiam & veritatem diligit Deus; \* grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia: \* Dómine virtutum, beátus homo qui fperat in te.

*Ant.* Cor meum & caro mea exultavérunt in Deum vivum.

*Ÿ.* Guftáte & vidéte quóniam fuávis eft Dóminus;

*R.* Beátus vir qui fperat in eo. *Pf.* 33.

Léctio fancti Evangélii fécundum Joannem.

*Léctio vij.* Cap. 6.

**I**N illo témpore; Dixit Iesus turbis Judæórum: Caro mea verè eft cibus, & fanguis meus verè eft potus. Et réliqua.

Homília fancti Hilarii Epifcopi.

*De Trinit.* Lib. 8. num. 13. & feq.

**S**I verè carnem córporis noftri Chriftus affumpfit, & verè homo ille qui ex María natus fuit, Chriftus eft, nosque verè fub myfterio carnem córporis fui fumimus; ( & per hoc unum érimus, quia Pater in eo eft, & ille in nobis ) quómódò voluntátis unitas afférítur, cum naturalis per Sacramentum proprietas perfectæ sacramentum fit unitatis? Non eft humano aut féculi fenfu in Dei rebus loquendum. Quæ fcripta funt, legámus; & quæ legérimus, intelligámus: & tum perfectæ fidei officio fungémur. De naturali enim in nobis Chrifti veritate quæ dicimus, nifi ab eo didícimus, ftultè atque impie dicimus. Ipfe enim ait: Caro mea verè eft efca, & fanguis meus verè eft potus. Qui edit carnem meam, & bibit fanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & fanguinis non relictus eft ambigendi locus. Nunc enim, & ipfius Dómini profefiõe, & fide noftá, verè caro eft, & verè fanguis eft. Et hæc accepta

atque hauftra id efficiunt , ut & nos in Chrifto , & Chriftus in nobis fit. Anne hoc veritas non eft ? Contingat planè his verum non efle , qui Chriftum Jefum verum efle Deum dénégant.

R. Caro mea verè eft cibus , & fanguis meus verè eft potus : \* Qui manducat meam carnem , & bibit meum fanguinem , in me manet , & ego in illo. *ÿ.* Comédite , amici , & bíbite ; & inebriámini , caríffimi : \* Qui manducat.

*Joan. 6. Cant. 5.*

*Lectio viij.*

**E**St ergo in nobis ipfe per carnem , & fumus in eo , dum fecum hoc quod nos fumus , in Deo eft. Quàm autem in eo per Sacramentum communicatæ carnis & fanguinis fimus , ipfe testatur , dicens : Et hic mundus me jam non videt : vos autem me vidébitis , quóniam ego vivo , & vos vivétis ; quóniam ego in Patre meo , & vos in me , & ego in vobis. Si voluntátis tantum unitatem intélligi vellet , cur gradum quemdam atque ordinem confummandæ unitátis expófit , nifi , ut cum ille in Patre per naturam divinitátis effet , nos contra in eo per corporalem ejus nativitétem , & ille rurfum in nobis per Sacramentórum inefle myfterium crederétur : ac fic perfecta per Mediatórem unitas docerétur , cum nobis in fe manéntibus ipfe manéret in Patre , & in Patre manens manéret in nobis , & ita ad unitatem Patris proficerémus ;

cum qui in eo naturaliter fecundum nativitétem ineft , nos quoque in eo naturaliter inefsemus , ipfo in nobis naturaliter permanente.

R. Sicut mifit me vivens Pater , & ego vivo propter Patrem : \* Et qui manducat me , & ipfe vivet propter me. *ÿ.* Ecce fervi mei comédent , ecce fervi mei bibent : & exultábo & gaudébo in populo meo. \* Et qui manducat me. *Joan. 6. If. 63.*

*Lectio ix.*

**Q**Uàm autem naturalis in nobis hæc unitas fit , ipfe ita testatus eft : Qui edit carnem meam , & bibit fanguinem meum , in me manet , & ego in eo. Non enim quis in eo erit , nifi in quo ipfe fuerit ; ejus tantum in fe afumptam habens carnem , qui fuam fumpferit. Perfectæ autem hujus unitátis sacramentum fuperius jam docuerat , dicens : Sicut mifit me vivens Pater , & ego vivo per Patrem ; & qui manducáverit meam carnem , & ipfe vivet per me. Vivit ergo per Patrem : & quo modo per Patrem vivit , eodem modo nos per carnem ejus vivimus. Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præfúmitur ; ut id de quo ágitur , fecundum propófitum exemplum afsequatur. Hæc ergo vitæ noftræ caufa eft , quod in nobis carnalibus manentem per carnem Chriftum habémus , vícturis nobis per eam eâ conditione quâ vivit ille per Patrem. Si ergo nos naturaliter fecundum carnem per eum

vivimus, id eſt, naturam carnis ſuæ adepti; quomodo non naturaliter ſecundum ſpiri- tum in ſe Patrem habeat, cum vivat ipſe per Patrem?

*R.* Unus panis unum corpus multi ſumus, \* Omnes qui de uno pane participamus. *Ÿ.* Paraſti in dulcedine tua páuperi, Deus, qui habitare facis unánimes in domo. \* Omnes. Glória. \* Omnes. 1. Cor. 10. Pf. 67.

Tc Deum.

A D L A U D E S.

*Pſalmi de Dominica.*

*Ant.* **D**ixit Jeſus: Amen, 1. g. **D**amen dico vobis: Ego ſum panis vivus qui de cælo deſcendi. *Joan. 6.*

*Ant.* 2. **D.** Ego ſum panis vitæ: patres veſtri manducaverunt Manna & mórtui ſunt; qui manducat hunc panem vivet in æternum. *Joan. 6.*

*Ant.* 3. g. Niſi manducaveritis carnem Filii hóminis, & biberitis ejus ſanguinem, non habébitis vitam in vobis. *Joan. 6.*

*Ant.* 4. a. Qui manducat.

*Canticum.* Prov. 9.

**S**apiéntia ædificávit ſibi domum, \* excídit columnas ſeptem.

Immolávit víctimas ſuas, \* miſcuit vinum, & propóſuit menſam ſuam.

Miſit ancillas ſuas, ut vocárent ad arcem, \* & ad mœnia civitátis.

Si quis eſt párvulus, véniat ad me; \* & inſipiéntibus locúta eſt:

Vénite, comédite panem meum, \* & bíbite vinum quod miſcui vobis.

Relinquire infantiam, & vivite, \* & ambuláte per vias prudentiæ.

Principium ſapiéntiæ timor Dómini, \* & ſciéntia ſanctorum prudentiæ.

Per me enim multiplicabuntur dies tui, \* & addentur tibi anni vitæ.

*Ant.* Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. *Joan. 6.*

*Ant.* 5. a. Quicumque manducáverit panem hunc, vel biberit cálicem Dómini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Dómini. 1. Cor. 11.

*Capitulum.* 1. Cor. 11.

**P**robet ſeiſum homo, & ſic de pane illo edat & de cálice bibat: qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Dómini.

*Hymnus.*

**V**ERBUM ſupernum pródiens,  
Nec Patris linquens dexteram,  
Ad opus ſuum éxiens,  
Venit ad vitæ vèſperam.

IN mortem à diſcipulo  
Suis tradendus æmulis,  
Prius in vitæ férculo  
Se tradidit diſcipulis.

QUIBUS ſub biná ſpécie  
Carnem dedit & ſanguinem;  
Ut dúpliciſ ſubſtántiæ  
Totum cibáret hóminem.

SE naſcens dedit fócium,  
Convèſcens in edulium:  
Se móriens in prètium,  
Se regnans dat in præmium.

O ſalutáris Hóſtia,  
Quæ cœli pandis óſtium;  
Bella premunt hoſtília;

Da robur, fer auxilium.

¶ QUI carne nos pascis tuâ,  
Sit laus tibi, Paſtor bone,  
Cum Patre, cumque Spiritu,  
In ſempiterna ſæcula.

Amen.

Ÿ. Quàm magna multitudò  
dulcèdinis tuæ, Dòmine!  
R. Quam abſcondiſti timèn-  
tibus te. *Pf.* 36.

*Ad Benedictus. Ant.* 1. D.  
Quotieſcumque manducà-  
bis panem hunc, & càlicem  
bibètis, mortem Dòmini an-  
nuntiàbitis, donec véniat.  
*1. Cor.* 11.

*Oratio.*

**D**Eus, qui nobis ſub Sa-  
cramento miràbili paſ-  
ſionis tuæ memóriam reliqui-  
ſti: tribue, quæſumus, ita  
nos còrporis & ſanguinis tui  
ſacra myſtèria veneràri, ut  
redemptionis tuæ fructum in  
nobis jùgiter ſentiamus; Qui  
vivis & regnas, &c.

*A D H O R A S,*

*In ſine Hymn. Doxologia,*  
Qui carne nos pascis tuâ, &c.  
*Pſalmi de Dominica.*

*A D P R I M A M.*

*Ant.* Dixit Jeſus.

*Non dicitur Symbolum,* Qui-  
cumque.

*In R. br. Ÿ.* Qui carne \* nos  
pascis tuâ, \* Miſerere nobis.

*A D T E R T I A M.*

*Ant.* Ego ſum panis.

*Capitulum.* 1. *Cor.* 11.

**F**Ratres; Ego accèpi à Dò-  
mino quod & tràdidì vo-  
bis, Quóniam Dòminus Je-  
ſus, in qua nocte tradebàtur,  
accèpit panem, & gràtias a-  
gens, fregit, & dixit: Acci-  
pite, & manducàte; hoc eſt  
corpus meum quod pro vobis

tradètur: hoc facite in meam  
commemoratiònem.

*R. br.* Pane cœli ſaturàvit  
eos, \* Allelúia, allel. Pane.  
Ÿ. Dirupit petram, & fluxè-  
runt aquæ, \* Allelúia. Glòria  
Patri. *Pf.* 104.

Ÿ. Conſiteantur Dòmino  
mirabilia ejus; *R.* Quia ani-  
mam inànem ſatiàvit bonis.  
*Pf.* 106.

*A D S E X T A M.*

*Ant.* Niſi.

*Capitulum.* 1. *Cor.* 10.

**U**T prudentibus loquor,  
vos ipſi judicàte quod  
dico: Calix benedicciónis cui  
benedicimus, nonne commu-  
nicatio ſanguinis Chriſti eſt?  
& panis quem fràngimus,  
nonne participatio còrporis  
Dòmini eſt?

*R. br.* Paraſti, Dòmine,  
in conſpectu meo menſam,  
\* Allelúia, allelúia. Paraſti.  
Ÿ. Adverſus eos qui tribu-  
lant me, \* Allelúia. Glòria  
Patri. *Pf.* 22.

Ÿ. Juſti epulentur, & exul-  
tent in conſpectu Dei, *R.* Et  
delectentur in lætitia. *Pf.* 67.

*A D N O N A M.*

*Ant.* Quicumque.

*Capitulum.* 1. *Cor.* 10.

**N**Olo vos ſócios fieri dæ-  
moniòrum. Non pote-  
ſtis càlicem Dòmini bibere,  
& càlicem dæmoniòrum: non  
potèſtis menſæ Dòmini parti-  
cipes eſſe, & menſæ dæmo-  
niòrum.

*R. br.* Lavàbo inter inno-  
centes manus meas, \* Alle-  
lúia, allelúia. Lavàbo. Ÿ. Et  
circumdabo altàre tuum, Dò-  
mine, \* Allelúia. Glòria Pa-  
tri. Lavàbo. *Pf.* 25.

Ÿ. Cùm hominibus operantibus iniquitatem : &c. Non communicabo cum electis eorum. *Pf. 140.*

AD II. VESPERA S.

*Ant. 1. D. Juravit Dominus.*

*Pſalmus 109.*

**D**ixit Dominus Domino meo : \* Sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos , \* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : \* dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : \* ex útero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus , & non poenitebit eum , \* Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis , \* confrégit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus , implebit ruinas ; \* conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : \* propterea exaltabit caput.

*Ant. Juravit Dominus , & non poenitebit eum : Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.*

*Ant. 2. D. Memoriam fecit.*

*Pſalmus 110.*

**C**onfitebor tibi , Domine , in toto corde meo ; \* in consilio justorum & congregatione.

Magna ópera Domini ; \* exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio & magnificentia

opus ejus ; \* & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum , misericors & miserator Dominus : \* escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui : \* virtutem óperum suorum annuntiabit populo suo.

Ut det illis hæreditatem gentium : \* ópera manuum ejus , veritas & judicium.

Fidélia omnia mandata ejus , confirmata in sæculum sæculi , \* facta in veritate & æquitate.

Redemptionem misit populo suo : \* mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum & terribile nomen ejus : \* initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum : \* laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

*Ant. Memoriam fecit mirabilium suorum , misericors & miserator Dominus escam dedit timéntibus se.*

*Ant. 3. a. Calicem.*

*Pſalmus 115.*

**C**redidi , propter quòd locutus sum ; \* ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : \* ómnis homo mendax.

Quid retribuam Domino \* pro omnibus quæ retribuit mihi ?

Calicem salutaris accipiam , \* & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : \* pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

O Domine , quia ego ser-

Vus tuus ; \* ego fervus tuus ,  
& filius ancillæ tuæ.

Dirupifti vincula mea ; \*  
tibi facrificábo hóftiam lau-  
dis, & nomen Dñi invocábo.

Vota mea Dómino reddam  
in confpectu omnis pópuli  
ejus, \* in átriis domûs Dómi-  
ni, in médio tuî, Jerúfalem.

*Ant.* Cálicem falutáris ac-  
cípiam, & nomen Dómini  
invocábo.

*Ant.* 4. E. Filii tui.

*Pfalms* 127.

**B**Eati omnes qui timent  
Dóminum, \* qui ámbu-  
lant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum  
quia manducábis ; \* beátus  
es, & bene tibi erit.

Uxor tua ficut vitis abund-  
dans, \* in latéribus domûs tuæ.

Filii tui ficut novellæ oli-  
várû, \* in circúitu menfæ tuæ.

Ecce fic benedicétur homo, \*  
qui timet Dóminum.

Benedicat tibi Dóminus ex  
Sion ; \* & vídeas bona Jerú-  
falé omnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórum  
tuórum, \* pacem super Israël.

*Ant.* Filii tui ficut novellæ  
olivárû, in circúitu menfæ tuæ.

*Ant.* 5. a. Póſuit Dóminus.

*Pfalms* 147.

**L**Auda, Jerúfalem, Dñm : \*  
lauda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit ſeras  
portarum tuárum ; \* benedixit  
filiis tuis in te.

Qui póſuit fines tuos pa-  
cem, \* & ádipe frumenti ſá-  
tiat te.

Qui emittit elóquium ſuum  
terræ, \* velóriter currit ſer-  
mo ejus.

Qui dat nivem ſicut lanam, \*

*MIR. Pars Æſtíva.*

nébulá ſicut cínereſ ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam ſi-  
cut buccellas, \* ante faciém  
frigoris ejus quis ſuſtinébit ?

Emittet verbum ſuum, &  
liquefaciet ea ; \* ſtabit ſpiri-  
tus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúnciat verbû ſuum  
Jacob, \* juſticias & judicia  
ſua Israël ;

Non fecit táliter omni na-  
tióni, \* & judicia ſua non  
manifeſtávit eis.

*Ant.* Póſuit, Dóminus, fi-  
nes tuos pacem, & ádipe fru-  
menti ſatiat te.

*Capitulum.* Apoc. 3.

**E**Cce ſto ad óſtium, & pul-  
ſo : ſi quis audierit vocem  
meam, & aperuerit mihi  
jánuaſ, intrábo ad illum,  
& cenábo cum illo, & ipſe  
mecum.

*Hymnus,* Pange. 163.

Ÿ. Panem de cælo præſti-  
tiſti illis, &c. Omne delecta-  
mentum in ſe habentem. *Sa-  
pient.* 16.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 5. C.

Ego diſpono vobis, ſicut diſ-  
póſuit mihi Pater meus re-  
gnum ; ut edáris & bibátis  
ſuper menſam meam in regnó  
meo, alleluia. *Luc.* 22.

*Oratio, ut ſuprà ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM.

*Pſalmi & Capit. de Domi-  
nica. Cetera ut heri,* 164.

D I E B U S

I N T R A O C T A V A M  
Corporis Chrifti.

*Semiduplex.*

AD NOCT. *Invit. & Hym-  
nus, ut in die.* 164.

*Pſalmi de Feria, ſub tribus  
Antiphonis qua ſumuntur cum  
ſuo Verſiculo e tribus No-*

M

*Etur nis Dominica sequentis , alternatim secundum Feriam.*

*Lectiones & RB.R. ut assignantur infra , in qualibet Feria. Dicitur Te Deum.*

AD LAUDES.

*Psalmi de Feria , cum Cantico de Festo , sub sola. Ant.*

4. a. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternam. Joan. 6.

*Cetera ut in die.*

AD HORAS , *Psalmi de Feria. Reliqua ut in die.*

AD VESPERAS.

*Psalmi de Feria sub sola Ant. 3. g. Angelorum escã nutriti pópulum tuum , Dómine : Sap. 16.*

*Cetera ut in die.*

*Ad Completor. Psalmi & Capit. de Feria : cetera ut in die etiam in Festis occurrentib.*

FERIA SEXTA.

*Tres Ant. è II. Noct. Dominica sequentis.*

*De libro primo Regum.*

*Lectio j. Cap. 5.*

**P**hilisthiim tulerunt arcam Dei , & asportaverunt eam a Lápide adjutorií in Azótum. Tuleruntque Philisthiim arcam Dei , & intulerunt eam in templum Dagon , & statuerunt eam juxta Dagon. Cúmque surrexissent dilúculo Azótii áltérâ die , ecce Dagon jacébat pronus in terra ante arcam Dómini : & tulerunt Dagon , & restituerunt eum in locum suum.

[\*] Rursumque mane die áltérâ consurgentes , invenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terra coram arca Dómini : caput autem

Dagon , & duæ palmæ mánuum ejus abscissæ erant super limen ; porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon , & omnes qui ingrediuntur templum ejus , super limen Dagon in Azóto , usque in hodiernum diem. [\*\*] Aggravata est autem manus Dómini super Azótios & demolitus est eos : & percussit in secretióri parte nátium Azótum , & fines ejus. Et ebullierunt villæ & agri in médio regiónis illius , & nati sunt mures : & facta est confusio mortis magnæ in civitate. Videntes autem viri Azótii hujuscémodi plagam , dixerunt : Non maneat arca Dei Israël apud nos ; quóniam dura est manus ejus super nos , & super Dagon deum nostrum. Et mittentes congregaverunt omnes sátrapas Philisthinórum ad se , & dixerunt : Quid faciemus de arca Dei Israël ? Responderuntque Gethæi : Circumducatur arca Dei Israël. Et circumduxerunt arcam Dei Israël. Illis autem circumducentibus eam , fiebat manus Dómini per singulas civitates interfectionis magnæ nimis.

*R. Memóriam. 183.*

Ex Epístola sancti Ignatii Epíscopi & Mártiris , ad Smyrnenfes.

*Lectio ij.*

**C**onsiderate eos qui áliam opiniónem tuentur contra grátiam Jesu Christi , quæ ad nos venit , quómodo contrárii sint sententiæ Dei. De

caritate non est cura ipsis, non de vidua, non de orphano, non de oppresso, non de victo vel soluto, non de esuriente vel sitiente. Ab Eucharistia & oratione abstinent; eo quod non confiteantur Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est, quam Pater suâ benignitate suscitavit. Qui ergo contradicunt huic dono Dei, altercantis moriuntur. Utile autem esset ipsis diligere, ut & resurgerent.

R. Cenantibus. 183.

Ex libro S. Irenæi Episcopi & Martyris, adversus hæreses.

L. 4. C. 17. & 18. *Lectio iij.*

**C**Hristus eum qui ex creatura panis est accepit, & gratias egit, dicens: Hoc est meum corpus. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & novi testamenti novam docuit oblationem; quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in universo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat. Quomodo autem constabit eis eum panem in quo gratiæ actæ sint, corpus esse Domini sui, & calicem sanguinis ejus, si non ipsum fabricatoris mundi Filium dicant, id est, Verbum ejus? Quomodo autem rursus dicunt carnem in corruptionem devenire, & non percipere vitam, quæ corpore Domini & sanguine alitur? Ergo aut sententiam mutant, aut abstant offerendo quæ prædicta sunt. Nostra autem consonans est sententia Eucharistiæ, & Eucharistia rursus confirmat

MIR. Pars Æstiva.

sententiam nostram. Quemadmodum enim qui est à terra panis, percipiens invocationem Dei, jam non communis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus constans, terrænâ & cœlesti; sic & corpora nostra percipientia Eucharistiâ, jam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia.

R. Accipiens. 184.

S A B B A T O.

*Tres Antiph. è III. Nocturna Dominica sequentis.*

De libro primo Regum.

*Lectio j.*

Cap. 6.

**F**UIT arca Domini in regione Philistinorum septem mensibus. Et vocaverunt Philistinim sacerdotes & divinos, dicentes: Quid faciemus de arca Domini? Indicite nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt: Si remittitis arcam Dei Israël, nolite dimittere eam vacuum: sed quod debetis, reddite ei pro peccato; & tunc carabimini, & scietis quare non recedat manus ejus à vobis. Qui dixerunt: quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi: Juxta numerum provinciârum Philistinorû, quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos; quia plaga una fuit omnibus vobis, & satravis vestris. [\*] Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terram; & dabitur Deo Israël gloriâ: si forte releverit manum suam à vobis, & diis vestris, & à terra vestra. Quare aggravatis corda vestra, sicut

\* M ij

aggravávit Ægyptus & Phá-  
rao cor suum? Nonne post-  
quam percussus est, tunc dimi-  
sit eos, & abiérunt? [\*\*] Nunc  
ergo arrípote & fácite plau-  
strum novum unum; & duas  
vaccas fœtas, quibus non est  
impósitum jugum, júngite in  
plauastro, & reclúdate vitulos  
eárum domi. Tolleisq; ar-  
cam Dómini, & ponétis in  
plauastro; & vasa aurea quæ  
exolvistis ei pro delicto, ponétis  
in capsellam ad latus ejus:  
& dimitte eam, ut vadat.

R. Caro mea. 173.

Ex Epístola sancti Cypriáni  
Epíscopi & Mártiris,  
ad Cæcilium.

Epíst. 63. *Lectio ij.*

**I**N sacerdoté Melchisedech  
sacrificii Dóminici sacra-  
mentum præfigurátum vidé-  
mus, secundum quod Scriptu-  
ra divina testátur, & dicit: Et  
Melchisedech rex Salem pró-  
tulit panem & vinum. Fuit au-  
tem sacerdos Dei summi, &  
benedixit Abraham. Quòd  
autem Melchisedech typum  
Christi portáret, declárat in  
Psalmis Spiritus sanctus, ex  
persóna Patris ad Filium di-  
cens: Ante luciferum genui-  
te: Tu es sacerdos in æternum  
secundum órđinem Melchise-  
dech. Qui ordo útiq; hic est  
de sacrificio illo véniens &  
inde descendens; quòd Mel-  
chisedech sacerdos Dei summi  
fuit, quòd panem & vinum  
óbtulit, quòd Abraham be-  
nedixit. Nam quis magis sa-  
cerdos Dei summi, quàm Dó-  
minus noster Jesus Christus,  
qui sacrificium Deo Patri ób-  
tulit, & óbtulit hoc idem quod

Melchisedech óbtulerat, id  
est, panem & vinum, suum  
scilicet corpus & sánguinem?  
R. Sicut misit. 173.

*Lectio iij.*

**U**T ergo in Génesi per  
Melchisedech sacerdotem  
benedictio circa Abra-  
ham posset ritè celebrári,  
præcédit antè imágo sacrificii  
Christi, in pane & vino scili-  
cet constitúta. Quam rem per-  
ficiens & adimplens Dómi-  
nus, panem & cálicem mistum  
vino óbtulit; & qui est pleni-  
túdo, veritátem præfigurátæ  
imáginis adimplévit. Sed &  
per Salomómem Spíritus san-  
ctus typum Dóminici sacrifi-  
cii antè præmonstrans, immo-  
látæ hóstiæ & panis & vini,  
sed & altáris & Apostolorum  
fáciens mentiõnem: Sapién-  
tia, inquit, ædificávit sibi  
domum, & súbdidit colum-  
nas septem; máctávit suas hó-  
stias, míscuit in cratère vi-  
num suum, & parávit men-  
sam suam; & misit servos  
suos, cónvocans cum excelsa  
prædicatiõne ad cratèrem,  
dicens: Qui est insipiens de-  
clínet ad me; & egéntibus  
sensu dixit: Veníte édite de  
meis pánibus, & bíbite vinum  
quod míscui vobis.

R. Unus panis. 174.

## DOMINICA

INTRA OCTAVAM  
Corporis Christi,

Quæ est II. post Pentecosten.

IN VESPERIS Sabbati,  
Psalmi de Psalterio, 133. sub  
Antiphoná 3. g. Angelórum  
escâ nutritivisti pópulum tuum,  
Dómine. Sap. 16.

*Capitulum.* 2. Esdr. 9.

**P**anem de cælo dedisti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxisti eis sitiētib; & dixisti eis ut egredirentur & possiderent terram, super quam levasti manum tuam ut traderes eis.

*Non dicitur R. Hymnus, Pange.* 163.

Ÿ. Edificavit Dñs sanctificium suum in terra, R. Quam fundavit in secula. *Pf.* 77.

*Ad Magnificat. Ant.* 7. G. Reduxerunt Philisthiim arcam Dòmini, & mansit in Cariathiarim; & requiēvit omnis domus Israël post Dòminum. 1. *Reg.* 6. & 7.

*Oratio, ut infra ad Laudes. Non fit alia comm. de Octavā.*

AD OFFICIUM NOCTUR. *Invit. & Hymn. ut in die,* 164.

*Psalmi de Dominica.*  
IN I. NOCTURNO.

*Ant.* 3. a. Dixit Mòyses: Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate Phafe. *Exodi* 12.

*Ant.* 1. D. Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cælo dedit eis manducare. *Joan.* 6.

*Ant.* 2. D. Fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, & annònam de cælo consecuti sunt. *Judith.* 5.

Ÿ. Divites eguerunt & esurierunt: R. Inquirentes autem Dòminum non minuentur omni bono. *Pf.* 33.

De libro primo Regum.

*Lectio j. Cap.* 6.

**F**ecerunt Philisthiim hoc modo; & tollentes duas vaccas, quæ lactabant

vitulos, junxerunt ad plaustrum, vitulosque earum concluderunt domi. Et posuerunt arcam Dei super plaustrum, & capsellam quæ habebat mures aureos & similitudines anorum. Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Bethfames, & itinere uno gradiebantur, pergentes & mugientes: & non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram; sed & sàtrapæ Philisthiim sequebantur usque ad terminos Bethfames. Porrò Bethfamitæ metebant triticum in valle: & elevantes oculos suos, viderunt arcam, & gavisii sunt cum vidissent. Et plaustrum venit in agrum Jòsue Bethfamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus: & conciderunt ligna plaustri, vacasque imposuerunt super ea holocaustum Dòmino. Levitæ autem deposuerunt arcam Dei, & capsellam quæ erat juxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem.

R. Immolabit agnum multitudo filiorum Israël ad vesperam Paschæ, & edent carnes & azymos panes: \* Qui cumque comederit fermentatum, peribit. Ÿ. Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur in azymis sinceritatis & veritatis: \* Qui cumque. *Exod.* 12. 1. *Cor.* 5.

*Lectio ij.*

**V**iri autem Bethfamitæ obtulerunt holocausta, & immolaverunt victimas in die illa Dòmino. Et quinque sàtrapæ Philisthinorum viderunt

runt, & reversi sunt in Accaron in die illa. Hi sunt autem ani aurei quos reddiderunt Philisthiim pro delicto, Dómino: Azótus unum, Gaza unum, Afcalon unum, Geth unum, Accaron unum: & mures aureos secundum numerum urbium Philisthiim, quinque provinciárum, ab urbe murata usque ad illam quæ erat absque muro, & usque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam Dómini, quæ erat usque in illum diem in agro Jósue Bethsamítis. Percussit autem de viris Bethsamítibus, eò quòd vidissent arcam Dómini: & percussit de pópulo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque pópulus, eò quòd Dóminus percussisset plebem plagâ magnâ. Et dixerunt viri Bethsamítæ: Quis póterit stare in conspectu Dómini Dei sancti hujus? & ad quem ascendet à nobis? Miseruntque nuntios ad habitatóres Cariathiarim, dicentes: Reduxerunt Philisthiim arcam Dñi; descendite, & redúcite eã ad vos.

R. Appáruit in solitúdine mínutum in similitúdinem pruínæ super terram. Quòd cum vidissent filii Israël, ait eis Moyses: \* Iste est panis quem Dóminus dedit vobis ad vescendum. *ψ.* Non Móyses dedit vobis panem de cælo; sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. \* Iste. *Exod. 16. Joan. 6.*

*Lectio iij. Cap. 7.*

**V**enerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt

arcam Dómini, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gábaa: Eleazarum autem filium ejus sanctificaverunt ut custodiret arcam Dómini. Et factum est, ex qua die mansit arca Dómini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies; (erat quippe jam annus vigésimus) & requievit omnis domus Israël post Dóminum. Ait autem Sámuel ad universam domum Israël, dicens: Si in toto corde vestro revertimini ad Dóminum, auferte deos aliénos de médio vestri, Báalim & Astaroth; & præparate corda vestra Dómino, & servite ei soli, & eruet vos de manu Philisthiim. Abstulerunt ergo filii Israël Báalim & Astaroth, & servierunt Dómino soli. Dixit autem Sámuel: Congregate universum Israël in Masphath, ut orem pro vobis Dóminum. Et convenerunt in Masphath: hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Dómini, & jejunaverunt in die illa, atque dixerunt ibi: Peccavimus Dómino. Judicavitque Sámuel filios Israël in Masphath.

R. Respexit Elías, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo & bibit, & ambulavit usque ad montem Dei, \* In fortitúdine cibi illius. *ψ.* Si quis manducaverit ex hoc pane, & viveret in æternum, \* In fortitúdine. Glória Patri. \* In fortitúdine. 3. *Rég. 19. Joan. 6.*

**IN II. NOCTURNO.**

*Ant. 6.* Discubuit Jesus, & duódecim Apóstoli cum

eo ; & ait illis : Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum , antequam patiar. *Luc. 22.*

*Ant. 7. c.* Dico vobis quia ex hoc non manducabo illud , donec impleatur in regno Dei. *Luc. 22.*

*Ant. 4. E.* Accepto cálice , grátias egit , & dixit , Accipite. Dico enim vobis quòd non bibam de generatióne vitis , donec regnum Dei véniat. *Luc. 22.*

ÿ. Edúcas panem de terra ;  
R. Et vinum lætíficet cor hóminis. *Pf. 103.*

Ex Apología sancti Justini Mártiris , pro Christiánis.

*Apol. 2. ad Antoninum pium.*

*Lectio iv.*

**O**ffertur ei qui frátribus præest , panis , & póculum aquæ & vini ; quibus ille acceptis , laudem & glóriam rerum ómnium Patri per nomen Filii & Spiritus sancti offert ; & gratiarum actiõnem , pro eo quòd nos donis suis hisce dignatus sit , prolixè exéquitur. Atque ubi ille preces & gratiarum actiõnem absolvit , pópulus omnis qui adest , faustâ approbatiõne acclámat , dicens : Amen. Amen autem Hebráicè significat , Fiat. Præsídens verò postquam gratiarum actiõnem perfécit , & pópulus universus apprecatiõne lætâ eam comprobávit , qui apud nos Diáconi vocantur , distribuunt unicuïque præsentium , ut partícipet cum in quo grátia acta sunt , panem , vinum & aquam ; & ad absentes pérferunt.

R. Memóriam fecit mirabilium suórum misericors & miserátor Dóminus : \* Escam dedit timéntibus se : memor erit in séculum testamenti sui. ÿ. Jesus cum dilexisset suos qui erant in mundo , in finem dilexit eos. \* Escam.

*Lectio v.*

**P**orrò alimentum hoc apud nos appellátur Eucharístia : quod nulli álii partícipare lícitum est , quàm ei qui veram esse doctrinam nostram credit ; quique lavacro propter remissiõnem peccatórum regeneratiõnemque dato , ablútus est , & qui ita vivit , ut Christus tradidit. Neque enim ut usítatum panem & usítatum potum hæc sumimus : sed quemádmodum per Verbum Dei homo factus est Christus Salvátor noster , & carnem & sánguinem , salutis nostræ causâ , hábuit ; ita etiám , eam in qua per preces Verbi ejus ab ipso profecti grátia sunt actæ , alimóniam , unde sanguis & caro nostra per mutatiõnem aluntur , incarnáti illius Jesu carnem & sánguinem esse docti sumus. Apóstoli enim in Commentáriis à se scriptis , quæ Evangelia vocantur ; ita tradiderunt præcepisse sibi Jesum ; cum , accepto pane , cum grátias egisset , dixisset : Hoc facite in memóriam meî ; hoc est corpus meum : & póculo similiter accepto , cum grátias egisset , dixisset : Hic est sanguis meus.

R. Cœnantibus discipulis , accepit Jesus panem : & \* Benedixit , ac fregit , deditque

eis, & ait: Accípíte & comedite, hoc est corpus meum. *ŷ.* Panem cœli dedit eis: panem Angelórum manducávit homo. \*Benedixit ac fregit, deditque eis, & ait. *Matth. 26. Pf. 77.*

*Lectio vj.*

**I**N omnibus quas offerimus oblationibus, benedicens laudamus factorem omnium per Filium ejus Jesum Christum & Spiritum sanctum. Et die qui dicitur Solis, omnium qui vel in oppidis vel in agris manent, in eundem locum conventus fit: & commentaria Apostolorum, aut scripta Prophetarum, quamdiu fert hora, leguntur. Deinde, lectore quiescente, Præsides orationem, quâ populum instruit & ad imitationem tam pulcrarum rerum exhortatur, habet. Tum confurgimus omnes, & preces fundimus: &, ut antea diximus, precibus peractis, panis offertur, & vinum & aqua; & Præpositus itidem, quantum pro virili sua potest, preces & gratiarum actiones profundit, populusque acclamat, dicens: Amen. Et distributio communicatioque fit eorum in quibus gratiæ sunt actæ, cuique præsentibus; absentibus autem per Diaconos mittitur. Quibus copiæ suppetunt, ii, pro arbitrio quisque suo, contri buunt: & quod ita colligitur, apud Præpositum deponitur; illeque inde opitulatur pupillis, viduis, vincis, & advenis; & ipse omnium indigentium curator est. Solis autem die

conventum agimus, quod is primus dies fit in quo Deus, tenebras & materiam cum vertisset, mundum effecit; & Jesus Christus salvator noster eo ipso die à mortuis resurrexit.

*R.* Accipiens Jesus calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: \*Bibite ex hoc omnes; hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui † Pro multis effundetur in remissionem peccatorum. *ŷ.* Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum. \*Bibite. Glória. † Pro multis effundetur in remissionem peccatorum. *Matth. 26. Exod. 24.*

**IN III. NOCTURNO.**

*Ant. 1. a.* Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt. *Hebr. 13.*

*Ant. 3. c.* Videte ne forte sit in aliquo vestrum cor malum; participes enim Christi effecti sumus. *Hebr. 3.*

*Ant. 8. G.* Quanta putatis mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? *Hebr. 10.*

*ŷ.* Emitte lucem tuam & veritatem tuam, *R.* Et introibo ad altare Dei. *Pf. 42.*

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 24.*

**I**N illo tempore; Dixit Jesus cuidam de simul discumbentibus cum ipso in domo principis Phariseorum: Homo quidam fecit cenam magnam, & vocavit multos, Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii

Papæ.

Homil. 36. in Evang.

**H**oc distare, fratres carissimi, inter delicias corporis & cordis solet, quod corporales deliciae, cum non habentur, grave in se desiderium accendunt; cum vero habitæ eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra, spirituales deliciae, cum non habentur, in fastidio sunt; cum vero habentur in desiderio: tantoque à comedente amplius esuriuntur, quanto & ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet: in istis appetitus vilis est, & experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat; in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales deliciae desiderium in mente, dum satiant; quia quanto magis earum sapor percipitur, eò amplius cognoscitur quod avidius ametur: & idcirco non habitæ amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat quod ignorat? Proinde Psalmista nos admonet, dicens: Gustate, & videte quoniam suavis est Dñs.

*R.* Homo quidam fecit cenam magnam, & misit servum suum horâ cœnæ dicere invitatis ut venirent; \* Quia parata sunt omnia. *Ps.* Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis; \* Quia. *Luc. 14. Prov. 9.*

Lectio viij.

**H**As autem homo delicias tunc amisit, cum in paradiso peccavit: extra exiit, cum os à cibo æternæ dulcedinis clausit. Unde nos quoque nati in hujus peregrinationis ærumnâ, huc fastidiosi jam venimus, nec scimus quid desiderare debeamus; tantoque se amplius fastidii nostri morbus exaggerat, quanto se magis ab esu illius dulcedinis animus elongat: & eò jam internas delicias non appetit, quò eas comedere diu longèque desuevit.

*R.* Cœperunt simul omnes excusare. \* Primus dixit: Villam emi, & necesse habeo videre illam. Alter dixit: Jugga boum emi, & eo probare illa. *Ps.* Non audierunt, sed abierunt in voluntatibus & in pravitate cordis sui mali; factique sunt retrorsum. \* Primus. *Luc. 14. Jerem. 7.*

Lectio ix.

**F**astidio ergo nostro tabescimus, & longâ inedia peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumus paratam dulcedinē, amamus foris miseri famem nostram. Sed superna nos pietas nec deserentes se deserit. Contemptas enim illas delicias ad memoriæ nostræ oculos revocat, easque nobis proponit: in promissione torporem excutit, atque ut fastidium nostrum repellere debeamus, invitat. Ait namque: Homo quidam fecit cenam magnam, & vocavit multos. Quis est iste homo, nisi ille de quo per Prophetam dicitur: Et homo est,

& quis cognóvit eum ? Qui fecit cœnam magnam ; quia satiêtatem nobis dulcédinis internæ præparávit.

R. Iratus paterfamílias , dixit servo suo : Exi citò in plateás & vicos civitátis ; \* Et páuperes , ac débiles , & cæcos , & claudos intróduc huc. *Ps.* Si quis est párvulus , véniat ad me ; \* Et páuperes , ac débiles , & cæcos , & claudos intróduc huc. Glória Patri. \* Et páuperes , ac débiles , & cæcos , & claudos intróduc huc. *Luc.* 14. *Proverb.* 9.

Te Deum.

AD LAUDES.

*Psalmi, Antiph. & Cantic. ut in die.* 174.

*Capitulum.* 1. Cor. 10.

**F**Ratres ; unus Panis , unum Corpus multi sumus , omnes qui de uno pane participamus.

*Hymnus, Verbum.* 174.

Û. Edent páuperes , & saturabuntur : R. Vivent corda eórum in séculum séculi. *Pf.* 21.

*Ad Benedictus. Ant.* 1. a. Dómine , factum est ut imperasti ; & adhuc locus est. Et ait dóminus servo : Exi in vias & sepes , & compelle intráre , ut impleátur domus mea. *Luc.* 14.

*Oratio.*

**D**Eus , qui Ecclésiám tuam pretiósó corpore & sanguine tuo mirábiliter réfcis : infunde in eam Spíritum vivificantem , ut cœlestis participatióne mystérii , de te vivens in terris , tecum vívere mereátur in cœlis : Qui vivis &

regnas cum Deo Patre , in unitáte Spíritûs sancti Deus. Per.

*Non fit alia Commemor. de Octava.*

AD HORAS , omnia ut in die.

AD VESPERAS.

*Psalmi de Dominica.*

*Ant.* **D**ixit Jesus : Ego sum 4. E. **P**anis vitæ ; qui venit ad me non esuriet , & qui credit in me non sitiet unquâ. *Joan.* 6.

*Ant.* 7. c. Panis Dei est qui de cœlo descendit & dat vitam mundo. *Joan.* 6.

*Ant.* 5. a. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum : & ego resuscitábo eum in novíssimo die. *Joan.* 6.

*Ant.* 6. Hic est panis de cœlo descendens ut si quis ex ipso manducáverit non moriátur. *Joan.* 6.

*Ant.* 1. a. Dómine , semper da nobis panem hunc. *Joan.* 6.

*Capitulum.* Apoc. 22.

**B**Eati qui lavant stolas suas in sanguine Agni ; ut sit potestas eórum in ligno vitæ , & per portas intrent in civitatem. Foris canes , & venéfici , & impudici , & homicidæ , & idólis servientes , & omnis qui amat & facit mendácium.

*Hymnus, Pange.* 163.

Û. ulti epulentur & exultent in conspectu Dei ; R. Et delectentur in lætítia. *Pf.* 67.

*Ad Magnificat. Ant.* 7. a. Dico vobis quòd nemo virórum illórum qui vocati sunt , gustábit cœnam meam. *Luc.* 14.

*Oratio, ut supra ad Laudes. Non fit alia Comm. Octava.*

FERIA SECUNDA.

Tres Antiph. è I. Nocturno  
Dominicæ præcedentis.

De libro primo Regum,

Lectio j. Cap. 8.

**F**Actum est, cum senuisset Sámuel, pósuit filios suos júdices Israél. Fuitque nomen filii ejus primogéniti, Joël; & nomen secundi, Abiá, júdicum in Bersabée. Et non ambulavérunt filii illius in viis ejus; sed declinavérunt post avaritiam, acceperuntque múnera, & pervertérunt júdicium. [\*] Congregáti ergo universi majóres natu Israél, venérunt ad Samuélem in Rámatha, dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, & filii tui non ambulant in viis tuis; constitue nobis regem, ut júdicet nos, sicut & universæ habent nátiónes. Displícuit sermo in óculis Samuélis, eò quòd dixissent: Da nobis regem, ut júdicet nos. [\*\*] Et orávit Sámuel ad Dóminum. Dixit autem Dóminus ad Samuélem: Audi vocem pópuli in ómnibus quæ loquuntur tibi; non enim te abjecérunt, sed me, ne regnem super eos. Juxta ómnia ópera sua quæ fecérunt à die quâ eduxi eos de Ægypto usque ad diem hanc, sicut dereliquérunt me, & serviérunt diis aliénis, sic faciunt etiám tibi. Nunc ergo vocem eórum audi: verúntamen contestáre eos, & prædic eis jus regis qui regnatúrus est super eos. Dixit itaque Sámuel ómnia verba Dómini ad pópulum qui petierat à se regem.

R. Immolábit. 181.

Sermo sancti Hierónymi  
Presbyteri.

Epist. 150. quæ est ad  
Hedibiam.

Lectio ij.

**D**ico vobis: Non bibam ámodò de hoc genimine vitis usque in diem illum quo bibam illud novum vobiscum in regno Patris mei. Ex hoc loco quidam mille annórum fábulam struunt, in quibus Christum regnatúrum corporáliter esse contendunt, & bibitúrum vinum quod ex illo témpore usque ad consummationem mundi non biberit. Nos autem audiámus panem, quem fregit Dóminus, deditque discipulis suis, esse corpus Dómini salvatóris, ipso dicente ad eos: Accipite & comédite; hoc est corpus meum: & cálicem illum esse, de quo iterum locútus est: Bibite ex hoc omnes; hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundétur. Iste est calix de quo in Prophéta légimus: Cálicem salutáris accipiam. Et álibi: Calix tuus inébrians quàm præclárus est! Si ergo panis qui de cælo descendit, corpus est Dómini; & vinum quod discipulis dedit, sanguis illius est novi testamenti, qui pro multis effusus est in remissionem peccatórum, Judáicas fábulas repellámus. Non enim est regnum Dei cibus & potus, sed justitia, & gáudium, & pax in Spíritu sancto. Nec Móyses dedit nobis panem verum; sed Dóminus Jesus, ipse convíva & convívium, ipse

cómedens & qui coméditur.

R. Apparuit in solitudine  
minutum in similitudinem  
pruinæ. 182.

*Lectio iij.*

**I**llius bibimus sanguinem,  
& sine ipso potare non pos-  
sumus, & quotidie in sacri-  
ficiis ejus de genimine vitis  
veræ rubéntia vina calcamus,  
& novum ex his vinum bi-  
bimus de regno Patris, ne-  
quáquam in vetustate litteræ,  
sed in novitate spiritus; can-  
tantes canticum novum,  
quod nemo potest cantare  
nisi in regno Ecclésiæ, quod  
regnum Patris est. Hunc pa-  
nem & Jacob Patriarcha co-  
medere cupiebat, dicens: Si  
Dóminus fuerit mecum, &  
dederit mihi panem ad ves-  
cendum, & vestimentum ad  
operiendum. Quotquot enim  
in Christo baptizamur, Chri-  
stum indúimus, & panem  
comédimus Angelórum, &  
Dóminum audimus prædican-  
tem: Meus cibus est ut fá-  
ciam voluntatem ejus qui mi-  
sit me Patris, ut impleam  
opus ejus. Faciamus igitur  
voluntatem ejus qui misit nos  
Patris, & impleamus opus  
ejus; & Christus nobiscum  
bibet in regno Ecclésiæ san-  
guinem suum.

R. Respexit Elías. 182.

**FERIA TERTIA.**

*Tres Ant. à II. Nocturno Do-  
minica præcedentis.*

De libro primo Regum.

*Lectio j. Cap. 9.*

**E**Rat vir de Benjamin nó-  
mine Cis, filius Abiel,  
filii Seror, filii Bécho-  
rath, filii Aphia, filii viri

Jémini, fortis robore. Et erat  
ei filius vocabulo Saül, ele-  
ctus & bonus; & non erat  
vir de filiis Israël melior illo.  
Ab humero & sursum eminé-  
bat super omnem populum.  
[\*] Perierant autem ásinæ  
Cis patris Saül. Et dixit Cis  
ad Saül filium suum: Tolle  
tecum unum de pueris, &  
confurgens vade, & quære  
ásinas. Qui cum transissent  
per montem Ephraim, & per  
terram Sálisa, & non inve-  
nissent, transierunt etiam per  
terram Salim, & non erant;  
sed & per terram Jémini, &  
minimè repererunt. [\*\*] Cum  
autem venissent in terram  
Suph, dixit Saül ad puerum  
qui erat cum eo: Veni, & re-  
vertámur, ne fortè dimiserit  
pater meus ásinas, & sollicitus  
sit pro nobis. Qui ait ei:  
Ecce vir Dei est in civitate  
hac, vir nobilis; omne quod  
loquitur, sine ambiguitate  
venit. Nunc ergo cámus illuc,  
si fortè indicet nobis de via  
nostra, propter quam veni-  
mus.

R. Memóriam fecit mira-  
bílium suórum misericors &  
miserátor Dóminus. 183.

Sermo sancti Joannis Chry-  
sostomi.

*Homil. 82. al. 83. in Matth.*

*Lectio ij.*

**C**Uique fidéli per hoc my-  
stérium Christus se con-  
jungit; & quos genuit, per  
se nutrit, neque alii tradit:  
hocque tibi modo probat se  
carnem accepisse tuam. Ne  
ítaque segnes simus tantá di-  
gnáti caritate & tanto honóre.  
Non vidétis quanto impetu

infantes lãbia sua mamillæ admóveant? Cum eódem stúdio nos ad hanc accedãmus mensã , & ad mamillã spirituális póculi ; imó verò majóre cum stúdio ut lactentes púeri grãtiam Spíritus atrahãmus : unusque nobis sit dolor , si hoc spirituáli alimento privémur. Non sunt humanæ virtútis hæc ópera. Is qui tunc in illa cœna hæc confécit , & nunc étiam operãtur. Nos ministrórum habémus órdinem : qui verò illa sanctificat & transmútat , ipse est. Nullus ergo Judas adsit , nullus avãrus : si quis discipulus non est , recedat : non récipit hæc mensa eos qui tales non sunt. Cum discipulis , inquit , meis fácio Pascha. Nemo inhumãnus accedat , nemo crudélis & immiséricors , nemo impúrus. Hæc vobis qui comunicãtis dico , necnon vobis qui ministrãtis. Nam necesse est vos álloqui , ut cum multa diligéntia hæc dona distribuãtis. Non parvum vobis supplicium deputãtum est , si quem improbum vobis notum ad hujus mensæ participatióem admittãtis. Sanguis ejus exquirétur de mánibus vestris. Quamvis dux quispiam sit , quamvis præfectus , sive is ipse qui diadémate redimítur. & indignè accedat , cõhibe ; majórem tu quàm ille potestãtem habes. Hæc vestra dignitas est , hæc securitas , hæc coróna ; non ut albã splendenteque túnica indúti circumeamús.

℞. Cœnantibus. 183.

Homil. 46. aliàs 45. in Joan.  
Lectio iij.

**I**Nitiãti dictis obsequantur ; ut non solùm per dilectiõnem , sed étiam reipsã , cum illa carne commisceãmur : id quod efficitur per cibum quem ille dedit , volens nobis oltèdere quanto erga nos ferveat amorè. Proptereã se nobis commiscuit , & in unum corpus totum constituit , ut unum simus , quasi corpus junctum cãpiti ; nam ardentis amoris hoc est indicium. Hoc subindicans Job , de servis suis dicébat , à quibus sic amabãtur , ut ejus cãrnibus admiscéri peroptãrent ; ut enim ardentem amorè ostèderent , dicébant : Quis det nobis de cãrnibus suis , ut saturémur ? Ab illa ergo mensa recedãmus tanquam leõnes ignem spirantes , diabolo terribiles , cogitantes quòd sit caput nostrum , & quantam nobis dilectiõnem exhibúerit. Attendãmus igitur nobis ipsis , dilecti , cum tantis fruãmur bonis : & cum turpe quidpiam loqui subit ànimum , vel quando irã , vel pravo quópiam affectu nos corripì cernimus , nobiscum reputémus quibus dignãti simus beneficiis , quem Spíritum accepérimus. Hæc cogitãtio nostros temperãbit affectus. Quousque enim rebus præsentibus hærebimus ? quousque non excitãbimur ? quousque nullam salutis nostræ curam habébimus ? Cogitémus quibusnam nos Deus dignãtus sit , grãtias agãmus , glóriã referãmus , non modò per si-

dem, sed etiam per opera, ut futura consequamur bona, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. Tu autem.

R. Accipiens. 184.

FERIA QUARTA.

Tres Ant. à III. Nocturno  
Dominica precedentis.

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 9.

**C**UM ascenderent clivum civitatis, invenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis: Num hic est Videns? Quæ respondentes, dixerunt illis: Hic est: ecce ante te, festina nunc; hodie enim venit in civitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelsu. [\*] Ingentes urbem, statim inveniatis eum antequam ascendat excelsum ad vescendum. Neque enim comesturus est populus, donec ille veniat; quia ipse benedicit hostiæ, & deinceps comedunt qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite, quia hodie reperiatis eum. [\*\*] Et ascenderunt in civitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egrediens obviam eis, ut ascenderet in excelsum. Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis ante unam diem quam veniret Saul, dicens: Hanc ipsam horam quæ nunc est, cras mittam virum ad te de terra Benjamin, & unges eum duces super populum meum Israel; & salvabit populum

meum de manu Philistinorum, quia respexi populum meum; venit enim clamor eorum ad me. Cumque aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei: Ecce vir quem dixeram tibi: iste dominabitur populo meo.

R. Caro mea verè est cibus.

173.

Ex libro sancti Ambrósii  
Episcopi, de Mysteriis.

Lectio ij. Cap. 9.

**F**ORTÈ dicas: Aliud video; quomodo tu mihi asseris quod Christi corpus accipiam? Probemus non hoc esse quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit, majoremque vim esse benedictionis quam naturæ; quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgam tenebat Moyses; projecit eam, & facta est serpens. Rursusprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam revertit. Vides igitur propheticam gratiam bis mutatum esse naturam & serpentis & virgæ? Sub Elisæo propheta, uni ex filiis Prophetarum excussum est ferrum de securi, & statim mersum est. Rogavit Elisæum, qui amiserat ferrum. Misit Elisæus lignum in aquam, & ferrum natavit. Utique & hoc præter naturam factum cognovimus; gravius est enim ferri species, quam aquarum liquor. Advertimus igitur majoris esse virtutis gratiam, quam naturam; & adhuc tamen prophetice benedictionis numeramus gratiam. Quod si tantum valuit humana benedictio, ut naturam converteret;

quid dicimus de ipsa consecratione divina, ubi verba ipsa Domini salvatoris operantur? Nam sacramentum illud quod accipis, Christi sermone conficitur.

Rz. Sicut misit me vivens Pater. 173.

Lectio iij.

**D**E totius mundi operibus legisti: Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt. Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quae sunt, in id mutare quod non erant? Non enim minus est novas rebus dare, quam mutare naturas. Sed quid argumentis utimur? Suis utamur exemplis, incarnationisque exemplo astruamus mysterii veritatem. Numquid naturae usus praecessit, cum Jesus Dominus ex Maria nasceretur? Liquet igitur quod praeter naturam ordinem Virgo generavit; & hoc quod conficimus corpus, ex Virgine est. Quid hic quaeris naturae ordinem in Christi corpore, cum praeter naturam sit ipse Dominus Jesus partus ex Virgine? Vera utique caro Christi, quae crucifixa est, quae sepulta est: verè ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamat Dominus. esus, Hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum caelestium alia species nominatur; post consecrationem corpus Christi significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicis; Amen; hoc

est, Verum est. Quod os loquitur, mens interna fateatur: quod sermo sonat, affectus sentiat.

Rz. Unus panis. 174.

FERIA QUINTA.

OCTAVA FESTI

CORPORIS CHRISTI.

Duplex I. Ordinis.

Psalmi de Feria in toto Officio.

IN I. VESPERIS, omnia ut in I. Vesperis Festi. 163.

Oratio, Deus, qui magno. ut infra ad Laudes. 195.

COMPLETORIUM, ut supra. 164.

AD OFFICIUM NOCTUR.

Invitatorium & Hymnus, & Responsoria ut in die.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Dixit Moyses: Ite tollentes animas per familias vestras, & immolate Phasce. Exod. 12.

Ant. 1. D. Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de caelo dedit eis manducare. Joan. 6.

Ant. 2. D. Fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, & annonam de caelo consecuti sunt. Judith. 5.

ψ. Divites eguerunt & esurierunt; Rz. Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Ps. 33.

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 9.

**A**ccessit Saül ad Samuellem in medio portae, & ait: Indica, oro mihi, ubi est domus Videntis. Et respondit Samuel Saüli, dicens: Ego sum Videns. Ascende ante me in excelsum, ut comedatis mecum hodie,

& dimittam te mane : & omnia quæ sunt in corde tuo , indicabo tibi : & de áfinis quas nudiustertius perdidisti , ne sollicitus sis , quia inventæ sunt . Et cujus erunt óptima quæque Israël ? Nonne tibi , & omni dómui patris tui ? Respondens autem Saül , ait : Numquid non filius Jémini ego sum , de mínima tribu Israël , & cognatio mea novíssima inter omnes familias de tribu Bénjamin ? Quare ergo locutus es mihi sermónem istum ? Assúmens itaque Sámuel Saúlem & púerum ejus , introduxit eos in triclinium , & dedit eis locum in capite eórum qui fuerant invitati .

R. Immolábit . 166 .

Lectio ij. Cap. 9. & 10.

**E**T comédit Saül cum Samuèle in die illa . Et descenderunt de excelso in oppidum , & locutus est cum Saúle in solário ; stravitque Saül in solário , & dormivit . Cúmque mane surrexissent , & jam elucésceret , vocávit Sámuel Saúlem in solário , dicens : Surge , & dimittam te . Et surrexit Saül ; egressique sunt ambo , ipse videlicet , & Sámuel . Cúmque descenderent in extrémâ parte civitátis , Sámuel dixit ad Saül : Dic puero ut antecédât nos , & transeat : tu autem subsiste paulisper , ut indicem tibi verbum Dómini . Tulit autem Sámuel lenticulam olei , & effudit super caput ejus , & deosculatus est eum , & ait : Ecce unxit te Dóminus super hæreditatem suam in principem , & liberábis pópulum

suum de mánibus inimicórum ejus , qui in circúitu ejus sunt .

R. Appáruit in solitudine minutum . 167 .

Lectio iij.

**E**T convocávit Sámuel pópulum ad Dóminum in Maspha ; & ait ad filios Israël : Hæc dicit Dóminus Deus Israël : Ego eduxi Israël de Ægypto , & éruí vos de manu Ægyptiórum , & de manu ómnium regum qui affligébant vos . Vos autem hodie projecistis Deum vestrum , qui solus salvávit vos de universis malis & tribulatióibus vestris ; & dixistis : Nequáquam ; sed regem constitue super nos . Nunc ergo state coram Dómino per tribus vestras , & per familias . Et applicuit Sámuel omnes tribus Israël , & cecidit fors tribús Bénjamin . Et applicuit tribum Bénjamin & cognatiónes ejus , & cecidit cognatio Metri , & pervénit usque ad Saül filium Cis . Quasiérunt ergo eum , & non est inventus . Et consuluerunt post hæc Dóminum , utrumnam ventúrus esset illuc . Responditque Dóminus : Ecce absconditus est domi . Cucurrerunt itaque , & tulérunt eum inde ; stetitque in médio pópuli , & altiór fuit universo pópulo ab húmero & sursum . Et ait Sámuel ad omnem pópulum : Certè vidétis quem elégit Dóminus , quóniam non sit similis illi in omni pópulo . Et clamávit omnis pópulus , & ait : Vivat Rex .

R. Respexit Elías , & ecce ad caput . 167 .

## IN II. NOCTURNO.

*Ant. 6. F.* Discubuit Jesus, & duodecim Apóstoli cum eo; & ait illis: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. *Luc. 22.*

*Ant. 7. c.* Dico vobis quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. *Luc. 22.*

*Ant. 4. E.* Accepto cálice, grátias egit, & dixit: Accipite. Dico enim vobis quòd non bibam de generatióne vitis, donec regnum Dei véniat. *Luc. 22.*

ÿ. Edúcas panem de terra; *Rz.* Et vinum lætíficet cor hóminis. *Pf. 103.*

Sermo sancti Cyrilli Jerosolymitani.

*Cateches. mystagog. 4.*

*Lectio iv.*

**H**Æc sola beáti Pauli institutio abundè sufficiens est, ut certam vobis de divinis mystériis fidem faciat; quibus digni habitus, concorpórei & consanguines Christi facti estis. Ille enim modò clamabat quòd in ea nocte quâ tradebátur Dóminus noster Jesus Christus, sumpto pane, & grátiis actis, fregit & dedit suis discipulis, dicens: Accipite, manducate; hoc est corpus meum. Et sumpto cálice, ac grátiis actis, dixit: Accipite, bibite; hic est sanguis meus. Cùm igitur ipse pronuntiáverit & dixerit de pane, Hoc corpus est meum; quis audébit deinceps ambigere? Et cùm ipse asseráverit & dixerit, Hic meus est sanguis; quis unquam du-

*MIR. Pars Æstiva.*

bitáverit, áiens non esse ejus sanguinem?

*Rz. Memóriam. 169.*

*Lectio v.*

**A**quam olim in vinum, quod sanguini affine est, in Cana Galilææ transmutávit: & eum parum dignum existimábimus cui credámus, cùm vinum in sanguinem transmutávit? Ad nuptias corporales vocátus, stupendum hoc miraculum effecit: & non eum multò magis filiis thálami nuptiális corpus suum & sanguinem fruenta donasse confitebimur? Quare cum omni persuasióne tanquam corpus & sanguinem Christi illa sumámus. Nam in figura panis datur tibi corpus, & in figura vini datur tibi sanguis; ut cùm sumpseris corpus & sanguinem Christi, concorpóreus & consanguis ipsi efficiáris. Sic etenim Christiferi effícimur, distribúto in membra nostra corpore ejus & sanguine; sic, juxta beárum Petrum, divínæ simus consortes naturæ.

*Rz. Cœnantibus. 170.*

*Lectio vj.*

**O**lim Christus cum Judæis disserens, aiébat: Nisi manducáveritis meam carnem, & bibéritis meum sanguinem, non habébitis vitam in vobis ipsis. Cùm autem illi ea quæ dicebantur, non spiritaliter accepissent, offensi abiérunt retrò, existimantes quòd eos ad manducandas carnes hortaretur. Erant & in antiquo fœdere panes propositiónis; verùm illi cùm ad vetus testamentum attinèrent,

N

finem accepérunt. In novo verò testamento panis est cœlestis & póculum salutáris, ánimam & corpus sanctificántia. Quemádmódum enim panis córpori convéniens est, ita & Verbum ánimæ consensivéneum. Quamobrem ne tanquam nudis & comúnibus elementis, pani & vino Eucharisticis attende; sunt enim corpus & sanguis Christi, secundum Dómini asseverationem: nam etiamsi illud tibi suggerat sensus, fides tamen te certum & firmum efficiat. Ne júdices rem ex gustu; sed ex fide citra ullam dubitationem certus esto te córporis & sanguinis Christi dono dignatum fuisse.

Rz. Accípiens Jesus. 170.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Habémus altáre, de quo édere non habent pótēstatem, qui tabernáculo deserviunt. *Hebr. 13.*

Ant. 3. c. Vidéte ne fortē sit in áliquo vestrum cor malum; participes enim Christi effecti sumus. *Hebr. 3.*

Ant. 8. G. Quanta putátis meréri supplicia, qui Fílium Dei conculcáverit, & sanguinem testamenti pollútum duxerit? *Hebr. 10.*

ψ. Emitte lucem tuam & veritátem tuam, Rz. Et introibo ad altáre Dei. *Pf. 42.*

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 6.

**I**N illo tempore; Dixit Jesus turbis Judæórum: Qui manducat me, & ipse vivet propter me. Hic est panis qui de cœlo descendit. Et reliqua.

Homília sancti Cyrilli Alexandríni.

*Adversus Nestor. Lib. 4.*

**Q**UI manducat me, inquit, & ille vivet. Manducámus autem nos, non quòd ipsam divinitátem consumámus, ápage ab ista impietáte; sed illam própriam Verbi carnem jam vivificam effectam, quia ejus facta est qui propter Patrem vivit. Et certē non dicimus extrínsecâ participatióne & adventitiâ vivificári Verbum à Patre; sed vitam pótius per natúram esse affirmámus: génitus est enim de Patre tanquam de vita. Quemádmódum verò vivíficum est illud ipsius Verbi corpus quod sibi próprium fecit per veram uniónem, quæ & intelligéntiam & sermonem superat: sic nos quoque, qui illius sanctæ carnis & sanguinis ejus participatióne fruimur, omnino vivificámur; cum in nobis máneat Verbum, non solum divino modo per sanctum Spíritum, verum etiám humano per sanctam illam carnem pretiosumque ejus sanguinem.

Rz. Caro mea. 173.

Lectio viij.

**H**ÆC quæ dixi, vera esse beátus Paulus suo suffragio confirmat, sic scribens ad eos qui Corinthi in Dóminum nostrum Jesum Christum crederant: Tanquam prudentibus dico, judicáte vos quod dico. Calix benedictiõnis cui benedicimus, nonne communicatió sanguinis Christi est? Panis quem frángimus, nonne communicatió córporis Christi

fi est? Quóniam unus panis & unum corpus multi sumus; omnes enim de uno pane participámus. Participes namque sancti Spiritûs effecti, & ipsi ómnium Salvatóri Christo, & inter nos unimur. Concorporáles étiam hoc modo sumus; quóniam unus panis, unum corpus multi sumus: omnes enim de uno pane participámus. Cólligat namque nos ad unitátem corpus Christi quod est in nobis, neque est ullo modo divisum.

Rz. Sicut misit. 173.

*Lectio ix.*

**A**C divinum quidem hoc esse mystérium, participationemque ejus vivificam, & incruentæ hujus hóstie vim longè illo legáli cultu præstantiorem, perfácile est vidére vel ab eo ipso, quòd illa prisca homínibus sancíta per Mosen, Umbra dicuntur; Christus verò ejusque ómnia, Véritas appellantur. Ad eamque rem confirmandam nobis erit adjumento beátus Paulus, qui sic scripsit; Irritam quis faciens legem Mosi, sine ulla miseratióne duóbus vel tribus téstibus móritur; quantò magis putátis deterióra meréri supplicia, qui Filium Dei conculcáverit, & sanguinem Testamenti pollútum dúxerit, in quo sanctificátus est, & Spiritui grátie contuméliam fécerit? Quantò igitur res nostræ sunt excellentiôres, quibus ipsa Véritas, id est Christus, illuxit, sanctamque suam carnem ad participandum appóruit! Rz. Unus panis. 174.

Te Deum.

*MIR. Pars Æstiva.*

A D L A U D E S.

*Pf. designati pro Laudibus, ut infra ad calcem Breviarii.*

*Ant.* **M**elchisedech rex Sa-  
8. G. lem, próferens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei Altíssimi, benedixit Abrahæ. *Gen. 14.*

*Ant. 7. c.* Melchisedech rex justitiæ, rex pacis, neque iní-  
tium diérum, neque finem vitæ habens, assimilatús Filio Dei, manet Sacerdos in per-  
pétuum. *Hebr. 7.*

*Ant. 8. c.* Neceffárium fuit  
secundùm ordinem Melchise-  
dech surgere Sacerdótem, &  
non secundùm ordinem Aaron  
dici. *Hebr. 7.*

*Ant. 3. g.* Secundùm simi-  
litúdinem Melchisedech álius  
Sacerdos factus est secundùm  
virtútem vitæ insolúbilis.  
*Hebr. 7.*

*Ant. 4. a.* Dixit Dóminus  
Dómino meo: ante lucíferum  
génui te: Tu es Sacerdos in  
æternum secundùm ordinem  
Melchisedech. *Pf. 109.*

*Capitulum.* Hebr. 8.

**J**esus mélius fortítus est mi-  
nistérium, quantò & me-  
lióris testamenti mediátor est,  
quod in melióribus repromis-  
sionibus sancítum est.

*Hymnus.*

**C**ESSANT figuræ: non litat  
impares

Impar Sacerdos ámplius hóstias; [sum

Jam Póntifex fit numen ip-  
Seque sibi Deus agnus offert.

VITAM cruéntus qui semel  
óbtulit, [molat,

Se non cruéntum jugiter im-  
Mactátus aris, & renáscens

Perpétuò moriendo vivit.

\* N ij

AD grande munus nos Deus  
érigit,

Quos ungit intus sacrificos  
sibi,

Pondus cadúci sustinémus  
Angélicis húmeris tremén-  
dum.

O quam stupénda, quas ági-  
mus vices! [cit;

Quem prona cœli cúria súspi-  
Sacras ad aras imperántes  
Nos docílis Deus ipse sen-  
tit.

CHRISTUM, Sacerdos, cœli-  
tús évocas,

Per te créatur, qui creat óm-  
nia; [nat,

Immótus orbem qui guber-  
Se tibi dat fácilém movéri.

NON impotenti, críminis ár-  
biter,

Verbo resólvis férrea víncula:  
Quas fers magistra voce,  
numen

Ecce sibi putat esse leges.

LAUS summa Patri, summá-  
que Filio,

Sit sanéte compar laus tibi,  
Spíritus,

Quo Christus aris per mi-  
nistros

Hóstia stat, simul & Sacer-  
dos, Amen.

Ÿ. Jurávit Dóminus & non  
pœnitébit eum. R. Tu es Sa-  
cerdos in æternum. Hebr. 7.

Ad Benedíctus. Ant. 5. a.

Christus Jesus factus est óm-  
nibus obtemperántibus sibi  
causa salútis æternæ, appel-  
látus à Deo Póntifex juxta ór-  
dinem Melchisedech. Hebr. 5

Oratio.

D EUS, qui magno miseri-  
córdiæ tuæ múnere do-  
cuisti nos redemptiónis nostræ  
sacrificium celebráre, sicut

óbtulit Póntifex noster Jesus  
Christus in terris: da nobis,  
quæsumus, ut sanctificáti per  
oblatióné cörperis & sangui-  
nis ejus, cum ipso mereámur  
in sempiternum consummári;  
Qui tecum vivit & regnat.

AD HORAS. Psalmi de  
Dominica (omisso ad Primam  
Symbolo Quicumque.)

A D P R I M A M.

Ant. Melchisedech.

In R. br. Ÿ. Qui es Sacer-  
dos in æternum secundum ór-  
dinem Melchisedech. Hebr. 5.

A D T E R T I A M.

Ant. Melchisedech.

Capitulum. Hebr. 5.

C Hristus non semetipsum  
clarificávit ut Póntifex  
fieret, sed qui locútus est ad  
eum: Filius meus es tu, ego hó-  
die génui te: quemádmódu  
& in álio loco dicit: Tu es Sa-  
cerdos in æternum secundum  
órduem Melchisedech.

R. br. Sacrificium & obla-  
tiónem noluisti: tunc dixi:  
Ecce vénio, \* Allelúia, allel.  
Sacrificium. Ÿ. Corpus autem  
aptaſti mihi. \* Allelúia. Gló-  
ria. Sacrificium. Pf. 39.

Ÿ. Si voluisses sacrificium  
dedissem útique: R. Holocau-  
stis non delectáberis. Pf. 50.

A D S E X T A M.

Ant. Neceſsárium.

Capitulum. Hebr. 9.

S I sanguis hircórum & tau-  
rórum, & cinis vítulæ as-  
pérsus inquinátos sanctificat  
ad emundatióné carnis; quan-  
tò magis sanguis Christi, qui  
per Spíritum sanctum semet-  
ipsum óbtulit immaculátum  
Deo, emundábit consciéntiam  
nostram ab opéribus mórtuis,

ad serviendum Deo viventi ?

*R. br.* Erunt Dómino offerentes sacrificia , \* Allelúia , allelúia. Erunt. *ŷ.* Et placébit Dómino sacrificium. \* Allel. Glória. Erunt *Mal.* 3.

*ŷ.* Sacrificáre sacrificium justitiæ , *R.* Et speráte in Dómino. *Pf.* 4.

A D N O N A M.

*Ant.* Dixit Dóminus.

*Capitulum.* Hebr. 9.

**C**hristus novi Testamenti mediátor est , ut morte intercedente , in redemptionē eárum prævaricationum quæ erant sub priori testamento , repromissionem accípiant , qui vocati sunt æternæ hæreditatis.

*R. br.* Cálicem salutáris accípiam , & nomen Dómini invocábo , \* Allelúia , allelúia. Cálicem. *ŷ.* Vota mea Dómino reddam. \* Allelúia. Glória. Cálicem. *Pf.* 115.

*ŷ.* Lætábitur in salutári tuo , *R.* Et in nómine Dómini nostri magnificábitur. *Pf.* 19.

AD II. VESPERAS.

*Psalmi ut in die.*

*Ant.* **C**hristus unam pro 4. E. peccátis offerens hóstiam in sempiternum sedet in dextera Dei. *Hebr.* 10.

*Ant.* 2. D. Unâ oblatióne consummávit in sempiternum sanctificátos. *Hebr.* 10.

*Ant.* 8. G. Christus dilexit nos , & trádedit semetipsum pro nobis oblatiónem , & hóstiam Deo in odórem suavitátis. *Ephes.* 5.

*Ant.* 7. d. Habentes Pontíficem magnum , qui penetrávit cælos , Jesum Filium Dei tenemus confessionem. *Hebr.* 4.

*Ant.* 1. f. Per ipsum offe-

rámus hóstiam laudis semper Deo , fructum labiórum confitentium nómini ejus. *Hebr.* 13.

*Capitulum.* Hebr. 8.

**T**alem habemus Pontíficem qui confédit in dextera sedis magnitudinis in cælis , sanctorum minister , & tabernáculi veri quod fixit Dóminus , & non homo.

*Hymn.* Cessant. *ut ad Laud.*

*ŷ.* Sacrificent sacrificium laudis , *R.* Et annúntient ópera ejus in exultatióne. *Pf.* 106.

*Ad Magnificat.* *Antiph.* 6. Ait Jesus Apóstolis : Desiderávi hoc Pascha manducáre vobiscum ántequam pátiar : hoc fácite in meam commemoratiónem. *Luc.* 23.

*Oratio, ut suprâ ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM.

*Psalmi & Capitulum de Dominica, sub Ant.* Agnum offeres. *ut suprâ* 164.

FERIA SEXTA

Hebdom. II. post Pentecosten.

*Officium ut in Psalterio.*

*R. R. R. sumuntur ex I. Nocturno, Dominica sequentis.*

De libro primo Regum.

*Lectio j.* Cap. 12.

**D**ixit Sámuel ad universum Israél : Ecce audi vi vocem vestram juxtà ómnia quæ locúti estis ad me , & constitui super vos regem. Et nunc rex graditur ante vos : ego autem senui , & incánu ; porrò filii mei vobiscum sunt : itaque conversátus coram vobis ab adolescéntia mea usque ad hanc diem , ecce præstó sum Loquimini de me coram Dómino , & coram Christo ejus , utrùm bovem cujusquam túlerim , aut ásinum , si

quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accépi: & contemnam illud hódie, restituaque vobis. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quippiam. Dixitque ad eos: Testis est Dóminus adversum vos, & testis Christus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Testis.

R. Dilectus, 198.

*Lectio ij.*

**E**T ait Sámuel ad pópulum: Dóminus, qui fecit Móysen & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Ægypti. Nunc ergo state, ut iudicio contendam adversum vos coram Dómino, de ómnibus misericórdiis Dómini, quas fecit vobiscum & cum pátribus vestris: quómodo Jacob ingressus est in Ægyptum, & clamaverunt patres vestri ad Dóminum; & misit Dóminus Móysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Ægypto, & collocávit eos in loco hoc. Qui obliti sunt Dómini Dei sui, & trádidit eos in manu Sísaræ magistri militiæ Hasor, & in manu Philisthinórum, & in manu regis Moab, & pugnaverunt adversum eos. Postea autem clamaverunt ad Dóminum, & dixerunt: Peccávimus, quia dereliquimus Dóminum, & servivimus Báalim & Astaroth: nunc ergo érue nos de manu inimicórum nostrórum, & serviémus tibi. Et misit Dóminus Jeróbaal, & Badan, & Jephthe, & Sámuel, & éruit

vos de manu inimicórum vestrórum per circúitum, & habitastis confidenter. Videntes autem quòd Naas rex filiórum Ammon venisset adversum vos, dixistis mihi: Nequáquam, sed rex imperábit nobis, cum Dóminus Deus vester regnaret in vobis. Nunc ergo præstò est rex vester, quem elegistis & petistis.

R. Dixit Sámuel. 199.

*Lectio iij.*

**E**T clamávit Sámuel ad Dóminum, & dedit Dóminus voces & plúvias in illa die. Et tímuit omnis pópulus nimis Dóminum & Samuélem, & dixit universus pópulus ad Samuélem: Ora pro servis tuis ad Dóminum Deum tuum, ut non moriámur; addidimus enim universis peccátis nostris malum, ut peterémus nobis regem. Dixit autem Sámuel ad pópulum: Nolite timére, vos fecistis universum malum hoc; verumtamen nolite recedere à tergo Dómini, sed servite Dómino in omni corde vestro. Et nolite declináre post vana, quæ non próderunt vobis, neque éruent vos; quia vana sunt. Et non derelinquet Dóminus pópulum suum, propter nomen suum magnum; quia jurávit Dóminus facere vos sibi pópulum. Absit autem à me hoc peccátum in Dómino, ut cessem oráre pro vobis, & docébo vos viam bonam & rectam. Igitur tíméte Dóminum, & servite ei in veritate, & ex toto corde vestro.

R. Si in toto. 199.

*Oratio*, Deus, qui Ecclesiam tuam. ex Dominica praecedenti. 186.

## S A B B A T O.

¶ *Hodie & aliis Sabbatis usque ad Adventum, fit Officium de B. Maria in Sabbato, nisi occurrat Festum semiduplex aut supra, vel dies intra Octavam, vel aliqua Feria privilegiata.*]

De libro primo Regum.

*Lectio j. Cap. 13.*

**F**ilius unius anni erat Saül cum regnare cepisset; duobus autem annis regnavit super Israël. Et elegit sibi Saül tria millia de Israël: & erant cum Saül duo millia in Machmas & in monte Bethel, mille autem cum Jónatha in Gábaa Bénjamin: porro ceterum populum remisit unumquemque in tabernacula sua. Et percussit Jónathas stationem Philisthinorum, quæ erat in Gábaa. Quod cum audissent Philisthiim, Saül cecinit búccinâ in omni terra, dicens: Audiant Hebræi. Et universus Israël audivit hujusmodi famam: Percussit Saül stationem Philisthinorum; & erexit se Israël adversus Philisthiim. Clamavit ergo populus post Saül in Gálgala.

[*Si fiat de Sabbato, RRRR. sumentur ex II. Nocturno Dominica sequentis, infra. 200.*]

*Lectio ij.*

**E**T Philisthiim congregati sunt ad præliandum contra Israël triginta millia curruum, & sex millia equitum, & reliquum vulgus, sicut aréna quæ est in littore maris plurima. Et ascendentes ca-

strametati sunt in Machmas ad orientem Béthaven. Quod cum vidissent viri Israël se in arcto positos, (afflictus enim erat populus) absconderunt se in speluncis & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in cisternis. Hebræi autem transierunt Jordánem in terram Gad & Gálaad. Cumque adhuc esset Saül in Cálgala, universus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Et expectavit septem diebus juxta placitum Samuélis, & non venit Samuel in Gálgala, dilapsusque est populus ab eo.

*Lectio iij.*

**A**It ergo Saül: Afferte mihi holocaustum & pacifica. Et obtulit holocaustum. Cumque compleisset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat; & egressus est Saül obviam ei, ut salutaret eum. Locutusque est ad eum Samuel: Quid fecisti? Respondit Saül: Quia vidi quod populus dilaberetur à me, & tu non veneras juxta placitos dies, (porro Philisthiim congregati fuerant in Machmas) dixi: Nunc descendent Philisthiim ad me in Gálgala, & faciem Domini non placavi: necessitate compulsus obtuli holocaustum. Dixitque Samuel ad Saül: Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc preparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum; sed nequâquam regnum tuum ultra consurget. Quæsiuit Dominus sibi virum juxta cor

N iij

suum; & præcepit ei Dominus ut esset dux super populum suum, eo quod non servaveris quæ præcepit Dominus.

**DOMINICA TERTIA**  
post Pentecosten.

**IN VESPERIS Sabbati,**  
*Psalmi, Antiphons, &c. ut in Psalterio.*

*Ad Magnificat. Ant. 4. E.*  
Multo melior est obedientia, quam stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali. *Eccli. 4.*

*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Officium Nocturnum, Laudes, &c. ut in Psalterio.*

**IN I. NOCTURNO.**

De libro primo Regum.

*Lectio j. Cap. 13.*

**S**AÛL & JONATHAS filius ejus populusque qui inventus fuerat cum eis, erat in GABAA BENJAMIN: porro PHILISTHIIM considerant in MACHMAS. Et egressi sunt ad prædandum de castris Philistinorum tres cunei. Unus cuneus pergebat contra viam Ephra ad terram Sual: porro alius ingrediebatur per viam Bethoron; tertius autem vertebat se ad iter termini imminenti valli Seboim contra desertum. Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israël. Caverant enim Philisthiim, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israël ad Philisthiim, ut exacteret unusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum, Retulæ itaque erant acies vomerum, & ligonum,

& tridentum, & securum, usque ad stimulum corrigendum. Cumque venisset dies prælii, non est inventus ensis & lancea in manu totius populi qui erat cum Saule & Jonatha, excepto Saül & Jonatha filio ejus. Egressa est autem statio Philisthiim, ut transcenderet in Machmas.

*R.* Dilectus à Domino Deo suo Samuel Propheta Domini, renovavit imperium: \* In lege Domini congregationem judicavit, & cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis. *ÿ.* Deus forte distribuit patribus terram, & post hæc dedit Judices usque ad Samuel prophetam. \* In lege Domini. *Eccli. 46. Act. 13.*

*Lectio ij. Cap. 14.*

**D**IXIT autem Jonathas ad adolescentem armigerum suum: Veni, transeamus ad stationem incircumcisorum horum, si forte faciat Dominus pro nobis; quia non est Domino difficile salvare, vel in multis, vel in paucis. Dixitque ei armiger suus: Fac omnia quæ placent animo tuo: perge quod cupis, & ero tecum ubicumque volueris. Et ait Jonathas: Ecce nos transimus ad viros istos. Cumque apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, Manete donec veniamus ad vos; stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint, Ascendite ad nos; ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris; hoc erit nobis signum. Apparuit igitur uterque stationi Philistinorum;

dixeruntque Philisthiim : En Hebræi egrediuntur de caver-  
nis in quibus absconditi fue-  
rant. Et locuti sunt viri de  
statione ad Jónatham & ad ar-  
migerum ejus, dixeruntque :  
Ascendite ad nos, & ostendé-  
mus vobis rem. Et ait Jóna-  
thas ad armigerum suum :  
Ascendamus, sequere me ;  
trádidit enim Dóminus eos in  
manus Israël.

Rz. Dixit Sámuël ad univer-  
sum Israël : Nolite declinare  
post vana quæ non próderunt  
vobis ; & non derelinquet Dó-  
minus pópulum suum. Quòd  
\* Si perseveraveritis in mali-  
tia, peribitis. *ÿ*. Nescitis quó-  
niam servi estisejus, cui obe-  
ditis, sive peccati ad mor-  
tem, sive obediçionis ad ju-  
stitiam ? \* Si perseveraveritis  
*1. Reg. 12. Rom. 6.*

*Lectio iij.*

**A**scendit autem Jónathas  
mánibus & pédibus rep-  
tans, & armiger ejus post  
eum. Itaque alii cadébant ante  
Jónatham, alios armiger ejus  
interficiébat sequens eum. Et  
facta est plaga prima, quâ  
percussit Jónathas & armiger  
ejus, quasi viginti virórum,  
in média parte júgeri, quam  
par boum in die arare consue-  
vit. Et factum est miraculum  
in castris per agros : sed &  
omnis pópulus stationis eó-  
rum qui ierant ad prædandum,  
obstupuit, & conturbata est  
terra ; & accidit quasi mirá-  
culum à Deo. Et respexerunt  
speculatores Saül, qui erant  
in Gábaa Béniamin, & ecce  
multitúdo prostrata, & huc  
illucque diffugiens.

Rz. Si in toto corde vestro  
revertimini ad Dóminum,  
\* Auferre deos aliénos de mé-  
dio vestri, & † Præparáte  
corda vestra Dómino, &  
servite ei soli. *ÿ*. Genus cum  
simus Dei, non debémus  
æstimare auro, aut argento,  
aut lapidi Divinum esse si-  
mile. \* Auferre. Glória Patri.  
† Præparáte. *1. Reg. 7. Act. 17.*

*IN II. NOCIURNO.*

Sermo sancti Joannis Chry-  
sostomi.

*De Sacerd. Lib. 4. C. 1.*

*Lectio iv.*

**O**ptarim ergo istam tuâ  
opiniónem veram esse,  
nimirum eos quibus  
còntigit non bene præesse pú-  
blico múnere, ( etsi millies  
eos dicas vi pertractos fuisse,  
atque ignorantia peccasse, )  
optarim, inquam, eos effu-  
gere posse ignem illum æter-  
num, nec cum hypócritis &  
insidelibus partem habere.  
Verum quid tibi faciam ?  
Non ita se res habet, non ita  
sanè. Ac si vis, ut à regno  
primùm, quod apud Deum  
tanti non est quanti Sacer-  
dótium, eórum quæ dixi fi-  
dem faciam ; Saül ille filius  
Cis, non suoapte motu & curâ  
rex factus est ; sed abiit ut  
quæreretur ásinas, & super iis  
Prophétam interrogare cœ-  
pit : ille verò de regno ipsum  
allocútus est. Neque tamen  
ille statim regnum adiit, licet  
id à Prophéta audisset ; sed  
deprecabatur, renuebatque,  
dicens : Quis sum ego, &  
quæ domus patris mei ? Quid  
ergo ? An, cum honóre sibi  
per Deum trádito malè usus

esset, pôtuît his verbis éximi ab ira ejus qui se in regem constituérat ?

R. Deus plebis Israël elégit patres nostros de terra Ægypti, & dedit eis Júdicés usque ad Sámuél Prophétam: exinde postulavérunt regem; \* Et dedit illis Deus Saül virum de tribu Bénjamin. *ÿ.* Dixerunt majóres natu Israël Samuéli, Constitue nobis regem, ut júdicet nos; \* Et dedit illis Deus Saül virum. *Act. 13. 1. Reg. 8.*

*Lectio v.*

**A**Tqui pôterat ad Samuélem increpantem dicere: Num ego regnum invási? Num insilivi in hanc poténtiam? Vitam privátam, otíofam & quiétam dúcere volébam: tu verò me in hanc dignitátem pertraxisti. Si in illa humilitáte permanissem, hæc offendícula fácilè declinássem: nam cum ex vulgárium & ignobílium essem número, ad hoc opus missus nunquam fuíssem; neque mihi bellum contra Amalecitas Deus commisisset; quo mihi non commisso in peccátum hujúsmodi nunquam incidissem. Verùm hæc ómnia ad defensíonem infirma sunt; nec infirma modò, sed periculósa, quæ Dei magis iram accendant.

R. Dixit Sámuél ad Saül: Percúte Amalec, non parcas ei: & pepercit Saül Agag. Et ait Sámuél ad Saül: \* Pro eo quod abjecisti sermónem Dómini, abjecit te Dóminus. *ÿ.* Quicumque totam legem serváverit, offendat autem in

uno, factus est ómnium reus.

\* *Pro. 1. Reg. 15. Jac. 2.*

*Lectio vj.*

**E**Um enim qui méritis majórem dignitátem accépit, non oportet ad peccatórum excusatiónem honóris magnitudinem osténdere; sed ad majórem in virtute profectum uti magno illo Dei erga se stúdio. Ille verò, quia meliorem nactus dignitátem, idéò peccáre sibi licitum esse existimábat, nihil áliud quàm Dei cleméntiam peccatórum suórum causam fácere conátus est: quod sanè ímpiis, & iis qui vitam ignavè ducunt, mos est dicere. Nos autem non sic affectos esse, nec in símilem decídere insániam decet; sed ubíque curáre ut quæ facultátis nostræ sunt adhibeámus, ac bene de Deo cogitémus & loquámur.

R. Numquid vult Dóminus holocausta & víctimas, & non pôtius ut obediátur voci Dómini? \* Mélior est enim obediéntia quàm víctimæ. *ÿ.* Qui permánserit in lege factor óperis, hic beátus in facto suo erit. \* Mélior. Glória Patri \* Mélior. *1. Reg. 15. Jac. 1.*

*IN III. NOCTURNO.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.*

*Lectio vij. Cap. 15.*

**I**n illo témpore; Erant appropinquantes Jesu publicáni & peccatóres, ut audírent illum. Et murmurábant Pharisæi & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatóres récipit, & manducat cum illis. Et réliqua.

Homilia sancti Gregorii  
Papæ.

Homil. 34. in Evang.

**C**onsiderandum nobis est, fratres mei, cur Dominus plus de conversis peccatoribus, quam de constantibus justis, in celo gaudiu esse fateatur. Unde hoc nisi quod ipsi per quotidianum visionis experimentum novimus, quia plerumque hi qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in via justitiæ, nulla illicita perperant, sed tamen ad celestem patriam anxie non anhelant; ranteque sibi in rebus licitis usum præbent, quanto se perpetrasse nulla illicita meminerunt. Et plerumque pigri remanent ad exercenda bona præcipua; quia valde sibi securi sunt, quod nulla commiserint mala graviora.

R. Erant appropinquantes Jesu publicani & peccatores; & murmurabant Pharisei & Scribæ, dicentes: Quia hic \* Peccatores recipit, & manducat cum illis. *ψ.* Quam magna misericordia Domini, & propitiatio illius convertentibus ad se! \* Peccatores recipit. *Luc. 15. Eccli. 17.*

*Lectio viij.*

**A**T contra, nonnunquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti, inardescunt in amorem Dei, seseque in magnis virtutibus exercent, cuncta difficilia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis

latantur, flagrant desiderio, ad celestem patriam anhelant; & quia se errasse à Deo considerant, damna præcedentia lucris sequentibus recompensant. Majus ergo de peccatore converso, quam de stante justo gaudium fit in celo; quia & dux in prælio plus cum militem diligit qui post fugam reversus hostem fortiter premit, quam illum qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam amplius terram amat quæ post spinas uberes fruges profert, quam eam quæ nunquam spinas habuit, & nunquam fertilem messem producit.

R. Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & si perdidit unam, \* Nonne vadit ad ovem quæ perierat? & cum invenerit, imponit in humeros suos gaudens. *ψ.* Misericordia Dei super omnem carnem: docet & erudit quasi pastor gregem suum. \* Nonne vadit. *Luc. 15. Eccli. 18.*

*Lectio ix.*

**S**ed inter hæc sciendum est quia sunt plerique justii in quorum vita tantum est gaudium, ut eis quælibet peccatorum pœnitentia præponi nullatenus possit. Nam multi & nullorum sibi malorum sunt conscii, & tamen in tanti ardoris afflictione se exercent, ac si à peccatis omnibus coangustentur. Cuncta etiam licita respuunt ad despectum mundi sublimiter accinguntur, licere sibi nolunt omne quod libet, bona sibi amputant etiam concessa, contem-

nunt visibilia, invisibilibus accenduntur, lamentis gaudent, in cunctis semetipsos humiliant; & sicut nonnulli peccata operum, sic ipsi cogitationum peccata deplorant. Quid itaque istos dixerim, nisi & justos & pœnitentes, qui se & in pœnitentia de peccato cogitationis humiliant, & recti tamen in opere perseverant? Hinc ergo colligendum est quantum Deo gaudium faciat, quando humiliter plangit justus, si facit in cœlo gaudium: quando hoc quod malè gessit, per pœnitentiam damnat injustus.

*R.* Ego pascam oves meas: \* Quod perierat, requiram; & quod abjectum erat, redûcam; & † Quod infirmum fuerat, consolidabo, *ÿ.* Venit Filius hominis querere, & salvum facere quod perierat. \* Quod perierat. *Gloria Patri.* † Quod infirmum. *Ezech. 34. Luc. 19.*

Te Deum. [ *Et dicitur in omnibus Dominicis usque ad Adventum.* ]

*Ad Benedictus. Ant. 6. C.* Mulier si perdiderit drachmam unam, quærit diligenter; & cum invenerit, convocat amicas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. *Luc 15.*

*Oratio.*

**P**rotector in te sperantium, Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam; ut, te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna; Per

Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

*Ad Magnificat. Ant. 3. a.* Dico vobis quia gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente. *Luc. 15.*

*Oratio ut supra.*

FERIA SECUNDA.

De libro primo Regum.

*Lectio j. Cap. 14.*

**O**Mnes Israëlitæ qui se absconderant in monte Ephraim, audientes quod fugissent Philisthæi, sociaverunt se cum suis in Prælio. Et erant cum Saül quasi decem millia virorum. Et salvavit Dominus in die illa Israël: pugna autem pervenit usque ad Bèthaven. Et viri Israël sociati sunt sibi in die illa: adjuravit autem Saül populum, dicens: Maledictus vir qui comederit panem usque ad vespèram, donec ulciscat de inimicis meis. Et non manducavit universus populus panem: omneque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri. Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os suum; timebat enim populus juramentum. Porro Jónathas non audierat cum adjuraret pater ejus populum: extenditque summitatem virgæ quam habebat in manu, & intinxit in favum mellis; & convertit manum suam ad os suum & illuminati sunt oculi ejus.

*R.* Dilectus à Dómino Deo suo Sámuel Prophéta Dómini. 198.

*Lectio ij.*

**E**T dixit Saül: Irruamus super Philisthæos nocte, & vastemus eos usque dum illucescat mane, nee relinquamus ex eis virum. Dixitque pópulus: Omne quod bonum videtur in óculis tuis, fac. Et ait sacerdos: Accedamus huc ad Deum. Et consuluit Saül Dóminum: Num persequar Philisthiim? si trades eos in manus Israël? Et non respondit ei in die illa. Dixitque Saül: Applicáte huc universos ángulos pópuli; & scitote, & videte per quem accidit peccatum hoc hódie. Vivit Dóminus salvátor Israël, quia si per Jónatham filium meum factum est, absque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni pópulo. Et ait ad universum Israël: Separámini vos in partem unam, & ego cum Jónatha filio meo ero in parte áltera. Responditque pópulus ad Saül: Quod bonum videtur in óculis tuis, fac.

*R.* Dixit Sámuel. 199.

*Lectio iij.*

**E**T dixit Saül ad Dóminum Deum Israël: Dómine Deus Israël, da indicium: quid est quod non respondearis servo tuo hódie? Si in me aut in Jónatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem: aut si hæc iniquitas est in pópulo tuo, da sanctitatem. Et deprehensus est Jónathas & Saül; pópulus autem exivit. Et ait Saül: Mittite sortem inter me & inter Jónathan filium meum. Et captus est Jónathas. Dixit autem

Saül ad Jónatham: Indica mihi quid féceris. Et indicavit ei Jónathas, & ait: Gustans gustávi in summitate virgæ quæ erat in manu mea, pávulum mellis; & ecce ego mórior. Et ait Saül: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris, Jónatha. Dixitque pópulus ad Saül: Ergone Jónathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israël? hoc nefas est: vivit Dñs, si ceciderit capillus de cápite ejus in terram, quia cum Deo operátus est hódie. Liberávit ergo pópulus Jónatham, ut non moreretur

*R.* Si in toto corde. 199.

F E R I A T E R T I A.  
De libro primo Regum.

*Lectio j.* Cap. 15.

**A**It Sámuel ad Saül: Sine me, & indicábo tibi quæ locútus sit Dóminus ad me nocte. Dixitque ei: Lóquere. Et ait Samuel: Nonne cum párvulus esses in óculis tuis, caput in tribubus Israël factus es? unxitque te Dóminus in regem super Israël, & misit te Dóminus in viam, & ait: Vade, & interfice peccatóres Amalec, & pugnabis contra eos usque ad interuersionem eórum? Quare ergo non audisti vocem Dómini; sed versus ad prædam es, & fecisti malum in óculis Dómini? Et ait Saül ad Samuélem: Imò audivi vocem Dómini, & ambulávi in via per quam misit me Dóminus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci. Tulit autem de præda pópulus oves & boves, primitias eórum quæ

cæsa sunt, ut immolet Dómino Deo suo in Gálgalis.

*Rz.* Deus plebis. 200.

*Lectio ij.*

**E**T ait Sámuel: Numquid vult Dóminus holocausta & víctimas, & non potiùs ut obediatur voci Dómini? Mèlior est enim obedièntia quàm víctimæ & auscultare magis quàm offerre adipem arietum: quóniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare; & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo quòd abjecisti sermónem Dómini, abjecit te Dóminus ne sis rex. Dixitque Saül ad Samuélem: Peccavi, quia pravaricatus sum sermónem Dómini & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. Sed nunc porta, quæso, peccatum meum, & revertere mecum; ut adorem Dóminum. Et ait Sámuel ad Saül: Non revertar tecum, quia projecisti sermónem Dómini, & projecit te Dóminus ne sis rex super Israël.

*Rz.* Dixit Sámuel. 200.

*Lectio iij.*

**E**T conversus est Sámuel ut abiret: ille autem apprehendit summitatem pallii ejus, quæ & scissa est. Et ait ad eum Sámuel: Scidit Dóminus regnum Israël à te hódie, & tradidit illud próximo tuo melióri te. Porro Triumphator in Israël non parceret, & pœnitúndine non flectétur; neque enim homo est ut agat pœniténtiam. At ille ait: Peccavi; sed nunc honóra me coram senióribus populi mei, & coram Israël; & revertere

meum, ut adorem Dóminum Deum tuum. Reversus ergo Sámuel, fecutus est Saulem; & adoravit Saül Dóminum. Dixitque Sámuel: Addúcite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguissimus, & tremens. Et dixit Agag: Siccine separata amara mors? Et ait Sámuel: Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frustra concidit eum Sámuel coram Dómino in Gálgalis.

*Rz.* Numquid. 200.

**F E R I A Q U A R T A.**

De libro primo Regum.

*Lectio j.* Cap. 15. & 16.

**D**ixit Dóminus ad Samuélem: Usquequò tu luges Saül, cum ego projecerim eum ne regnet super Israël? Imple cornu tuum oleo, & veni ut mittam te ad Isai Bethleemitem; providi enim in filiis ejus mihi regem. Et ait Sámuel: Quomodo vadam? áudiet enim Saül, & interficiet me. Et ait Dóminus: Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum Dómino veni. Et vocabis Isai ad víctimam, & ego ostendam tibi quid facias, & unges quemcumque monstrávero tibi. Fecit ergo Sámuel sicut locutus est ei Dóminus. Venitque in Bethleem, & admirati sunt senióres civitátis, occurrentes ei; dixeruntque: Pacificusne est ingressus tuus? Et ait: Pacificus: ad immolandum Dómino veni: sanctificámini, & veníte mecum ut

immolem. Sanctificavit ergo Isai & filios ejus, & vocavit eos ad sacrificium.

R. Dilectus à Dómino. 198.

Lectio ij.

**C**Umque ingressi essent, vidit Eliab, & ait: Num coram Dómino est Christus ejus? Et dixit Dóminus ad Samuélem: Ne respicias vultum ejus, neque altitudinem statúræ ejus; quóniam abjeci eum, nec juxta intuitum hóminis ego júdico: homo enim videt ea quæ parent; Dóminus autem intuétur cor. Et vocavit Isai Abínadab, & adduxit eum coram Samuèle. Qui dixit: Nec hunc elégit Dóminus. Adduxit autem Isai Samma, de quo ait: Etiam hunc non elégit Dóminus. Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuèle; & ait Samúel ad Isai: Non elégit Dóminus ex istis.

R. Dixit Samúel. 199.

Lectio iij.

**D**ixit Samúel ad Isai: Numquid jam compléti sunt filii? Qui respondit: Adhuc réliquus est párvulus, & pascit oves. Et ait Samúel ad Isai: Mitte, & adduc eum; nec enim discumbémus priusquam huc ille véniat. Misit ergo, & adduxit eum. Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decorâque fácie. Et ait Dóminus: Surge, unge eum; ipse est enim. Tulit ergo Samúel cornu ólei, & unxit eum in médio fratrum ejus; & directus est Spiritus Dómini à die illa in David, & deinceps: surgensque Samúel abiit in Rámatha. Spiritus

autem Dómini recessit à Saül, & exagitabat eum spiritus nequam à Dómino.

R. Si in toto corde. 199.

F E R I A Q U I N T A .

De libro primo Regum.

Lectio j.

Cap. 17.

**C**ongregantes Philísthium ágmina sua in prælium, convenérunt in Socho Judæ; & castrametati sunt inter Socho & Azeca in finibus Dommim. Porrò Saül & filii Israël congregati venérunt in vallem Therebinthi, & direxérunt aciém ad pugnandum contra Philísthium. Et Philísthium stabant super montem ex parte hac, & Israël stabat supra montem ex alterâ parte: vallisque erat inter eos. Et egressus est vir spúrius de castris Philisthinórum, nómine Góliath, de Geth, altitudinis sex cubitórum & palmi: & cassis area super caput ejus, & lorica squamatâ induebatur: porrò pondus loricae ejus quinque millia siclórum æris erat; & ócreas areas habébat in crúribus; & clypeus æreus tegébat húmeros ejus. Hastile autem hastae ejus erat quasi liciatórium texéntium; ipsum autem ferrum hastae ejus sexcentos siclos habébat ferri: & armiger ejus antecedebat eum.

R. Deus plebis. 200.

Lectio ij.

**S**tansque clamabat adversum phalangas Israël, & dicebat eis: Quare venistis parati ad prælium? Numquid ego non sum Philisthæus, & vos servi Saül? Eligite ex vobis virum, & descendat ad sin-

gulare certamen. Si quiverit pugnare mecum, & percussit me, erimus vobis servi; si autem ego prevaluerit, & percussit eum, vos servi eritis, & servietis nobis. Et aiebat Philistheus: Ego exprobravi agminibus Israël hodie: Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saül & omnes Israëlitarum sermones Philisthei huiusmodi, stupébant, & metuébant nimis.

R. Dixit Samuel 100.

Lectio iij.

**E**T dixit David: Ego servus tuus vadam, & pugnabo adversus Philistheum. Et ait Saül ad David: Non vales resistere Philistheo isti, nec pugnare adversus eum, quia puer es; hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. Dixitque David ad Saül: Pascébat servus tuus patris sui gregem, & veniébat leo, vel ursus, & tollébat arietem de medio gregis; & persequébar eos, & percutiébam, eruebamque de ore eorum: & illi confurgébant adversum me, & apprehendébam mentum eorum, & suffocábam interficiebamque eos. Nam & leonem & ursum interfeci ego servus tuus: erit igitur & Philistheus hic incircumcisus, quasi unus ex eis. Nunc vadam, & auferam opprobrium populi; quoniam quis est iste Philistheus incircumcisus, qui ausus est maledicere exercitui Dei viventis? Et ait David: Dominus qui eripuit me de manu leonis & de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philisthei huius.

Dixit autem Saül ad David: Vade, & Dominus tecum sit.

R. Numquid. 200.

F E R I A S E X T A.

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 17.

**T**ULIT David baculum suum quem semper habébat in manibus: & elégit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem quam habébat secum, & fundam manu tulit; & processit adversum Philistheum. Ibat autem Philistheus incedens, & appropinquans adversum David, & armiger ejus ante eum. Cumque inspexisset Philistheus, & vidisset David, despexit eum; erat enim adolescens, rufus, & pulcher aspectu. Et dixit Philistheus ad David: Numquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philistheus David in diis suis: dixitque ad David: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli & bestiis terræ. Dixit autem David ad Philistheum: Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo; ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israël, quibus exprobrasti hodie: & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum a te.

R. Dilectus. 198.

Lectio ij.

**C**UM ergo surrexisset Philistheus, & veniret, & appropinquaret contra David, festinavit David, & cucurrit ad pugnam ex adverso Phi-

lithæi. Et misit manum suam in peram: tulitque unum lapidem, & fundâ jecit, & circumducens percussit Philisthæum in fronte: & infixus est lapis in fronte ejus, & cecidit in faciem suam super terram. Prævaluitque David adversum Philisthæum in funda & lapide, percussumque Philisthæum interfecit. Cumque gladium non haberet in manu David, cucurrit & stetit super Philisthæum, & tulit gladium ejus, & eduxit eum de vagina sua; & interfecit eum, præciditque caput ejus. Videntes autem Philisthiim quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Et consurgentes viri Israël & Juda vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos usque dum venirent in vallem, & usque ad portas Accaron.

R. Dixit Sâmuël. 199.

Lectio iij. Cap. 18.

**P**orro cum reverteretur percusso Philisthæo David, egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israël, cantantes, chorosque ducentes in occursum Saül regis, in tympanis lætitiæ, & in fistris. Et præcinébant mulieres ludentes, atque dicentes: Percussit Saül mille, & David decem millia. Iratus est autem Saül nimis, & displicuit in oculis ejus sermo iste, dixitque: Dedérunt David decem millia, & mihi mille dedérunt: quid ei superest, nisi solum regnum? Non rectis ergo oculis Saül aspiciébat David à die illa, & deinceps. Post diem autem alteram in-

vásit spiritus Dei malus Saül, & prophetábat in médio domus suæ; David autem psallébat manu suâ, sicut per singulos dies. Tenebatque Saül lanceam, & misit eam, putans quod configere posset David cum pariete: & declinavit David à facie ejus secundo. Et timuit Saül David, eò quod Dóminus esset cum eo, & à se recessisset.

R. Si in toto corde. 199.

S A B B A T O.

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 26.

**A**it David ad Achimelec Hethæum, & Abisai filium Sârviæ, fratrem Joab, dicens: Quis descendet mecum ad Saül in castra? Dixitque Abisai: Ego descendam tecum. Venérunt ergo David & Abisai ad pópulum nocte, & invenérunt Saül jacentem & dormientem in tentório, & hastam fixam in terra ad caput ejus; Abner autem & pópulum dormientes in circúitu ejus. Dixitque Abisai ad David: Conclúsit Deus inimicum tuum hódie in manus tuas; nunc ergo perfódiam eum lanceâ in terra semel, & secundo opus non erit. Et dixit David ad Abisai: Ne interficias eum; quis enim extendet manum suam in Christum Dómini, & innocens erit? Et dixit David: Vivit Dóminus, quia nisi Dóminus percússerit eum, aut dies ejus vénerit ut moriatur, aut in prælium descendens perierit; propitius sit mihi Dóminus ne extendam manum meam in Christum

Dómini. Nunc igitur tolle hastam quæ est ad caput ejus, & scyphum aquæ, & abeamus.

[*Si fiat de Sabato, RRRR. sumentur è II. Nocturno Dominica precedentis.*]

*Lectio ij.*

**T**ULIT igitur David hastam & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saül, & abiérunt: & non erat quisquam qui vidéret, & intelligeret, & evigiláret; sed omnes dormiébant, quia sopor Dómini irrúerat super eos. Cúmque transisset David ex adverso, & stetit in vértice montis de longè, & esset grande intervallum inter eos, clamávit David ad pópulum, & ad Abner filium Ner, dicens: Nonne respondébis, Abner? Et respondens Abner, ait: Quis es tu qui clamas, & inquiétas regem? Et ait David ad Abner: Numquid non vir tu es? & quis álius similis tuí in Israël? Quare ergo non custodisti dómimum tuum regem? ingressus est enim unus de turba ut interficeret regem dómimum tuum. Non est bonum hoc quod fecisti: vivit Dóminus quóniam filii mortis estis vos, qui non custodistis dómimum vestrum, christum Dómini. Nunc ergo vide ubi sit hasta regis, & ubi sit scyphus aquæ qui erat ad caput ejus.

*Lectio iij.*

**C**OGNOVIT autem Saül vocem David, & dixit: Numquid vox hæc tua, fili mi David? Et ait David: Vox mea, dómine mi rex. Et

ait: Quam ob causam dómimus meus persequitur servum suum? Quid feci? aut quod est malum in manu mea? Nunc ergo audi, oro, dómine mi rex, verba servi tui: Si Dóminus incitat te adversum me, odorétur sacrificium; si autem filii hóminum, maledicti sunt in conspectu Dómini, qui ejecerunt me hódie, ut non hábitem in hæreditate Dómini, dicentes: Vade, servi diis aliénis. Et nunc non effundatur sanguis meus in terram coram Dómino; quia egressus est rex Israël, ut quærat púlicem unum, sicut persequitur perdix in montibus. Et ait Saül: Peccávi: revértere, fili mi David; nequáquam enim ultra tibi malefaciam, eò quòd pretiósá fuerit ánima mea in óculis tuis hódie: appáret enim quòd stulté egerim, & ignoráverim multa nimis.

**D O M I N I C A I V.**  
post Pentecosten.

*IN VESPERIS Sabbati.*

*Ad Magnificat. Ant. 7. G. David in sua misericórdia consecutus est sedem regni in sécula. 1. Mach. 2.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

*Officium Nocturnum, Laudes, &c. ut in Psalterio.*

**IN I. NOCTURNO.**

Incipit liber secundus Regum.

*Lectio j. Cap. I.*

**F**ACTUM est, Postquam mórtuus est Saül, ut David reverteretur à cæde Amalec, & maneret in siceleg duos dies. In die autem

ultem tertiâ apparuit homo veniens de castris Saül, veste conscisâ, & pulvere conspersus caput. Et ut venit ad David, cecidit super faciem suam, & adoravit. Dixitque ad eum David: Unde venis? Qui ait ad eum: De castris Israël fugi. Et dixit ad eum David: Quod est verbum quod factum est? indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt: sed & Saül & Jónathas filius ejus interierunt.

R. Elégit Dóminus David servum suum, & \* Sústulit eum de grégibus óvium: de post fatantes accepit eum pascere Jacob servum suum, & Israël hæreditatem suam. V. Amóto Saül, suscitavit illis David regem; cui testimonium perhibens, dixit: Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum. \* Sústulit eum de grégibus ovium. *Psal. 77. Act. 13.*

*Lectio ij.*

**D**ixitque David ad adolescentem qui nuntiabat ei: Unde scis quia mortuus est Saül, & Jónathas filius ejus? Et ait adolescens qui nuntiabat ei: Casu veni in montem Gelboë, & Saül incumbébat super hastam suam: porrò currus & equites appropinquábant ei; & conversus post tergum suum, vidensque me vocavit. Cui cum respondissem, Adsum; dixit mihi: Quis-

MIR. Pars Æst.

nam es tu? Et aio ad eum: Amalecites ego sum. Et locutus est mihi: Sta super me, & interfice me; quoniam tenent me angustia, & adhuc tota ánima mea in me est. Stansque super eum, occidi illum; sciebam enim quod vivere non poterat post ruínam; & tuli diadéma quod erat in capite ejus, & armillam de bráchio illius, & attuli ad te domum meum huc.

R. Quasi adeps separátus à carne, sic David a filiis Israël. Occidit gigantem: \* In tollendo manum, saxo fundæ dejecit exultationem Golíæ; nam invocávit Dóminum omnipotentem. V. Si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit. \* In tollendo manum. *Eccli. 47. Joan. 9.*

*Lectio iij.*

**A**pprehensens autem David vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo; & planxerunt, & fleverunt, & jejunaverunt usque ad vespéram super Saül, & super Jónatham filium ejus, & super populum Dómini, & super domum Israël, eò quod corruissent gládio. Dixitque David ad juvenem qui nuntiáverat ei: Unde es tu? Qui respondit: Filius hóminis advenæ Amalecítæ ego sum. Et ait ad eum David: Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres christum Dómini? Vocansque David unam de púeris suis, ait: Accédens irrue in eum. Qui

O

percussit illum, & mortuus est. Et ait ad eum David: Sanguis tuus super caput tuum; os enim tuum locutum est adversum te, dicens: Ego interfeci christum Domini.

R. Nunquam legistis quid fecerit David quando esuriit? quomodo intravit in domum Dei sub Abiathar principe Sacerdotum, \* Et † Panes propositionis manducavit, quos non licebat manducare nisi Sacerdotibus. †. Dedit ei Sacerdos sanctificatum panem; neque enim erat ibi panis nisi tantum panes propositionis qui sublati fuerant à facie Domini. \* Et panes propositionis. Gloria Patri. † Panes. Marc. 2. 1. Reg. 21.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 2. de David & Saül.

LECTIO IV.

**C**Um Saül incidisset in manus David, post datam salutem insequens illum, & occidere volens, cumque posset hostem cum universo exercitu concidere, dimisit illum integrum & incolumem; ideoque cum sciret morbum regis immedicabilem esse, neque illum unquam hostilem in se animum positurum, submovit sese ab oculis illius, & apud barbaros vitam agebat, serviens, honore privatus, pudore suffusus, labore ac miseria sibi ipsi parans ad victum necessaria. Atqui non hoc tantum est quod mireremur; sed illud quoque, quod postea-

quam audierat regem in acie cecidisse, discidit vestem, & cinere se consperxit, & eoluctu luxit, quo quis lugeret amisso primogenito germanoque filio. Subinde nomen illius inclamans una cum filii nomine, compositis etiam encomiis, ac voces acerbi doloris testes emittens, impransus mansit usque ad vesperam, execrans & ipsa loca quae Saülis sanguinem exceperant.

R. Tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris usque in diebus David, qui invenit gratiam ante Deum, \* Et petiit ut inveniret tabernaculum Deo Jacob. †. Memento, Domine, David, & omnis mansuetudinis ejus, sicut juravit Domino. \* Et. Act. 7. Pf. 131.

LECTIO V.

**N**unc mihi quisque recordeatur inimici qui læsit dolore etiamnum in animo æstuante, atque hunc & vivum servet, & vitam defunctum deploret haud quidem ad ostentationem, sed ex animo veroque corde; etiam si quid perferendum sit incommodi, ne quid offendant eum qui læsit, omnia tum faciat, tum patiatur, magna à Deo expectans præmia. En hic etiam regnum adeptus est, nec tamen inquinavit cæde manus; sed dextram habens puram, sic coronam redimitus est, sic ad solum ascendit, purpuram ac diademate magnificentius encomium gestans, videlicet quod hosti peperisset, quod eundem extinctum luxisset. Idcirco non vivus

modò, sed & mórtuus hó-  
minum memoriâ celebrátur.

R. Dilexit David Deum qui  
fecit illum; & dedit illi contra  
inimicos poténtiam: Dómi-  
nus purgávit peccáta ipsius,  
& \* Exaltávit in æternum  
cornu ejus, & dedit illi testa-  
mentum regni, & sedem  
glóriæ in Israël. *ÿ.* Erexit  
Dóminus cornu salutis no-  
bis in domo David púeri  
sui, sicut locútus est per os  
sanctórum qui à século sunt  
Prophetárum ejus. \* Exaltá-  
vit. *Eccli.* 47. *Luc.* 1.

*Homil.* 3. *Lectio* vj.

**M**ulti, defunctis inimí-  
cis, in illórum líberos  
íram, quam in eos habébant,  
effuderunt. At non ita gene-  
rosus ac magnánimus iste  
David: sed & viventem ini-  
micum observávit, & illo de-  
functo, benevoléntiam quam  
erga illum gesserat, filiis  
exhibuit. Quid illius mensâ  
sanctius, quam cingébant  
filii hostis; hostis, inquam,  
occidere conáti? Quid illo  
convívio spiritalius, in quo  
ram multæ abundábant bene-  
dictiónes? Angeli potiùs quàm  
hóminis convocantis erat. Si-  
quidem inimici filios ample-  
cti & amáre, & illius filium,  
qui tóties ipsum tentasset è  
medio tollere, atque id mó-  
liens excessisset è vita, id  
facit ut in illum chorum re-  
ferátur.

R. David in sua generatió-  
ne cum administrasset vo-  
luntati Dei, dormívit; \* Et  
appósitus est ad patres suos.  
*ÿ.* Mórtuus est in senectúte  
bona, plenus dierum, & di-

vitiis, & glóriâ; \* Et appó-  
situs est. Glória Patri. \* Et  
appósitus est ad patres suos.  
*Act.* 13. 1. *Paral.* 19.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secun-  
dum Lucam.

*Lectio* vj. *Cap.* 5.

**I**n illo tempore; Cum tur-  
bæ irrúerent in Jesum, ut  
audirent verbum Dei; & ipse  
stabat secus stagnum Gené-  
zareth. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii  
Episcopi.

*In Luc. Lib.* 4.

**U**bi Dóminus multis  
impertívit vária gé-  
nera sanitátum, nec  
tempore, nec loco cœpit ab  
studio sanandi turba cohi-  
béri. Vesper incúbuit, seque-  
bantur: stagnum occurrit,  
urgébant. Et ideo ascendit in  
Petri navim. Hæc est illa na-  
vis quæ adhuc secundum Mat-  
thæum fluctuat, secundum  
Lucam replétur piscibus; ut  
& princípia Ecclésiæ fluctuan-  
tis, & posterióra exuberantis  
agnoscas. Sanctus Lucas eam  
sibi navim, in qua Petrus pis-  
carétur, elégit. Non turbá-  
tur ista quæ Petrum habet, in  
qua prudéntia návigat, abest  
perfidia, fides spirat. Quem-  
admodum enim turbári pó-  
terat, cui præerat is in quo  
Ecclésiæ firmamentum est? Il-  
lic ergo turbátio, ubi mó-  
dica fides: híc securitas, ubi  
perfecta diléctio.

R. Cum turbæ irrúerent in  
Jesum ut audirent verbum  
Dei, ascendens in navim quæ  
erat Simónis, \* Sedens docé-  
bat de navícula turbas. *ÿ.* Sa:

piëntia in capite turbarum clâmitat : Convertimini ad correptionem meam ; en ostendam vobis verba mea. \* Sedens docébat de navicula turbas. *Luc. 5. Prov. 1.*

## Lectio viij.

**E**T si aliis imperatur ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur : Duc in altum, hoc est in profundum disputationum. Quid enim tam altum, quam altitudinem divitiarum videre, scire Dei Filium, & professionem divinæ generationis assumere? Quam licet mens non queat humana plenæ rationis investigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. In hoc altum disputationis Ecclesia à Petro ducitur, ut videat hinc resurgentem Dei Filium, inde Spiritum sanctum profluentem. Quæ sunt autem Apostolorum quæ laxari jubentur retia, nisi verborum completiones, & quasi quidam orationis sinus, & disputationum recessus; qui eos quos ceperint, non amittant? Et bene Apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quæ non captos perimunt, sed reservant, & de profundo ad lumen extrahunt; fluctuantes de infimis ad superna traducunt.

*R.* Ut cessavit Jesus loqui, dixit ad Simonem : Duc in altum, & \* Laxate retia vestra in capturam. *¶* Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur filios Israël. \* Laxate. *Luc. 5. Jerem. 16.*

## Lectio ix.

**P**Ræceptor, inquit, per totam noctem laborantes, nihil cepimus; sed in verbo tuo laxabo retia. Et ego, Domine, scio quia nox mihi est, quando non imperas. Expecto ut jubeas : in verbo tuo laxabo retia. O vacua præsumptio! ô humilitas fructuosa! qui nihil antea ceperant, magnam in verbo Domini concludunt piscium multitudinem. Non hoc humanæ faciundia opus, sed supernæ vocationis est munus. Cedunt disputationes hominum : fide suâ plebs credit. Rumpuntur retia, nec labitur piscis. Vocantur ad adjumentum socii qui erant in alia navi. Quæ est illa alia navis, nisi fortè Judæa, ex qua Joannes & Jacobus eliguntur? Hi de Synagoga ad navem Petri, hoc est, ad Ecclesiam convenerunt, ut implerent ambas naviculas. Omnes enim in nomine Jesu genua flectunt, sive Judæus, sive Græcus : omnia & in omnibus Christus.

*R.* Simon dixit Jesu : Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus; in verbo autem tuo laxabo rete. Cum hoc fecissent, \* Concluserunt piscium multitudinem copiosam. *¶* Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo. \* Concluserunt. Gloria Patri. \* Concluserunt. *Luc. 5. Ps. 106.*

*Ad Benedictus. Ant. 8. G.* Rumpebatur rete eorum; & annuerunt sociis qui erant in alia navi, ut venirent. Et venerunt, & impleverunt am-

bas navículas , ita ut penè mergerentur. *Luc. 5.*

*Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus, Dómine, ut & mundi cursus pacificè nobis tuo ordine dirigatur, & Ecclésia tua tranquillâ devotiõne latètur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

*Ad Magnificat. Ant. 1. D.* Simon Petrus prócidit ad gènuâ Jesu, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum, Dómine. Stupor enim circumdèderat eum, & omnes qui cum illo erant, in captúra piscium quam céperant. *Luc. 5.*

FERIA SECUNDA.

De libro secundo Regum.

*Lectio j. Cap. 2.*

**P**ost hæc consúluit David Dóminum, dicens: Num ascendam in unam de civitatibus Juda? Et ait Dóminus ad eum: Ascende. Dixitque David: Quò ascendam? Et respondit ei: In Hebron. Ascendit ergo David, & duæ uxóres ejus, Achinoam Jezraelites, & Abígail uxor Nabal Carméli: sed & viros qui erant cum eo, duxit David singulos cum domo sua; & mansérunt in oppidis Hebron. Veneruntque viri Juda, & unxérunt ibi David, ut regnâret super domum Juda.

*R. Elégit Dóminus. 209.*

*Lectio ij.*

**E**T nuntiátum est David, quòd viri Jabes Gálaad sepelissent Saül. Misit ergo David nuntios ad viros Jabes Gálaad, dixitque ad eos: Be-

nedicti vos Dómino, qui fecistis misericórdiam hanc cum dómino vestro Saül, & sepelivistis eum. Et nunc retribuet vobis quidem Dóminus misericórdiam & veritatem; sed & ego reddam grátiam, eò quòd fecistis verbum istud. Confortentur manus vestræ, & estóte filii fortitudinis; licèt enim mórtuus sit dóminus vester Saül, tamen me unxit domus Juda in regem sibi.

*R. Quasi adeps. 209.*

*Lectio iij.*

**A**bnér autem filius Ner, princeps exercitús Saül, tulit Isboseth filium Saül, & circumduxit eum per castra; regemque constituit super Gálaad, & super Gesúri, & super Jézrael, & super Ephraim, & super Benjamin, & super Israël universum. Quadraginta annórum erat Isboseth filius Saül, cum regnâre cœpisset super Israël; & duóbus annis regnavit: sola autem domus Juda sequebatur David. Et fuit númerus diérum, quos commoratus est David impetrans in Hebron super domum Juda, septem annórum & sex mênsum.

*R. Nunquam. 210.*

FERIA TERTIA.

De libro secundo Regum.

*Lectio j. Cap. 3.*

**C**um esset prælium inter domum Saül & domum David, Abnér filius Ner regébat domum Saül. Fúerat autem Saúli concubina, nómine Respha, filia Aia. Dixitque Isboseth ad Abnér: Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus

nimis propter verba Isboseth, ait: Numquid caput canis ego sum adversum Judam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saül patris tui, & super fratres & próximos ejus, & non tradidi te in manus David; & tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie? Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quomodo juravit Dominus David, sic faciam cum eo, ut transferatur regnum de domo Saül; & elevetur thronus David super Israël, & super Judam, à Dan usque Bersabée. Et non potuit respondere ei quidquam, quia metuēbat illum.

ψ. Tabernaculum. 210.

*Lectio ij.*

**M**isit ergo Abner nuntios ad David pro se dicentes: Cujus est terra? Et ut loquerentur: Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te universum Israël. Qui ait: Optime: ego faciam tecum amicitias; sed unam rem peto à te, dicens: Non videbis faciem meam, antequam adduxeris Michol filiam Saül; & sic venies, & videbis me. Misit autem David nuntios ad Isboseth filium Saül, dicens: Redde uxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputiis Philisthiim. Misit ergo Isboseth, & tulit eam à viro suo Phaltiel, filio Laïs.

℞. Dilexit. 211.

*Lectio iij.*

**S**ermónem quoque intulit Abner ad seniores Israël, dicens: Tam heri quam nu-

diustertius quærebátis David ut regnaret super vos. Nunc ergo facite, quoniam Dominus locutus est ad David, dicens: In manu servi mei David salvabo populum meum Israël de manu Philisthiim, & omnium inimicorum ejus. Locutus est autem Abner etiã ad Benjamin. Et abiit ut loqueretur ad David in Hebron, omnia quæ placuerant Israël, & universo Benjamin. Venitque ad David in Hebron cum viginti viris; & fecit David Abner & viris ejus qui venerant cum eo, convivium. Et dixit Abner ad David: Surgam, ut congregem ad te dominum meum regem omnem Israël, & ineam tecum fœdus, & imperes omnibus, sicut desiderat anima tua.

℞. David. 211.

FERIA QUARTA.

De libro secundo Regum.

*Lectio j. Cap. 4.*

**V**enientes filii Remmon Berothitæ, Rechab & Báana, ingressi sunt fervente die domum Isboseth, qui dormiebat super stratum suum meridie: & ostiaria domus purgans triticum, obdormivit. Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici; & percusserunt eum in inguine Rechab & Báana frater ejus, & fugerunt. Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclavi, & percutientes interfecerunt eum; sublatoque capite ejus, abierunt per viam deserti totã nocte: & attulerunt caput

Isboseth ad David in Hebron, dixeruntque ad regem: Ecce caput Isboseth filii Saül inimici tui, qui quærebat animam tuam; & dedit Dominus domino meo regi ultionem hodie de Saül & de semine eius.

R. Elégit. 209.

Lectio ij.

**R**espondens autem David Rechab & Báani fratri ejus, filiis Remmon Berothitæ, dixit ad eos: Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia; quoniam eum qui annuntiaverat mihi, & dixerat: Mortuus est Saül; qui putabat se prospera nuntiare, tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio: quanto magis nunc, cum homines impij interfecerunt virum innoxium in domo sua super lectum suum, non quæram sanguinem ejus de manu vestra, & auferam vos de terra? Præcepit itaque David pueris suis, & interfecerunt eos: præcidentesque manus & pedes eorum, suspendérunt eos super piscinam in Hebron; caput autem Isboseth tulerunt, & sepeliérunt in sepulcro Abner in Hebron.

R. Quasi adeps. 209.

Lectio iij. Cap. 5.

**E**t venerunt universæ tribus Israël ad David in Hebron, dicentes: Ecce nos, os tuum & caro tua sumus: sed & heri & nudius tertius cum esset Saül rex super nos, tu eras educens & reducens Israël; dixit autem Dominus ad te: Tu pasces populum

meum Israël, & tu eris dux super Israël. Venerunt quoque & seniores Israël ad regem in Hebron, & percussit cum eis rex David fœdus in Hebron coram Domino; unxeruntque David in regem super Israël. Filius triginta annorum erat David, cum regnare cœpisset; & quadraginta annis regnavit. In Hebron regnavit super Judam septem annis & sex mensibus: in Jerúsalem autem regnavit triginta tribus annis super omnem Israël & Judam.

R. Nunquam. 210.

FERIA QUINTA.

De libro secundo Regum.

Lectio j. Cap. 6.

**C**ongregavit rursùm David omnes electos ex Israël triginta millia. Surrexitque David, & abiit, & universus populus qui erat cum eo de viris Juda, ut adducerent arcam Dei, super quam invocatum est nomen Domini exercituum, sedentis in Chérubim super eam. Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum novum; tuleruntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gábaa: Oza autem & Ahio filii Abinadab minabant plaustrum novum. Cumque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gábaa, custodiens arcam Dei, Ahio præcedebat arcam. David autem & omnis Israël ludébant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis.

R. Tabernaculum testimonii fuit. 210.

## Lectio ij.

**P**ostquam autem venerunt ad aream Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate qui mortuus est ibi juxta arcam Dei. Contristatus est autem David, eo quod percussisset Dominus Ozam; & vocatum est nomen loci illius, Percussio Ozæ, usque in diem hanc. Et extimuit David Dominum in die illa, dicens: Quomodo ingrediatur ad me arca Domini? Et noluit divertere ad se arcam Domini in civitatem David; sed divertit eam in domum Obédedom Gethæi.

R. Dilexit David Deum qui fecit illum. 211.

## Lectio iij.

**E**t habitavit arca Domini in domo Obédedom Gethæi tribus mensibus: & benedixit Dominus Obédedom, & omnem domum ejus. Nuntiarumque est regi David quod benedixisset Dominus Obédedom & omnia ejus, propter arcam Dei. Abiit ergo David, & adduxit arcam Dei de domo Obédedom in civitatem David cum gaudio: & erant cum David septem chori, & victima vituli. Cumque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bovem & arietem; & David saltabat totis viribus ante Dominum.

R. David in sua generatione. 211.

## FERIA SEXTA.

De libro secundo Regum.

## Lectio j.

Cap. 7.

**F**actum est cum sedisset rex in domo sua, & Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis, dixit ad Nathan prophetam: Videsne quod ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pelliū? Dixitque Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo, vade, fac; quia Dominus tecum est. Factum est autem in illa nocte; & ecce sermo Domini ad Nathan, dicens: Vade, & loquere ad servum meum David: Hæc dicit Dominus: Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitavi in domo ex die illa, quæ eduxi filios Israël de terra Ægypti, usque in diem hanc; sed ambulabam in tabernaculo & in tentorio.

R. Elégit Dominus. 209.

## Lectio ij.

**N**unc hæc dices servo meo David: Hæc dicit Dominus exercituum: Ego tuli te de pascuis sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israël; & fui tecum in omnibus ubicumque ambulasti, & interfeci universos inimicos tuos à facie tua; fecique tibi nomen grande, juxta nomen magnorum qui sunt in terra. Et ponam locum populo meo Israël, & plantabo eum; & habitabit sub eo, & non turbabitur amplius: nec addent filii iniquitatis ut affligant eum sicut prius, ex die quæ constitui iudices super

pópulum meum Israël ; & ré-  
quiem dabo tibi ab ómnibus  
inimícis tuis : prædicitque  
tibi Dóminus , quòd domum  
faciat tibi Dóminus.

R. Quasi adeps. 209.

*Lectio iij.*

**C**Umque compléti fuerint  
dies tui , & dormieris  
cum pátribus tuis , suscitábo  
semen tuum post te , quod  
egrediétur de útero tuo , &  
firmábo regnum ejus. Ipse  
ædificábit domum nómini  
meo , & stabíliam thronum  
regni ejus usque in sempiter-  
num. Ego ero ei in patrem ,  
& ipse erit mihi in filium :  
qui si iniquè áliquid gésserit ,  
árguam eum in virga viró-  
rum , & in plagis filiórum  
hóminum. Misericórdiam au-  
tem meam non áuferam ab  
eo , sicut ábstuli à Saül quem  
amóvi à facie mea. Et fidélis  
erit domus tua , & regnum  
tuum usque in æternum ante  
faciem tuam , & thronus  
tuus erit firmus júgiter. Se-  
cundùm ómnia verba hæc , &  
juxta universam visíonem  
istam , sic locútus est Nathan  
ad David.

R. Nunquam legistis. 210.

S A B B A T O.

De libro secundo Regum.

*Lectio j. Cap. 11.*

**F**Actum est , vertente an-  
no , eo tempore quo so-  
lent reges ad bella pro-  
cédere , misit David Joab ,  
& servos suos cum eo , & uni-  
versum Israël ; & vastaverunt  
filios Ammon , & obsederunt  
Rabba ; David autem reman-  
sit in Jerúsalem. Dum hæc  
agerentur , accidit ut súrgeret

David de strato suo post me-  
ridiem , & deambuláret in so-  
lário domús régiæ ; viditque  
mulierem se lavantem , ex ad-  
verso super solárium suum :  
erat autem mulier pulcra val-  
de. Misit ergo rex , & requisí-  
vit quæ esset mulier. Nuntia-  
tumque est ei quòd ipsa esset  
Bethsabée filiã Eliám uxor  
Uriæ Hethæi. Missis itaque  
David nuntiis , tulit eam ; quæ  
cúm ingressa esset ad illum ,  
dormívit cum ea ; statimque  
sanctificáta est ab immunditia  
sua , & reversa est in domum  
suam concepto fœtu ; mittens-  
que nuntiavit David , & ait :  
Concépi.

[ *Si fiat de Sabbato, R. R. R. sumentur à II. Nocturno Dominica præcedentis.* ]

*Lectio ij.*

**M**isit autem David ad  
Joab , dicens : Mitte ad  
me Uriam Hethæum. Misit-  
que Joab Uriam ad David. Et  
venit Urias ad David ; quæsi-  
vitque David quàm rectè áge-  
ret Joab , & pópulus , & què-  
modò administrarétur bel-  
lum. Et dixit David ad Uriam :  
Vade in domum tuam , &  
lava pedes tuos. Et egressus  
est Urias de domo regis , se-  
cutusque est cum cibus ré-  
gius. Dormívit autem Urias  
ante portam domús régiæ  
cum áliis servis dómini sui ,  
& non descendit ad domum  
suam. Nuntiatumque est Da-  
vid à dicéntibus : Non ivit  
Urias in domum suam. Et ait  
David ad Uriam : Numquid  
non de via venisti ? quare non  
descendisti in domum tuam ?  
Et ait Urias ad David : Arca

Dei, & Israël, & Juda habitant in papilionibus, & dominus meus Joab, & servi domini mei super faciem terræ manent; & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, & dormiam cum uxore mea? Per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciem rem hanc.

*Lectio iij.*

**A**It ergo David ad Uriam: Mane hinc etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit Urias in Jerusalem in die illa & altera: & vocavit eum David ut comederet coram se & biberet, & inebriavit eum: qui egressus vespere, dormivit in strato suo cum servis domini sui, & in domum suam non descendit. Factum est ergo mane, & scripsit David epistolam ad Joab, misitque per manum Uriæ, scribens in epistola: Ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium; & derelinquite eum, ut percussus intreat. Igitur cum Joab obsideret urbem, posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos. Egressique viri de civitate, bellabant adversum Joab, & ceciderunt de populo servorum David: & mortuus est etiam Urias Hethæus.

DOMINICA V.  
post Pentecosten.

IN VESPERIS *Sabbati*,  
*Ad Magnificat. Antiph. I. D.*  
Dixit David ad Deum: Peccavi nimis Domino; obsecro, aufer iniquitatem servi tui, quia insipienter egi. *I. Par. 21.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

IN I. NOCTURNO.

De libro secundo Regum.

*Lectio j. Cap. 11. & 12.*

**A**Udivit uxor Uriæ quod mortuus esset Urias vir suus, & planxit eum. Transacto autem luctu, misit David, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei uxor, peperitque ei filium: & displicuit verbum hoc quod fecerat David, coram Domino. Misit ergo Dominus Nathan ad David. Qui cum venisset ad eum, dixit ei: Duo viri erant in civitate una, unus dives, & alter pauper: dives habebat oves & boves plurimos valde; pauper autem nihil habebat omnino, præter ovem unam parvulam quam emerat & nutrierat, & quæ creverat apud eum cum filiis ejus simul, de pane illius comedens, & de calice ejus bibens, & in sinu illius dormiens; eratque illi sicut filia. Cum autem peregrinus quidam venisset ad divitem, parcens ille sumere de ovibus & de bobus suis, ut exhiberet convivium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ovem viri pauperis, & præparavit cibos homini qui venerat ad se.

Et. Elegit Dominus David servum suum, & \* Sustulit eum de grægibus ovium: de post factantes accepit eum pascere Jacob servum suum, & Israël hereditatem suam. *Ps. Amoto Saül, suscitavit illis David regem; cui testimonium perhibens, dixit: Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum. \* Sustulit eum. Ps. 77. Act. 13.*

## Lectio ij.

**I**Ratus autem indignatione David adversus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Vivit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc: ovem reddet in quadruplum, eò quòd fecerit verbum istud, & non pepercerit. Dixit autem Nathan ad David: Tu es ille vir. Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ego unxi te in regem super Israël, & ego erui te de manu Saül, & dedi tibi domum domini tui, & uxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israël & Juda; & si parva sunt ista, adjiciam tibi multò majora.

*R.* Quasi adeps separatus à carne, sic David à filiis Israël. Occidit gigantem: \* In tollendo manum, saxo fundæ dejecit exultationem Golix; nam invocavit Dominum omnipotentem. *ψ.* Si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit. \* In. *Eccli. 47. Joan. 9.*

## Lectio iij.

**Q**uare ergo contempstisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethæum percussisti gladio, & uxorem illius accepisti in uxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon: quamobrem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eò quòd despexeris me, & tuleris uxorem Uriæ Hethæi, ut esset uxor tua. Itaque hæc dicit Dominus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, &

dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus. Tu enim fecisti absconditè; ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu solis.

*R.* Nunquam legistis quid fecerit David quando esuriit, quomodo introivit in domum Dei sub Abiathar principe Sacerdotum, \* Et † Panes propositionis manducavit, quos non licebat manducare nisi Sacerdotibus? *ψ.* Dedit ei Sacerdos sanctificatum panem; neque enim erat ibi panis nisi tantum panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini. \* Et. Glória. † Panes. *Marc. 2. 1. Reg. 21.*

## IN II. NOCTURNO.

Ex libro sancti Ambrósii  
Episcopi, de Apología  
David.

*Ad Theodos. August. Cap. 2.*

## Lectio iv.

**U**Nusquisque nostrum per singulas horas quam multa delinquit! & tamen unusquisque de plebe peccatum suum confitendum non putat. Ille rex tantus ac potens, ne exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam; sed præmatúrâ confessione, atque immenso dolore, reddidit peccatum suum Domino. Quem mihi nunc facile reperias honoratum ac divitem, qui, si arguatur alicujus culpæ reus, non moleste ferat? At ille régio clarus imperio, tot divinis probatis oraculis, cum à privato homine corripéretur quòd graviter deliquisset, non indignatus

infrémuit, sed confessus ingémuit culpæ dolore.

R. Tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris usque in diebus David, qui invenit gratiam ante Deum, \* Et petiit ut inveniret tabernaculum Deo Jacob. *Ps.* Memento, Domine, David, & omnis mansuetudinis ejus, sicut juravit Domino. \* Et petiit ut inveniret. *Act.* 7. *Pf.* 131.

*Lectio v.*

**D**enique Dominum dolor intimi movit affectus, ut Nathan diceret: Quoniam poenituit te, & Dominus transtulit peccatum tuum. Maturitas itaque veniæ profundam regis fuisse poenitentiam declaravit, quæ tanti erroris offensam traduxerit. Alii homines, cum à sacerdotibus corripuntur, peccatum suum ingravant, dum negare cupiunt aut defendere; ibique eorum lapsus est major ubi desperatur correctio. Sancti autem Domini qui consummare pium certamen gestiunt & currere cursum salutis, sicubi fortè ut homines corrue- rint naturæ magis fragilitate, quàm peccandi libidine, acriores ad currendum resurgunt, pudoris stimulo majora reparantes certamina; ut non solum nullum attulisse æstimetur lapsus impedimentum, sed etiam velocitatis incentiva cumulasse.

R. Dilexit David Deum qui fecit illum; & dedit illi contra inimicos potentiam: Dominus purgavit peccata ipsius, & \* Exaltavit in æter-

num cornu ejus, & dedit illi testamentum regni, & sedem gloriæ in Israël. *Ps.* Erexit Dominus cornu salutis nobis in domo David pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum qui à sæculo sunt Prophetarum ejus. \* Exaltavit in æternum cornu ejus, & dedit illi testamentum regni, & sedem gloriæ in Israël. *Eccli.* 17. *Luc.* 1.

*Lectio vj.*

Cap. 4.

**P**eccavit David, quod solent reges: sed poenitentiam gessit, flevit, ingémuit, quod non solent reges. Confessus est culpam, obsecravit indulgentiam, humi stratus deploravit ærumnam, jejunavit, oravit, confessionis suæ testimonium in perpetua sæcula vulgato dolore transmisit. Quod erubescunt facere privati, rex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus, audent suum negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam, quam petebat qui nullis legibus tenebatur humanis. Quod peccavit, conditionis est; quod supplicavit, correctionis. Lapsus communis, sed specialis confessio. Culpam itaque incidisse, naturæ est; diluisse, virtutis.

R. David in sua generatione cum administrasset voluntati Dei, dormivit; \* Et appositus est ad patres suos. *Ps.* Mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & divitiis, & gloriâ, \* Et appositus. Glória Patri. \* Et appositus est ad patres suos. *Act.* 13. 1. *Paral.* 29.

## IN. III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Dico vobis, quia nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 16. in Matth.

**C**aritas est omnium mater bonorum, certa discipulorum nota, quæ omnia nostra continet. Jure ergo radices & fontes inimicitiae quæ illam pessumdat, cum vehementia multa Christus amputat & tollit. Nihil enim ita curat Deus, ut nos mutuis vinculis colligari. Ideo & per seipsum & per discipulos suos, tam in novo quam in veteri testamento, multo hoc præceptum sermone commendat, & vehemens vindex est eorum qui hoc despiciunt. Etenim nihil ita malitiam omnem inducit & fundat, ut caritatis remotio. Ideo dicebat: Cum abundaverit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Sic Cain fratricida factus est, sic Esau, sic fratres Josephi; sic innimera exorta sunt mala, avulsâ caritate.

**R.** Audistis quia dictum est antiquis: Non occides. \* Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. **V.** Locutus est Dominus ad Moysen: Loquere ad omnem cœtum filiorum Israël: Non stabis contra

sanguinem proximi tui. \* Ego autem. *Matth. 5. Levit. 19.*

Lectio viij.

**N**eque in supradictis gradum sistit, sed alia plura adhibet, quæ ostendit quantum ejus habeat rationem. Nam cum per concilium, per iudicium & per gehennam ignis comminatus esset, alia adjecit præcedentibus consona; nempe: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo; & tunc veniens offer munus tuum. O bonitatem, o benignitatem, quæ omnem sermonem superat! Honorem suum despicit pro caritate erga proximum; ostendens se prius comminatum esse, non ex inimicitia quadam, vel ex cupiditate inferendi supplicii, sed ex amore ferventi. Quid enim hisce verbis mansuetius fingi possit? Interrumpatur, inquit, cultus meus, ut caritas tua maneat. Nam verè sacrificium est reconciliatio cum fratre. Ideo non dixit, Postquam obtuleris, vel, Antequam offeras; sed ipso munere præsentem, & jam sacrificio incipiente, mittit eum, ut se cum fratre reconciliet; nec sublato jacente munere, nec antequam munus attulerit, sed illo in medio jacente jubet illuc accurrere.

**R.** Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relin-

que ibi munus tuum ante altâre, & \* Vade prius reconciliâri fratri tuo. *ÿ.* Misericordiam volui, & non sacrificium; & sciëntiam Dei, plusquàm holocausta. \* Vade. *Matth. 5. Of. 6.*

*Lectio ix.*

**C**Ur ergo sic jubet id âgere, & quâ de causâ? Hæc ambo ut mihi quidem videtur, subindicans, & agens; unum quidem, ut jam dixi, ut ostendat se caritatem magni facere, & illam esse putare maximum omnium sacrificium, seque sine caritate sacrificium non admittere; secundum autem, ut reconciliatiõnis inevitabilem necessitatem âfferat. Nam qui iustus est non prius offerre quàm reconciliaretur, etiamsi non ex amore proximi, saltèm ne sacrificium imperfectum maneat, properabit ad offensum fratrem, ut inimicitiam solvat. Ideoque omnia emphaticis expressit verbis, terrens illum excitansque. Cum dixisset enim, Relinque munus tuum, non ibi substitit, sed subjunxit, Ante altâre: & postquàm ex loco in horrorem quemdam conjecit, Et vade; nec tantum dixit, Vade, sed adjunxit, prius; & tunc veniens, offer munus tuum: per hæc omnia declarans hanc mensam non admittere eos qui inimicitias mutuo exercent.

*R.* Relinque proximo tuo nocenti te; \* Et tunc † Deprecanti tibi peccata solventur. *ÿ.* Tunc veniens offeres munus tuum; \* Et tunc. Glória. † Deprecanti. *Eccli. 28. Matth. 5.*

*Ad Benedictus. Ant. 8. c.* Nisi abundaverit iustitia vestra plusquàm Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. *Matth. 5.*

*Oratio.*

**D**Eus, qui diligentibus te bona invisibilia præparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectum; ut te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, consequamur; Per Dominum nostrum.

*Ad Magnificat. Ant. 8. G.* Qui dixerit fratri suo, Raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, Fâtuë, reus erit gehennæ ignis. *Matth. 5.*

## FERIA SECUNDA.

De libro secundo Regum.

*Lectio j. Cap. 12.*

**D**Ixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum; non morieris. Verumtamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. Et reversus est Nathan in domum suam. Percussit quoque Dominus parvulum quem pepererat uxor Uriæ David, & desperatus est. Deprecatusque est David Dominum pro parvulo; & jejunavit David jejuniis, & ingressus seorsum, jacuit super terram. Venérunt autem seniores domus ejus, cogentes eum ut surgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibum.

*R.* Elegit Dominus. 218.

## Lectio ij.

**A**ccidit autem die septima ut moreretur infans : timueruntque servi David nuntiare ei quod mortuus esset parvulus. Dixerunt enim : Ecce cum parvulus adhuc viveret, loquebatur ad eum, & non audiebat vocem nostram ; quanto magis si dixerimus, Mortuus est puer, se affliget ? Cum ergo David vidisset servos suos mustitantes, intellexit quod mortuus esset infantulus ; dixitque ad servos suos : Num mortuus est puer ? Qui responderunt ei : Mortuus est. Surrexit ergo David de terra, & lotus unctusque est : cumque mutasset vestem, ingressus est domum Domini, & adoravit & venit in domum suam, petivitque ut ponerent ei panem, & comedit.

R. Quasi adeps. 219.

## Lectio iij.

**D**ixerunt autem ei servi sui: Quis est sermo quem fecisti ? Propter infantem, cum adhuc viveret, jejunasti & flebas; mortuo autem puero, surrexisti, & comedisti panem. Qui ait : Propter infantem, dum adhuc viveret, jejunavi & flevi ; dicebam enim : Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, & vivat infans ? Nunc autem quia mortuus est, quare jejunem ? Numquid poterò revocare eum amplius ? Ego vadam magis ad eum ; ille verò non revertetur ad me. Et consolatus est David Bethsabée uxorem suam, ingressusque ad eam dormivit cum ea ; quæ

genuit filium, & vocavit nomen ejus Salomon, & Dominus dilexit eum. Misitque in manu Nathan Propheta, & vocavit nomen ejus, Amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus.

R. Nunquam. 219.

## FERIA TERTIA.

De libro secundo Regum.

## Lectio j. Cap. 13.

**F**actum est post tempus biennii, ut tonderentur oves Absalom in Baalhasor, quæ est juxta Ephraim : & vocavit Absalom omnes filios regis, venitque ad regem, & ait ad eum : Ecce tondentur oves servi tui ; veniat, oro, rex cum servis suis ad servum suum. Dixitque rex ad Absalom : Noli, fili mi, noli rogare ut veniamus omnes, & gravemus te. Cum autem cogeret eum, & nolisset ire, benedixit ei.

R. Tabernaculum. 220.

## Lectio ij.

**E**T ait Absalom : Si non vis venire, veniat, obsecro, nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex : Non est necesse ut vadat tecum. Coegit itaque Absalom eum, & dimisit cum eo Amnon & universos filios regis. Feceratque Absalom convivium quasi convivium regis. Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens : Observate cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixerit vobis : Percutite eum, & interficite, nolite timere ; ego enim sum qui præcipio vobis : roboramini, & estote viri fortes. Fecerunt ergo pueri

Absalom adversum Amnon, sicut præceperat eis Absalom. Surgentesque omnes filii regis, ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt.

R. Dilexit. 220.

*Lectio iij.*

**C**Umque adhuc pergerent in itinere, fama pervenit ad David, dicens: Percussit Absalom omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem unus. Surrexit itaque rex, & scidit vestimenta sua, & cecidit super terram; & omnes servi illius, qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua. Respondens autem Jonadab filius Semmaa fratris David, dixit: Ne aestimet dominus meus rex quod omnes pueri filii regis occisi sint; Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus ex die quâ oppressit Thamar sororem ejus. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens: Omnes filii regis occisi sunt; quoniam Amnon solus mortuus est. Fugit autem Absalom.

R. David. 220.

**F E R I A Q U A R T A .**

De libro secundo Regum.

*Lectio j. Cap. 14.*

**C**Um ingressa fuisset mulier Thecutis ad regem, cecidit coram eo super terram, & adoravit, & dixit: Serva me, rex. Et ait ad eam rex: Quid causæ habes? Quæ respondit: Heu! mulier vidua ego sum; mortuus est enim vir meus: & ancillæ tuæ erant duo filii, qui rixati sunt adversum se in

agro; nullusque erat qui eos prohibere posset: & percussit alter alterum, & interfecit eum. Et ecce confurgens universa cognatio adversum ancillam tuam, dicit: Trade eum qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit, & deleamus hæredem; & quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen, & reliquæ super terram.

R. Elegit Dominus. 218.

*Lectio ij.*

**E**T ait rex: Qui contraxerit tibi, adduc eum ad me, & ultra non addet ut tangat te. Quæ ait: Recordetur rex Domini Dei sui, ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum, & nequâquam interficiant filium meum. Qui ait: Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram. Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait: Loquere. Dixitque mulier: Quare cogitasti hujuscemodi rem contra populum Dei, & locutus est rex verbum istud, ut peccet, & non reducat ejectum suum? Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur; nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abjectus est.

R. Quasi adeps. 219.

*Lectio iij.*

**E**T ait rex: Numquid manus Joab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait: Per salutem animæ

ma tuâ, dōmine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexteram est ex omnibus his quæ locutus est dōminus meus rex; servus enim tuus Joab ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc. Ut vertērem figuram sermōnis hujus, servus tuus Joab præcepit istud: tu autem, dōmine mi rex, sapiens es sicut habet sapiētiām Angelus Dei, ut intēlligas omnia super terram. Et ait rex ad Joab: Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & revoca puerum Absalom. Cadensque Joab super faciē suam in terram, adoravit, & benedixit regi; & dixit Joab: Hōdie intellexit servus tuus, quia invēni grātiām in oculis tuis, dōmine mi rex; fecisti enim sermōnem servi tui. Surrexit ergo Joab, & abiit in Gessur, & adduxit Absalom in Jerusalem. Dixit autem rex: Revertatur in domum suam, & faciē meam non videat. Reversus est itaque Absalom in domum suam, & faciē regis non vidit.

R. Nunquam. 210.

FERIA QUINTA.

De libro secundo Regum.

Lectio j. Cap. 14.

**S**urrexit Joab, & venit ad Absalom in domum ejus, & dixit: Quare succenderunt servi tui legetem meam igni? Et respondit Absalom ad Joab: Misi ad te obsecrans ut venires ad me, & mitterem te ad regem, & dices ei: Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo ut videam

MIR. Pars Æst.

faciē regis: quod si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. Ingressus itaque Joab ad regem, nuntiavit ei omnia: vocatusque est Absalom, & intravit ad regem, & adoravit super faciē terræ coram eo; osculatusque est rex Absalom.

R. Tabernaculum. 210.

Lectio ij.

Cap. 15.

**I**gitur post hæc fecit sibi Absalom currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum. Et mane consurgens Absalom stabat juxta introitum portæ; & omnem virum qui habebat negotium, ut veniret ad regis judicium, vocabat Absalom ad se, & dicebat: De qua civitate es tu? Qui respondens aiebat: Ex una tribu Israëli ego sum servus tuus. Respondebatque ei Absalom: Videntur mihi sermōnes tui boni & justi; sed non est qui te audiat constitutus a rege. Dicebatque Absalom: Quis me constituat judicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, & justè judicem? Sed & cum accederet ad eum homo ut salutarer illum, & apprehendens osculabatur eum. Faciebatque hoc omni Israëli venienti ad judicium, ut audiretur a rege; & sollicitabat corda virorū Israëli. R. Dilixit. 211.

Lectio iij.

**D**ixit Absalom ad regem David: Vadam, & reddam vota mea quæ vovi Dōmino, in Hebron. Vovens enim vovit servus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens;

P

Si redûxerit me Dóminus in Jerúsalem, sacrificábo Dómino. Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et surrexit, & ábiit in Hebron. Misit autem Absalom exploratóres in universas tribus Israël, dicens: Statim ut audiéritis clangórem búccinæ, dicite: Regnávit Absalom in Hebron. Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Jerúsalem vocati, cunctes simplici corde, & causam pénitus ignorantes. Accersivit quoque Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium David, de civitate sua Gilo. Cúmque immoláret víctimas, facta est conjuratio várida; populusque concurrrens augebátur cum Absalom. Venit igitur nuntius ad David, dicens: Toto corde universus Israël séquitur Absalom. Et ait David servis suis qui erant cum eo in Jerúsalem: Súrgite, fugiámus.

Rz. David. 211.

#### FERIA SEXTA.

De libro secundo Regum.

Lectio j.

Cap. 15.

**E**Gressus rex & omnis Israël pédibus suis, stetit procul à domo: & universi servi ejus ambulábant juxta eum, & legiónes Cérethi, & Phélethi, & omnes Gethæi, pugnatóres váridi, sexcenti viri qui secúti eum fuerant de Geth pédites, præcedébant regem. Dixit autem rex ad Ethai Gethæum: Cur venis nobiscum? Revértere, & hábita cum rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo. Heri venisti, & hódie compelléris nobiscum

égredi? Ego autem vadam quò iturus sum: revértere, & reduc tecum fratres tuos, & Dóminus faciet tecum misericórdiam & veritatem; quia ostendisti grátiam & fidem. Et respondit Ethai regi, dicens: Vivit Dóminus; & vivit dóminus meus rex; quóniam in quocumque loco fueris, dómine mi rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus. Et ait David Ethai: Veni, & transi. Et transivit Ethai Gethæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitúdo. Omnesque flebant voce magnâ, & universus pópulus transibat: rex quoque transgrediebátur torrentem Cedron, & cunctus pópulus incedébat contra viam quæ respicit ad desertú.

Rz. Elégit Dóminus. 209.

Lectio ij.

**D**ixit rex ad Sadoc: Reporta Arcam Dei in urbem: si invénero grátiam in óculis Dómini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernáculum suum. Si autem dixerit mihi: Non places; præstò sum, faciat quod bonum est coram se. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem: O Videns, revértere in civitatem in pace; & Achímaas filius tuus, & Jónathas filius Abiathar, duo filii vestri sint vobiscum: ecce ego abscondar in campéstribus deserti, donec veniat sermo à vobis indicans mihi. Reportavérunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in Jerúsalem; & mansérunt ibi. Porrò David ascendébat cli-

tum olivárum, scandens & flens, nudis pèdibus incédens, & operto capite; sed & omnis pópulus qui erat cumeo, operto capite ascendébat plórans. Nuntiátum est autem David quòd & Achitophel esset in conjuratione cum Absalom; dixitque David: Infatua, quæso, Dómine, consilium Achitophel.

R. Quasi adeps. 209.

Lectio iij. Cap. 16.

**S**emei, filius Gera procedebat egrédiens, & maledicébat, mittebatque lapides contra David, & contra universos servos regis David. Omnis autem pópulus, & universi bellatóres à dextro & à sinistro latere regis incédébant. Ita autem loquebatur Semei cum malediceret regi: Egrédere, egrédere, vir sanguinum, & vir Bélial? reddidit tibi Dóminus univertum sanguinem domus Saül; quóniam invasisti regnum pro eo, & dedit Dóminus regnum in manu Absalom filii tui; & ecce premunt te mala tua, quóniam vir sanguinum es. Dixit autem Abisai filius Sárviæ regi: Quare maledicit canis hic mórtuus dómīno meo regi? vadam, & amputabo caput ejus. Et ait rex: Quid mihi & vobis est, filii Sárviæ? dimittite eum, ut maledicat: Dóminus enim præcepit ei ut malediceret David; & quis est qui audeat dicere quare sic fécerit? Et ait rex Abisai, & universis servis suis: Ecce filius meus qui egressus est de útero meo, quærit animam meam; quanto

magis nunc filius Jémini? Dimittite eum, ut maledicat juxta præceptum Dómini: si fortè respiciat Dóminus afflictionem meam, & reddat mihi Dóminus bonum pro maledictione hac hodierna.

R. Nunquam legistis. 210.

S A B B A T O.

De libro secundo Regum.

Lectio j. Cap. 18.

**C**onsideráto David pópulo suo, constituit super eos tribunos, & centuriónes; & dedit pópulo tertiam partem sub manu Joab, & tertiam partem sub manu Abisai filii Sárviæ fratris Joab, & tertiam partem sub manu Ethai qui erat de Geth; dixitque rex ad pópulum: Egrédiam & ego vobiscum. Et respondit pópulus: Non exhibis; sive enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinébit; sive média pars ceciderit è nobis, non satis curábunt; quia tu unus pro decem millibus computáris: mélius est igitur ut sis nobis in urbe præsidio. Ad quos rex ait: Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex juxta portam: egrediebaturque pópulus per turmas suas, centeni & milleni. Et præcepit rex Joab, & Abisai, & Ethai, dicens: Servate mihi puerum Absalom. Et omnis pópulus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom. Itaque egressus est pópulus in campum contra Israël, & factum est prælium in salu Ephraim. Et casus est ibi pópulus Israël ab exercitu David.

[ Si fiat de Sabbato, *RRRL.*  
sumentur è II. Nocturno Do-  
minica precedentis. ]

*Lectio ij.*

**A**ccidit autem ut occurreret Absalom servis David, sedens mulo: cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput ejus quercui; & illo suspenso inter cœlum & terram, mulus cui infederat, pertransiuit. Vidit autem hoc quispiam, & nuntiavit Joab, dicens: Vidi Absalom pendere de quercu. Et ait Joab viro qui nuntiaverat ei: Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & unum balteum? Qui dixit ad Joab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequâquam mitterem manum meam in filium regis: audientibus enim nobis, præcepit rex tibi, & Abisai, & Ethai, dicens: Custodite mihi puerum Absalom. Sed & si fecissem contra animam meam audacter, nequâquam hoc regem latere potuisset, & tu stares ex adverso? Et ait Joab: non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom; cumque adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem juvenes armigeri Joab, & percutientes interfecerunt eum.

*Lectio iij.*

**A**pparuit Chusi, & veniens ait: Bonum apporto nuntium; domine mi rex; judicavit enim pro te Dômi-

nus hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te. Dixit autem rex ad Chusi: Est-ne pax puero Absalom? Cui respondens Chusi: fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis, & universi qui consurgunt adversus eum in malum. Contristatus itaque rex ascendit cœnaculum portæ, & flevit; & sic loquebatur, vadens: Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat ut ego moriar pro te, Absalom fili mi, fili mi Absalom?

**DOMINICA VI.**  
post Pentecosten.

*IN VESPERIS Sabbati,*  
*Ad Magnificat. Ant. 3.a.* Sedit Salomon super solum Dni in regem pro David patre suo, & cunctis placuit: & paruit illi omnis Israël. *1. Paral. 29.*

*Oratio ut infra ad Laudes.*

*IN I. NOCTURNO.*

Incipit liber tertius Regum.

*Lectio j. Cap. i.*

**R**ex David senuerat, habebatque ætatis plurimos dies: cumque operiretur vestibibus, non calefiebat. Adonias autem filius Haggith elevabatur, dicens: Ego regnabo. Fecitque sibi currus & equites, & quinquaginta viros, qui currerent ante eum. Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens: Quare hoc fecisti? Erat autem & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom. Et sermo ei cum Joab filio Sarvia, & cum Abiathar sacerdote, qui adjuvabant partes Adonia. Sadoc vero sacerdos, Banaias filius

Joîadæ, & Nathan prophéta, & Sémei & Rei, & robur exercitûs David non erat cum Adónia.

R. Dilexit Dóminus Salomónem; misitque in manu Nathan prophéta, \* Et vocávit nomen ejus, Amábilis Dño, eò quòd diligeret eum Dñs. *ÿ. Deus ipse prior dilexit.*

\* Et. 2. Reg. 12. 1. Joan. 4.

*Lectio ij.*

**D**ixit quoque rex David: Vocáte mihi Sadoc sacerdotem, & Nathan prophétam, & Banáiam filium Joîadæ. Qui cum ingressi fuissent coram rege, dixit ad eos: Tóllite vobiscum servos dómni vestri, & impónite Salomónem filium meum super mulam meam, & dúcite eum in Gihon; & ungat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan prophéta, in regem super Israël; & canétis búccinâ, atque dicétis: Vivat rex Sálomon. Et ascendétis post eum, & véniet, & sedébit super solum meum, & ipse regnábbit pro me: illique præcipiam ut sit dux super Israël & super Judâ.

R. Dixit Dóminus Salomóni: Quia non petisti tibi dies multos, nec divítias, sed postulasti tibi sapiéntiam; \* Ecce dedi tibi cor sapiens & intélligens: sed & hæc quæ non postulasti, dedi tibi, divítias scilicet & glóriam. *ÿ. Potens est Deus ómnia facere superabundanter quàm pétimus:*

\* Ecce. 3. Reg. 3. Ephes. 3.

*Lectio iij.*

**E**T respondit Banáias filius Joîadæ regi, dicens: Amen; sic loquátur Dómi-

nus Deus dómni mei regis. Quómodo fuit Dóminus cum dómno meo rege, sic sit cum Salomóne, & sublimius faciat solum ejus à solum dómni mei regis David. Descendit ergo Sadoc sacerdos, & Nathan prophéta, & Banáias filius Joîadæ, & Cérethi, & Phélethi; & imposuerunt Salomónem super mulam regis David, & adduxerunt eum in Gihon. Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernáculo, & unxit Salomónem: & cecinerunt búccinâ, & dixit ómnis pópulus; Vivat rex Sálomon.

R. Sálomon ædificávit Dómno domum; \* Sed non Excelsus in manufactis hábitat, sicut Prophéta dicit: Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meórum. *ÿ. Ait Sálomon: Ad hoc tantum facta est domus ista, ut respicias orationem servi tui & obsecrationem ejus, Dómine Deus meus: \* Sed non Excelsus. Glória Patri. \* Sed.*

*Act. 7. 2. Paral. 6.*

**IN II. NOCTURNO.**

Ex tractátu sancti Augustini Episcopi, super Psalms.

*Enar. in Ps. 126.*

*Lectio iv.*

**S**alomon erat témpore suo filius David; magnus ille per quem multa sancta præcepta & salúbria mónta, & divína sacramenta Spíritus sanctus in divínis litteris operátus est. Nam ipse Sálomon mulierum amátor fuit, & reprobátus est à Deo: & usque adeò láqueus illi fuit illa cupiditas, ut à muliéribus

étiam idólis sacrificare cogératur, sicut de illo Scriptura testis est. Sed, si illo cadente, quæ per illum dicta sunt, delerentur, judicáratur quia ipse dixerat, non quia per illum dicta erant. Optimè igitur étiam hoc egit misericórdia Dei & spírítus ejus, ut quidquid boni per Salomónem dictum est, Deo tribuerétur; peccátum autem hóminis, hómini.

R. Stetit Sálomon coram altári Dómini; & palmis in cælum levátis, ait: Dómine Deus Israël, tu exáudies de cælo preces & obsecratióem, si peccáverint tibi; \* Neque enim est homo qui non peccet. *ÿ. Si dixerimus quóniam peccátum non habemus, ipsi nos sedúcimur, & véritas in nobis non est; \* Neque enim.*  
2. Paral. 6. 1. Joan. 1.

*Lectio v.*

**Q**uid mirum quia in pópulo Dei cecidit Sálomon? In paradíso non cecidit Adam? Non cecidit de cælo ángelus, & diábolus factus est? Ideo docémur in nullo hóminum spem esse ponendam; quia & iste Sálomon ædificáverat templum Dómino, in typo quidem & in figura futúre Ecclésiæ & córporis Dómini. Unde dicit in Evangélio: Sólвите templum hoc, & in trídúo excitábo illud. Quia ergo ipse ædificáverat illud templum, ædificávit sibi templum verus Sálomon Dóminus noster Jesus Christus, verus pacíficus.

R. Regina Saba, auditâ famâ Salomónis in nómine Dó-

mini, venit tentare eum in ænigmátibus; & dócuit eam ómnia verba quæ proposuerat. \* Videns autem omnem sapiéntiam ejus, non habebat ultrá spírítum. *ÿ. Regina Austri venit à finibus terræ audire sapiéntiam Salomónis: \* Videns autem. 3. Reg. 10. Luc. 11.*

*Lectio vj.*

**E**st autem ille verè pacíficus, de quo dixit Apóstolus: Ipse est enim pax nostra, qui fecit útraque unum. Ipse est verus pacíficus, qui duos parietes è diverso venientes in se copulávit, quibus factus est lapis angularis venienti pópulo ex circumcisióne credéntium, & venienti pópulo ex præputio Géntium, & ipsórum credentium; fecit unam Ecclésiám ex duóbus pópulis, factus est illis lapis angularis, & ideò verè pacíficus. Quia ergo ille verus Sálomon; Sálomon ille filius David de muliere Bethsabée, rex Israël, figuram gestábat hujus pacífici, quando templum ædificávit.

R. Dedisti máculam in glória tua; Deus autem non derelinquet misericórdiam suam, \* Et † Non corrumpet, nec delébit ópera sua. *ÿ. Ille fidelis pérmanet, negare seipsum non potest; \* Et. Glória Patri. † Non corrumpet. Eccli. 47. 2. Tim. 2.*

IN III. NOCTURNO.  
Lectio sancti Evangélii secundum Marcum.

*Lectio vij. Cap. 8.*

**I**n diebus illis; Cum turba multa esset cum Jesu, nec

habèrent quod manducarent , convocatis discipulis , ait illis : Misereor super turbam ; quia ecce jam triduo sustinent me , nec habent quod manducent . Et reliqua .

Homilia sancti Basilii  
Episcopi .

*Orat. in fame & siccitate .*

**V**ides & ipsum nostrum Deum , præteritis aliis incómodis , esuriētes condolenti ánimo miserári . Misereor enim , inquit , turbæ . Quare & in extremo iudicio , ubi advocat justos Dóminus , locum primum occupat qui largus fuit ac liberalis : nutritor primas tenet inter eos , quibus præmia dantur : panem qui ministravit , vocatur ante omnes : qui benignus fuit & liberalis , ante reliquos justos ad vitam transmittitur . Qui illiberalis extitit & sordidus , ante omnes peccatores igni traditur . Jam te temporis ipsa opportunità ad legem vocat , quæ mater est ceterarum . Quare magnóperè cura ne te prætereat nundinarum occasio , atque commerciorum . Fluit enim tempus , nec expectat morantem : festinant dies , segnem prætergrediuntur . Ob id tu quoque mandatum velut fugiens detine ac cónfice , & undelibet arreptum ulnis amplectere . Dato pauca , & multa comparato : exsolvito primigénium peccatum , cibariorum largitióne . Quemádmódum enim Adam improbo esu peccatum transmissit ; sic nos insidiantem escam abolémus , si fratris necessitatē famemque curámus .

R. Cum turba esset cum Jesu , nec habèrent quod manducarent , \* Ait discipulis : Misereor super turbam ; quia ecce jam triduo sustinent me , nec habent quod manducent .  
V. Ecce óculi Dómini super metuentes eum , ut alat eos in fame . \* Ait discipulis .  
*Marc. 8. Ps. 32.*

*Lectio viij.*

**P**opuli , audite : Christiáni , auribus accípite : Hæc dicit Dóminus , non suâ ipsius voce concionans , sed servorum ore tanquam instrumento résonans . Nos qui ratióne præditi sumus , ne brutis animantibus videámur immanióres . Quæ de gentilibus narratur humanitas , incútiat nobis pudórem . Lex humanitatis plena apud quosdam illórum , unam mensam , commúnes cibos , & unam ferè familiam , pópulum frequentem efficit . Relinquámus externos , & veniámus ad triummillium exemplum : æmulémur primum coetum Christianórum , cum eis commúnia essent omnia , vita , ánima , consensus unus , commúnis mensa , fraternitas indivisa : diléctio non ficta , cörpera multa unum efficiens , animas diversas ad consensum unum componens . Habes non pauca tum ex véteri , tum ex novo testamento , fraterni amoris exempla .

R. Interrogavit Jesus discipulos : Quot panes habétis ? Dixérunt : Septem . Et accipiens septem panes , grátias agens , fregit ; \* Et dabat dis-

cipulis suis ut apponerent.  
 Ÿ. Dicit Dóminus: Cómedent, & supererit. \* Et dabit discipulis suis. *Marc. 8. 4. Reg. 4.*

*Lectio ix.*

**S**enem fame laborantem si videris, accerse ipsum, & ale velut Joseph Jacob. Inimicum si repéris in angustiis pósito, ne adjuge ad iram, quâ occupáris, ultiónem; sed ale velut ille fratres a quibus fúerat venditus. Si incideris in juniórem afflictátum, ita eum desléto, uti ille Benjamin senectútis filium. Tentat te étiam fortasse avarítia, velut Joséphum hera: trahit te tuis vestimentis, ut mandátum spernas, ipsamque auri mundicie amantem præ mandátó Dómini díligas. Ubi cogitatio subierit huic mandátó repugnans, alliciensque ánimum bene morátum ad avarítiam, & caritátem fraternam negligere cogens, teque secum détinens, ábjice & tu vestimenta; irátus secéde: fidem Dómino, velut ille, serváto: per unum annum, uti ille per septem, fami próvide & penúriæ.

Bz. Jacta super Dóminum curam tuam, & \* Ipse te enútriet: † Non dabit in æternum fluctuatióem justo. Ÿ. Sint mores contenti præsentibus; ipse enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam. \* Ipse. Glória Patri. † Non dabit. *Pf. 54. Hebr. 13.*

*Ad Benedictus. Ant. 2. D. Præcepit Jesus turbæ discum-*

bere super terram; & manducaverunt, & saturati sunt. *Marc 8.*

*Oratio.*

**D**eus virtútum, cujus est totum quod est optimum: infere pectoribus nostris amorem tui nóminis, & præsta in nobis religionis augmentum; ut quæ sunt bona, nütrias, ac pietátis stúdio, quæ sunt nutrita, custódias; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

*Ad Magnificat. Ant. 1. D. Sustulerunt quod superáverat de fragmentis septem sportas: erant autem qui manducaverunt quasi quatuor millia; & dimisit eos. Marc. 8.*

**F E R I A S E C U N D A.**

De libro tertio Regum.

*Lectio j. Cap. 2.*

**A**pproinquáverunt dies David ut morerétur, præcepitque Salomóni filio suo, dicens: Ego ingrédiór viam universæ terræ: confortáre, & esto vir. Et observa custódias Domini Dei tui, ut ámbules in viis ejus, ut custódias caremónias ejus, & præcepta ejus, & judicia, & testimonia, sicut scriptum est in lege Móysi; ut intélligas universa quæ facis & quocúmque te véteris; ut confirmet Dóminus sermónes suos quos locútus est de me, dicens: Si custodierint filii tui vias suas, & ambuláverint coram me in veritáte, in omni corde suo, & in omni ánima sua, non auferétur tibi vir de solio Israél. Dormívit ígitur David

cum patribus suis, & sepultus est in civitate David. Dies autem quibus regnavit David super Israël, quadraginta anni sunt: in Hebron regnavit septem annis, in Jerusalem triginta tribus.

R. Dilexit Dominus. 229.

Lectio ij. Cap. 3.

**A**pparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula quod vis ut dem tibi. Et ait Salomon: Tu fecisti cum servo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate, & iustitia, & recto corde tecum; custodisti ei misericordiam tuam grandem, & dedisti ei filium sedentem super thronum ejus, sicut est hodie. Et nunc, Domine Deus, tu regnare fecisti servum tuum pro David patre meo; ego autem sum puer parvulus & ignorans egressum & introitum meum; & servus tuus in medio est populi quem elegisti, populi infiniti, qui numerari & supputari non potest præ multitudine. Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, & discernere inter bonum & malum: quis enim poterit judicare populum istum, populum tuum hunc multum?

R. Dixit Dominus. 229.

Lectio iij.

**P**lacuit ergo sermo coram Domino, quod Salomon postulasset hujuscemodi rem. Et dixit Dominus Salomoni: Quia postulasti verbum hoc,

& non petisti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum judicium; ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hæc quæ non postulasti, dedi tibi, divitias scilicet & gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retrò d'ibus: si autem ambulaveris in viis meis, & custodieris præcepta mea & mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.

R. Salomon. 229.

F E R I A T E R T I A

De libro tertio Regum.

Lectio j. Cap. 5.

**M**isit Salomon ad Hiram, dicens: Tu scis voluntatem David patris mei; & quia non poterit edificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminencia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum; & non est sarran, neque occurfus malus. Quamobrem cogito edificare templum nomini Domini Dei mei, sicut locutus est Dominus David patri meo, dicens: Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse edificabit domum nomini meo. Præcipe igitur ut præcendant mihi servi tui cedros de Libano, & servi mei sint cum

servis tuis; mercedem autem servorum tuorum dabo tibi quamcumque petieris; scis enim quomodo non est in populo meo vir qui noverit ligna cadere sicut Sidonii.

R. Stetit Salomon. 230.

*Lectio ij.*

**D**edit quoque Dominus sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percusserunt ambo fœdus. Elegitque rex Salomon operarios de omni Israël, & erat indictio triginta millia virorum: mittebatque eos in Libanum, decem millia per menses singulos vicissim, ita ut duobus mensibus essent in domibus suis; & Adoniram erat super hujuscemodi indictione. Furruntque Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant, & octoginta millia latomorum in monte, absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero trium millium, & trecentorum præcipientium populo & his qui faciebant opus.

R. Regina Saba. 230.

*Lectio iij. Cap. 7. & 8.*

**E**T perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo Domini: & intulit quæ sanctificaverat David pater suus, argentum & aurum, & vasa; reposuitque in thesauris domus Domini. Tunc congregati sunt omnes majores natu Israël cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Israël ad regem Salomonem in Jerusalem; ut deferrent arcam fœderis Domini, de civitate Da-

vid, id est, de Sion. Convenitque ad regem Salomonem universus Israël in mense Ethanim in solemnibus die; ipse est mensis septimus. Veneruntque cuncti senes de Israël, & tulerunt arcam sacerdotum, & portaverunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa Sanctuarii quæ erant in tabernaculo; & ferebant ea sacerdotes & Levitæ. Rex autem Salomon, & omnis multitudo Israël quæ convenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam; & immolabant oves & boves absque æstimatione & numero. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in sanctum sanctorum subter alas Chérubim.

R. Dedisti maculam. 230.

**F E R I A Q U A R T A .**

De libro tertio Regum.

*Lectio j. Cap. 9.*

**F**Actum est cum perfecisset Salomon ædificium domus Domini & ædificium regis, & omne quod optaverat & voluerat facere, apparuit ei Dominus secundo, sicut apparuerat ei in Gabaon: dixitque Dominus ad eum: Exaudivi orationem tuam & deprecationem tuam quam deprecatus es coram me: sanctificavi domum hanc quam ædificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum; & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaveris coram me, sicut ambulavit pater tuus, in simplicitate cordis & in æquitate, &

feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea & iudicia mea servaveris, ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum David patri tuo, dicens: Non auferetur vir de genere tuo, de solio Israël.

R. Dilexit. 229.

Lectio ij.

Cap. 10.

**R**egina Saba, auditâ famâ Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmâtibus. Et ingressâ Jerusalemem multo cum comitatu, & divitiis, camélis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas, venit ad regem Salomonem, & locuta est ei universa quæ habebat in corde suo. Et docuit eam Salomon omnia verba quæ proposuerat. Non fuit sermo qui regem posset latere, & non responderet ei. Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam edificaverat, & cibos mensæ ejus, & habitacula servorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta quæ offerabat in domo Domini; non habebat ultra spiritum.

R. Dixit. 229.

Lectio iij.

**D**ixitque ad regem: Verus est sermo quem audivi in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua; & non credëbam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probavi quod media pars mihi nuntiata non fuerit: major est sapientia & opera tua, quam

rumor quem audivi. Beati viri tui, & beati servi tui qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israël, eò quod dilexerit Dominus Israël in sempiternum, & constituit te regem, ut faceres iudicium & iustitiam. Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas.

R. Salomon. 229.

FERIA QUINTA.

De libro tertio Regum.

Lectio j.

Cap. 11.

**R**ex Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Hethæas; de gentibus super quibus dixit Dominus filiis Israël: Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras; certissimè enim avertent corda vestra, ut sequamini deos earum. Cumque jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos: nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus. Sed colèbat Salomon Astarthen deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino, & non adimplevit ut sequeretur Dominum, sicut David pater ejus.

R. Stetit Salomon. 230.

Lectio ij.

**I**Gitur iratus est Dóminus Salomóni, quòd averſa eſſet mens ejus à Dómino Deo Iſraël, qui apparuerat ei ſecundò, & præceperat de verbo hoc ne ſequeretur deos aliénos; & non cuſtodivit quæ mandavit ei Dóminus. Dixit itaque Dóminus Salomóni: Quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodisti pactum meum, & præcepta mea quæ mandavi tibi, diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſervo tuo. Verumtamen in diébus tuis non faciam propter David patrem tuum: de manu filii tui ſcindam illud; nec totum regnum auferam, ſed tribum unam dabo filio tuo, propter David ſervum meum, & Jerúſalem quam elégi. Suſcitavit autem Dóminus adverſarium Salomóni, Adad Idumæum de ſemine régio, qui erat in Edom.

R. Regina Saba. 230.

Lectio iij.

**J**eróboam quoque filius Nabath Ephrathæus, de Saréda, ſervus Salomónis, cujus mater erat nómine Sarva, mulier vídua, levavit manum contra regem. Et hæc eſt cauſa rebelliónis adverſus eum, quia Sálomon ædificavit Melio, & coarquivit voráginem civitatis David patris ſui. Erat autem Jeróboam vir fortis & potens; vidensque Sálomon adoleſcentem bonæ índolis & indúſtrium, conſtituerat eum præfectum ſuper tributa univerſæ domûs Joſeph. Factum eſt igitur in tẽpore illo, ut

Jeróboam egrederetur de Jerúſalem, & inveniret eum Ahías Silonites prophéta in via, opertus pállio novo: erant autem duo tantum in agro. Apprehenſiſque Ahías pállium ſuum novum, quo coopertus erat, ſcudit in duodecim partes. Et ait ad Jeróboam: Tolle tibi decem ſciſſuras; hæc enim dicit Dóminus Deus Iſraël: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomónis, & dabo tibi decem tribus.

R. Dedisti máculam in glória. 230.

FERIA SEXTA.

De libro tertio Regum.

Lectio j. Cap. 11. &amp; 12.

**D**ormivit Sálomon cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in civitate David patris ſui; regnavitque Róboam filius ejus pro eo. Venit autem Róboam in Sichem; illuc enim congregatus erat omnis Iſraël ad conſtituendum eum regem. At verò Jeróboam filius Nabath, cum adhuc eſſet in Ægypto prófugus à facie regis Salomónis, audita morte ejus, reverſus eſt de Ægypto. Miſeruntque & vocaverunt eum: venit ergo Jeróboam, & omnis multitúdo Iſraël, & locuti ſunt ad Róboam, dicentes: Pater tuus duríſſimum jugum impoſuit nobis; tu itaque nunc imminue páululum de império patris tui duríſſimo, & de jugo gravíſſimo quod impoſuit nobis, & ſerviémus tibi.

R. Dilexit Dóminus Salomónem. 229.

## Lectio ij.

**R**esponditque rex pópulo dura, derelicto consilio seniorum, quod ei déderant; & locútus est eis secundum consílium júvenum, dicens: Pater meus aggravávit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestro: pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. Et non acquiévit rex pópulo; quóniam averfatus fuerat eum Dóminus, ut fuscitáret verbum suum quod locútus fuerat in manu Ahíæ Silonítæ ad Jeróboam filium Nabath. Videns itaque pópulus quod noluisset eos audire rex, respondit ei, dicens: Quæ nobis pars in David? vel quæ hæreditas in filio Isái? Vade in tabernácula tua, Israël: nunc vide domum tuam, David. Et abiit Israël in tabernácula sua. Super filios autem Israël, quicumque habitábant in civitatibus Juda, regnávit Róboam.

R. Dixit Dóminus. 229.

## Lectio iij.

**D**ixitque Jeróboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad domum David, si ascenderit pópulus iste ut faciat sacrificia in domo Dómini in Jerúsalem: & convertetur cor pópuli hujus ad dóminum suum Róboam regem Juda, interficientque me, & revertentur ad eum. Et excoGITATO consilio, fecit duos vitulos áureos, & dixit eis: Nolite ultrá ascendere in Jerúsalem: ecce dii tui, Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Posuitque unum in

Berhel, & áalterum in Dan: & factum est verbum hoc in peccátum; ibat enim pópulus ad adorandum vitulum usque in Dan. Et fecit fana in excel-sis, & sacerdotes de extrémis pópuli, qui non erant de filiis Levi. Constituitque diem solemnem in mense octávo, quintá-décimá die mensis, in similitúdinem solemnítatis quæ celebrábatur in Juda.

R. Salomon ædificávit Dómino domum. 229.

## S A B B A T O.

De libro tertio Regum.

## Lectio j. Cap. 18.

**M**isit Achab ad omnes filios Israël, & congregávit prophétas in monte Carméli. Accedens autem Elías ad omnē populum, ait: Usquequò claudicátis in duas partes; si Dóminus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum. Et non respondit ei pópulus verbum. Et ait rursus Elías ad pópulum: Ego remansi prophéta Dómini solus; prophéta autem Baal quadringenti & quinquaginta viri sunt. Dentur nobis duo boves, & illi éligant sibi bovem unum; & in frustra cædentes ponant super ligna, ignem autem non supponant: & ego faciam bovem áalterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. Invocáte nómina deórum vestrórum, & ego invocábo nomen Dómini mei; & Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis pópulus, ait: Optima propositio,

[ *Si fiat de Sabbato, R. R. R. R.*  
*sumentur è II. Nocturno Do-*  
*minica præcedentis. ]*

*Lectio ij.*

**D**ixit ergo Elias prophétis Baal : Eligite vobis bovem unum , & facite primi , quia vos plures estis ; & invocáte nómina deórum vestrórum , ignemque non supponátis. Qui cum tulissent bovem quem déderat eis , fecerunt ; & invocábant nomén Baal de mane usque ad meridiem , dicentes : Baal , exaudi nos. Et non erat vox , nec qui responderet : transiliebantque altáre quod fécerant. Cumque esset jam merídiés , illudébat illis Elias , dicens : Clamáte voce majóre ; deus enim est , & forsitan loquitur , aut in diversório est , aut in itinere ; aut certè dormit , ut excitétur. Clamábant ergo voce magnâ , & incidébant se juxta ritum suum cultris & lancéolis , donec perfunderentur sanguine.

*Lectio iij.*

**C**umque jam tempus esset ut offerretur holocaustum , accédens Elias Prophéta , ait : Dómine Deus Abraham , & Isaac , & Israël , ostende hódie quia tu es Deus Israël , & ego servus tuus , & juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. Exaudi me , Dómine , exaudi me ; ut dicat pópulus iste quia tu es Dóminus Deus , & tu convertisti cor eórum iterum. Cécidit autem ignis Dómini , & vorávit holocaustum , & ligna , & lapides , pulverem quoque , & aquam quæ erat in aqueductu lambens. Quod cum

vidisset omnis pópulus , cécidit in faciem suam , & ait ; Dóminus ipse est Deus , Dóminus ipse est Deus. Dixitque Elias ad eos : Apprehéndite prophétas Baal , & ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent , duxit eos Elias ad torrentem Císon , & interfécit eos ibi.

**DOMINICA VII.**  
 post Pentecosten.

**IN VESPERIS Sabbati,**  
*Ad Magnificat. Ant. 8. G.*  
 Ascendit Elias per turbinem in cælum ; Eliséus autem videbat , & clamábat : Pater mi , pater mi , currus Israël , & auriga ejus. 4. Reg. 2.

*Oratio, ut infra ad Laudes.*  
**IN I. NOCTURNO.**  
 Incipit liber quartus Regum.

*Lectio j. Cap. I.*

**P**ravariátus est Moab in Israël , postquam mortuus est Achab. Ceciditque Ochóziás per cancellos cœnâculi sui quod habébat in Samaría , & ægrotávit : misitque nuntios , dicens ad eos : Ite , consulite Beélzebub deum Accaron , utrum vivere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem Dómini locutus est ad Eliam Thesbiten , dicens : Surge , & ascende in occursum nuntiórum regis Samariæ , & dices ad eos : Numquid non est Deus in Israël , ut cátis ad consulendum Beélzebub deum Accaron ? Quamobrem hæc dicit Dóminus : De lectulo super quem ascendisti , non descendes ; sed morte morieris.

**R.** Surrexit Elias Prophéta quasi ignis , & verbum ipsius

quasi fâcula ardêbat : \* Verbo Dómini continuit cœlum. *¶* Elías homo erat similis nobis , passibilis : & orávit ut non plueret , & non pluit ; & rursum orávit , & cœlum dedit plúviam : \* Verbo Dómini. *Eccli.* 48. *Jac.* 5.

*Lectio ij.*

**E**T ábiit Elías ; reversique sunt nuntii ad Ochóziam. Qui dixit eis : Quare reversi estis ? At illi responderunt ei : Vir occurrit nobis , & dixit ad nos : Ite , & revertimini ad regem qui misit vos , & dicetis ei : Hæc dicit Dóminus : Numquid , quia non erat Deus in Israël , mittis ut consulatur Beélzebub deus Accaron ? Idcirco de létulo super quem ascendisti , non descendes ; sed morte morieris. Qui dixit eis : Cujus figuræ & habitus est vir ille qui occurrit vobis , & locutus est verba hæc ? At illi dixerunt : Vir pilosus , & zonâ pelliceâ accinctus renibus. Qui ait : Elías Thesbites est. Misitque ad eum quinquagenarium principem , & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum ; sedentique in vértice montis , ait : Homo Dei , rex præcepit ut descendas. Respondensque Elías , dixit quinquagenario : Si homo Dei sum , descendat ignis de cœlo , & devoret te & quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de cœlo , & devoravit eum & quinquaginta qui erant cum eo.

*R.* Factus est sermo Dómini ad Eliam , dicens : Surge , & vade in Sarepta Sidoniorum , & manebis ibi : præcepi enim

ibi mulieri viduæ ut pascat te : \* Surrexit , & ábiit in Sarepta. *¶* Multæ viduæ erant in diébus Eliæ in Israël , cum facta esset fames magna in omni terra ; & ad nullam illarum missus est Elías , nisi in Sarepta Sidónia , ad mulierem viduam. \* Surrexit , & ábiit in Sarepta. 3. *Reg.* 17. *Luc.* 4.

*Lectio iij.*

**R**ursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterum , & quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi : Homo Dei , hæc dicit rex : Festina , descende. Respondens Elías , ait : Si homo Dei ego sum , descendat ignis de cœlo , & devoret te & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de cœlo , & devoravit illum & quinquaginta ejus. Iterum misit principem quinquagenarium tertium , & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset , curvavit genua contra Eliam , & precatus est eum , & ait : Homo Dei , noli despiciere animam meam , & animas servorum tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de cœlo , & devoravit duos principes quinquagenarios primos , & quinquagenos qui cum eis erant : sed nunc obsecro ut miserearis animæ meæ. Locutus est autem Angelus Dómini ad Eliam , dicens : Descende cum eo , ne timeas. Surrexit igitur , & descendit cum eo ad regem.

*R.* Accedens Elías ad omnem populum , ait : Usquequò claudicatis in duas partes ? \* Si † Dóminus est Deus ,

sequimini eum. *ÿ*. Nemo potest duobus dominis servire:

\* Si Dominus. Glória. † Dominus. 3. Reg. 18. Matth. 6.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

Lib. 19. Moral. in Job,

Cap. 6. Lectio iv.

**S**ancti ipsi, qui, sancto sublevante Spiritu, ad summa rapiuntur, quamdiu in hac vita sunt, ne aliquâ elatione superbiant, quibusdam tentationibus reprimuntur; ut nequâquam tantum proficere valeant, quantum volunt: sed ne extollantur superbiâ, fit in eis ipsarum quædam mensura virtutum. Hinc est enim quod Elias, dum tot virtutibus in alta profecisset, quâdam mensurâ suspensus est, dum Jézabel postmodum, quamvis reginam, tamen mulierculam, fugit.

*R.* Ecce vox Domini ad Eliam; & ille respondit: Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israël: \* Prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus; & quærunt animam meam ut auferant eam. *ÿ*. An nescitis in Elia quid dicit Scriptura, quemadmodum interpellat Deum adversum Israël? \* Prophetas tuos. 3. Reg. 19. Rom. 11.

Lectio v.

**P**erpendo quippe hunc miræ virtutis virum ignem de cælo trahere, & secundo quinquagenarios cum suis omnibus petitione subitâ concremare, verbo cælos à plu-

viis claudere, verbo cælos ad pluvias aperire, suscitantem mortuos, ventura quæque prævidentem: & ecce rursus animo occurrit quo pavore ante unam mulierculam fugerit. Considero virum timore perculsum, de manu Dei mortem petere, nec accipere; de manu mulieris mortem fugiendo vitare.

*R.* Quid dicit Eliæ divinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum qui non curvaverunt genua ante Baal. \* Sic ergo & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt. *ÿ*. Antequam veniat dies Domini magnus, convertet Elias cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. \* Sic ergo. Rom. 11. Malac. 4.

Lectio vj.

**Q**uærebatur enim mortem dum fugeret, dicens: Sufficit mihi, tolle animam meam; neque enim melior sum quam patres mei. Unde ergo sic potens, ut tot illas virtutes faciat? Unde sic infirmus, ut ita feminam pertimescat, nisi quia aquæ appenduntur mensurâ; ut ipsi sancti Dei homines & multum valeant per potentiam Dei, & rursus quâdam mensurâ moderati sint per infirmitatem suam? In illis virtutibus Elias quid de Deo acceperat, in istis infirmitatibus quid de se esse poterat, agnoscebat. Illa potentia virtus fuit; ista infirmitas custos virtutis. In illis virtutibus ostendebat quid acceperat; in istis infirmitatibus hoc quod acceperat, custodiebat.

stodiebat. In miraculis monstrabatur Elias, in infirmitatibus servabatur.

R. Elia, quis potest similiter sic gloriari tibi? Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum: qui scriptus es in iudiciis temporum \* Lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Jacob. V. Elias quidem venturus est, & restituet omnia: dico autem vobis, quia Elias jam venit \* Lenire. Gloria Patri. \* Lenire. *Eclli. 48. Matth. 17.*

*IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 7.*

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

*In Psalm. 118. Serm. 12.*

**N**on quicumque dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum. Non quicumque dicit mihi: Tuus sum, meus est. Meus planè es, si vocem non redarguat conscientia, si sermonem tuum animus aut opera non refutent. Ego non nego meum esse cum qui ipse se non neget, aut certe si pro me seipsum sibi abneget. Nolo habere servulum pluribus dominis servientem. Nam quomodo meus est, si mihi dicat verbo: Tuus sum,

*MIR. Pars Æstiva.*

& operibus neget, & factis se diabolo adjudicet & obstringat? Non est meus quem libido succendit; quia mea est castitas. Non est meus quem cura spoliandi minores exagitat; quia mea integritas est. Non est meus quem ira mobilis inquietat; quia mea tranquillitas est. Non est meus vini crapulâ remulentus in lucem, ambitione gloriæ secularis ebrius, qui in periculum non possit sobriæ moderatiōnis servare vestigium. Pax sum ego, litigare non novi. Quid mihi ad eum de quo veniat diabolus, & dicat: Meus est; nam mihi suâ colla curvavit, mea in illo plura reperio: nomen sibi tuum vindicat, & meum munus? Non est ergo Christi, nisi qui est alienus à crimine: non est Christi, nisi qui potest semper se Christi servulum demonstrare.

R. Attendite à falsis prophetis, qui \* Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. V. Non misi eos; & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, ut pereatis. \* Veniunt. *Matth. 7. Jerem. 27.*

*Lectio viij.*

**N**am si quis mutabilis est, ut ego qui aut mœrore mutor, aut indignatione, venit ira, & dicit: Meus est; ante horam meus erat, spero quod iterum meus fiat. Venit tristitia, & dicit: Meus est; ante horam in mea possessione fuit, in meo jure: erigere animum præ mœrore non poterat, nec oculos levare; & si

Q

triste aliquid acciderit, ad me illico revertetur. Quis ergo est Dei, nisi qui potest dicere: Nihil mihi conscius sum? Idco dicebat Paulus Apóstolus Jesu Christi, quia nulli alii obnoxius tenebatur. Ille ergo dicebat, Christi sum; & respondébat ei Dóminus, Meus es. Qui verè dicit, Tuus sum, audit à Dómino, Meus es. Dénique de ipso Dóminus ad Anániam, cum mitteret eum ad sanandum Paulum, ait: Vade, quóniam vas electiónis est mihi. Et quia perseveravit Christi esse, quasi impleto certamine, coronam méruit invenire justitiæ.

Rz. Prophétant de corde suo: \* Cónsuunt pulvillos sub omni cubito manûs, & faciunt cervicalia sub capite ad capiendas ánimas. *Ps.* A fructibus eorum cognoscetis eos. \* Cónsuunt. *Ezech.* 13. *Matth.* 7.

*Lectio ix.*

**R**ectè ergo prophéta David dixit, Tuus sum, qui semper in Dómino mansit. Et quâ ratióne dixerit, Tuus sum, addidit: Justificatiónes tuas exquisivi; hoc est, nihil aliorum quasivi, sed id solum quod tuum est desideravi. Alii quærunt monília pretiosa; ego solas justificatiónes tuas quasi quædam ferta justitiæ: alii domum ad domum, villam ad villam jungunt, quasi soli habitare possint in terra hac, & elementum volunt occupare commúne: alii possessiõnem aeris ipsius vindicare; mihi in tuis justificatiõnibus omne patrimonium

est. Nescio possidere nisi quod tui juris est. In tuis eloquiis spiritalis mihi cura refulsit argenti. Mihi portio Deus est. Tuus sum ego; quia pars mihi hæreditatis non in auro, non in argento est, sed in Christo Jesu.

Rz. Non omnis qui dicit mihi, Dómine, Dómine, intrabit in regnum cælorum; sed \* Qui facit voluntatem Patris mei, ipse intrabit in regnum cælorum. *Ps.* Qui custodit mandatum, custodit animam suam. \* Qui facit. Glória Patri. \* Qui facit. *Matth.* 7. *Prov.* 19.

*Ad Benedictus. Ant.* 3. a. Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. *Matth.* 7.

*Oratio.*

**D**eus, cujus providentiâ in sui dispositiõne non fallitur: te supplices exoramus, ut noxia cuncta submóveas, & ómnia nobis profutúra concédas; Per.

*Ad Magnificat. Ant.* 1. g. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. *Matth.* 7.

FERIA SECUNDA.

De libro quarto Regum.

*Lectio j.* Cap. 2.

**A**ccesserunt filii Prophetarum qui erant in Jericho, ad Eliséum, & dixerunt ei: Numquid nosti quia Dóminus hódie tollet dóminum tuum à te? Et ait: Et ego novi; filéte. Dixit autem ei Elías: Sede híc, quia Dóminus misit me usque ad Jordánem. Qui ait: Vivit

Dóminus, & vivit ánima tua, quia non derelinquam te. Ié- runt igitur ambo páriter, & quinquaginta viri de filiis Prophetárum secuti sunt eos, qui & steterunt è contrâ, lon- gè; illi autem ambo stabant super Jordánem. Tulitque E- lias pállium suum, & involvit illud, & percussit aquas, quæ divisæ sunt in utramque par- tem; & transiérent ambo per siccum. Cùmque transissent, Eliás dixit ad Eliséum: Pó- stula quod vis ut fáciam tibi, ántequam tollar à te. Dixit- que Eliséus: Obsecro ut fiat in me duplex spíritus tuus. Qui respondit: Rem diffi- cilem postulasti; áttamen si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit.

Rz. Surrexit Eliás. 238.

Lectio ij.

CUmque pérgerent, & in- cedentes sermocinaren- tur, ecce currus igneus, & equi ignei divisérunt utrum- que: & ascendit Eliás per turbinem in cælum; Eliséus autem vidébat, & clamábat: Pater mi, pater mi, currus Israël, & auríga ejus. Et non vidit eum ámplius: apprehen- ditque vestimenta sua, & sci- dit illa in duas partes. Et le- vavit pállium Eliæ, quod ce- ciderat ei: reversusque stetit super ripam Jordánis; & pál- lio Eliæ, quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt divisæ. Et dixit: Ubi est Deus Eliæ étiam nunc? Per- cussitque aquas, & divisæ sunt huc atque illuc; & tránsiit

Eliséus. Videntes autem filii Prophetárum, qui erant in Jéricho è contrâ, dixerunt: Requiévit spíritus Eliæ super Eliséum. Et venientes in oc- cursum ejus, adoravérunt cum proni in terram.

Rz. Factus est. 239.

Lectio iij.

Cap. 4.

Mulier autem quædam de Muxoribus Prophetárum clamábat ad Eliséum, dicens: Servus tuus vir meus mórtuus est, & tu nosti quia servus tuus fuit timens Dóminum; & ecce créditor venit ut tollat duos filios meos ad serviend- um sibi. Cui dixit Eliséus: Quid vis ut fáciam tibi? Dic mihi, quid habes in do- mo tua? At illa respondit: Non hábeo ancilla tua quid- quam in domo mea, nisi parum ólei, quo ungar. Cui ait: Vade, pete mutuò ab ómnibus vicinis tuis vasa vá- cua non pauca; & ingrédere, & claude óstium tuum, cùm intrinsecus fueris tu, & filii tui: & mitte inde in ómnia vasa hæc; & cùm plena fue- rint, tolles. Ivit itaque mú- lier, & clausit óstium super se & super filios suos: illi offerébant vasa, & illa in- fundébat. Cùmque plena fuif- sent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non hábeo. Stetitque óleum. Venit autem illa, & indicávit hómini Dei. Et ille: Vade, inquit, vende óleum, & redde créditori tuo; tu autem & filii tui vivite de réliquo.

Rz. Accédens Eliás ad om- nem pópulum. 239.

Q ij

## FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 4.

**F**Acta est quædam dies, & transibat Elisæus per Sunam; erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum ut comederet panem: cumque frequenter inde transiret, divertebat ad eam ut comederet panem. Quæ dixit ad virum suum: Admadverto quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum parvum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum; ut cum venerit ad nos, maneat ibi. Facta est ergo dies quædam, & veniens divertit in cœnaculum, & requievit ibi. Dixitque ad Giézi puerum suum: Voca Sunamitidem istam. Qui cum vocasset eam, & illa stetisset coram eo, dixit ad puerum suum: Loquere ad eam: Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis, quid vis ut faciam tibi? Numquid habes negotium, & vis ut loquar regi, sive principi militiæ? Quæ respondit: In medio populi mei habito. Et ait: Quid ergo vult ut faciam ei? Dixitque Giézi: Ne quæras; filium enim non habet, & vir ejus senex est. Præcepit itaque ut vocaret eam: quæ cum vocata fuisset, & stetisset ante ostium, dixit ad eam: In tempore isto, & in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. At illa respondit: Noli, quæso, domine mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ. Et concépit

mulier, & peperit filium in tempore & in hora eadem quæ dixerat Elisæus.

R. Ecce vox. 240.

Lectio ij.

**C**Revit autem puer. Et cum esset quædam dies, & egressus isset ad patrem suum, ad messores, ait patri suo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, & duc eum ad matrem suam. Qui cum tulisset, & duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super gœna sua usque ad meridiem, & mortuus est. Ascendit autem, & collocavit eum super lectulum hominis Dei, & clausit ostium; & egressa, vocavit virum suum, & ait: Mitte mecum, obsecro, unum de pueris, & asinam, ut excurram usque ad hominem Dei & revertar.

R. Quid dicit. 240.

Lectio iij.

**I**ngressus est ergo Elisæus domum, & ecce puer mortuus jacebat in lectulo ejus, ingressusque clausit ostium super se & super puerum, & oravit ad Dominum. Et ascendit, & incubuit super puerum; posuitque os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus, & manus suas super manus ejus & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri. At ille reversus, deambulavit in domo, semel huc atque illuc; & ascendit, & incubuit super eum, & oscitavit puer septies, aperuitque oculos. At ille vocavit Giézi, & dixit ei: Voca Sunamitidem hanc. Quæ vo-

causa ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes ejus, & adoravit super terram: tulitque filium suum, & egressa est.

R. Elia, quis potest. 241.

## FERIA QUARTA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 5.

**V**enit Naaman (leprosus) cum equis & curribus, & stetit ad ostium domus Elisei. Misitque ad eum Eliseus nuntium, dicens: Vade, & lavare septies in Jordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens: putabam quod egrederetur ad me, & stans invocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum leprae, & curaret me. Numquid non meliores sunt Abana, & Pharpar fluvii Damasci omnibus aquis Israel, ut laver in eis, & munder? Cum ergo vertisset se, & abiret indignans, accesserunt ad eum servi sui, & locuti sunt ei: Pater, & si rem grandem dixisset tibi Propheta, certe facere debueras; quanto magis quia nunc dixit tibi: Lavare, & mundaberis? Descendit, & lavit in Jordane septies juxta sermonem viri Dei; & restituta est caro ejus sicut caro pueri parvuli, & mundatus est. Reversusque ad virum Dei cum universo comitatu suo, venit & stetit coram eo, & ait: Vere scio quod non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israel.

R. Surrexit Elias. 238.

Lectio ij.

**D**ixitque Gezi puer viri Dei: Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo quae attulit: vivit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. Et secutus est Gezi post tergum Naaman: quem cum vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum ejus, & ait: Recte sunt omnia? Et ille ait: Recte. Dominus meus misit me ad te, dicens: Modò venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filiis Prophetarum; da eis talentum argenti: & vestes mutatorias duplices. Dixitque Naaman: Melius est ut accipias duo talenta. Et coegit eum, ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis, & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portaverunt coram eo.

R. Factus est sermo 239.

Lectio iij.

**C**umque venisset jam vespere, tulit de manu eorum, & reposuit in domo, dimisitque viros; & abierunt: ipse autem ingressus stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus: Unde venis, Gezi? Qui respondit: Non ivit servus tuus quodquam. At ille ait: Nonne cor meum in presenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tuum? Nunc igitur accepisti argentum & accepisti vestes, ut emas oliveta, & vineas, & oves, & boves, & servos & ancillas. Sed & lepra Naaman adherabit tibi, & semini tuo usque in

sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

*R.* Accedens. 239.

**FERIA QUINTA.**

De libro quarto Regum.

*Lectio j.* Cap. 6.

**F**Actum est post hæc, congregavit Bénadad rex Syriæ universum exercitum suum, & ascendit, & obsidebat Samariam. Factaque est fames magna in Samaria: & tamdiu obsessa est, donec venundaretur caput aîni octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis. Cumque rex Israël transiret per murum, mulier quædam exclamavit ad eum, dicens: Salva me, domine mi rex. Qui ait: Non te salvat Dominus, unde te possum salvare? de area, vel de torculari? Dixitque ad eam rex: Quid tibi vis? Quæ respondit: Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum, ut comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. Cõximus ergo filium meum, & comedimus. Dixitque ei die alterâ: Da filium tuum, ut comedamus eum. Quæ abscondit filium suum. Quod cum audisset rex, scidit vestimenta sua, & transibat per murum. Viditque omnis populus cilicium quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. Et ait rex: Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisæi filii Saphat super ipsum hodie.

*R.* Ecce vox. 240.

*Lectio ij.* Cap. 7.

**D**ixit autem Elisæus: Audite verbum Domini.

Hæc dicit Dominus: In tempore hoc cras modius similæ uno statere erit, & duo modii hordei statere uno, in porta Samariæ. Respondens unus de ducibus, super cujus manum rex incumbēbat, homini Dei, ait: Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo, numquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Vidēbis oculis tuis, & inde non comedes. Quatuor ergo viri erant leprosi juxta introitum portæ, qui dixerunt ad invicem: Quid hinc esse volumus donec moriamur? Sive ingredi voluerimus civitatem, fame moriemur; sive manserimus hinc, moriendum nobis est: venite ergo, & transfugiamus ad castra Syriæ; si pepercerint nobis, vivemus; si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo vespere, ut venirent ad castra Syriæ: cumque venissent ad principium castrorum Syriæ, nulum ibidem repererunt.

*R.* Quid dicit Eliæ divinum. 240.

*Lectio iij.*

**E**T egressus populus diripuit castra Syriæ: factusque est modius similæ statere uno, & duo modii hordei statere uno, juxta verbum Domini. Porro rex ducem illum, in cujus manu incumbēbat, constituit ad portam; quem conculcavit turba in introitu portæ, & mortuus est, juxta quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum. Factumque est secundum sermonem viri Dei, quem dixerat regi, quando ait: Duo

módii hórdèi statére uno erunt, & módius similæ statére uno, hoc eodém témpore cras in porta Samariæ; quando respónderat dux ille viro Dei, & dixerat: Etiam si Dóminus fécerit cataractas in cælo, numquid póterit fieri quod lóqueris? Et dixit ei: Vidébis óculis tuis, & inde non cómedes. Evénit ergo ei sicut prædictum fúerat, & conculcávit eum pópulus in porta; & mórtuus est.

R. Elía, quis potest. 241.

F E R I A S E X T A.  
De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 8.

**V**enit Eliséus Damascum, & Bénadad rex Syriæ ægrotábat; nuntiaveruntque ei, dicentes: Venit vir Dei huc. Et ait rex ad Házel: Tolle tecum múnera, & vade in occursum viri Dei, & cónsule Dóminum per eum, dicens: Si evádere póteró de infirmitáte mea hác? Ivit igitur Házel in occursum ejus, habens secum múnera, & ómnia bona Damasci, ónera quadraginta camelórum. Cúmque stetit coram eo, ait: Filius tuus Bénadad rex Syriæ misit me ad te, dicens: Si sanári póteró de infirmitáte mea hac? Dixitque ei Eliséus: Vade, dic ei: Sanáberis; porró ostendit mihi Dóminus quia morte moriétur. Stetitque cum eo, & conturbátus est usque ad suffusiónem vultús: flevitque vir Dei. Cui Házel ait: Quare dóminus meus flet? At ille dixit: Quia scio quæ factúrus sis filiis Israël mala.

Civitátes eórum munitas igne succendes, & júvenes eórum interficies gládio, & párvulos eórum elides, & prægnantes dívides.

R. Surrexit Elías. 238.

Lectio ij. Cap. 9.

**E**liséus autem Prophétes vocávit unum de filiis Prophetárum, & ait illi: Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam ólei hanc in mánu tua, & vade in Ramoth Gálaad. Cúmque véneris illuc, vidébis Jehu filium Jósaphat filii Namsi: & ingressus suscitábis eum de médio fratrum suórum, & introduces in intérius cubiculum; tenensque lenticulam ólei, fundes super caput ejus, & dices: Hæc dicit Dóminus: Unxi te regem super Israël. Aperiesque óstium, & fúgies, & non ibi subsistes. Abiit ergo adolescens puer Prophétæ in Ramoth Gálaad, & ingressus est illuc: ecce autem príncipes exercitús sedébant, & ait: Verbum mihi ad te, ó prínceps. Dixitque Jehu: Ad quem ex ómnibus nobis? At ille dixit: Ad te, ó prínceps.

R. Factus est. 239.

Lectio iij.

**E**T surrexit, & ingressus est cubiculum: at ille fudit óleum super caput ejus, & ait: Hæc dicit Dóminus Deus Israël: Unxi te regem super pópulum Dómini Israël; & percúties domum Achab dómini tui, & ulciscar sanguinem servórum meórum Prophetárum, & sanguinem ómniúm servórum Dómini, de manu Jézabel: perdamque

Q iv

omnem domum Achab; & interficiam de Achab mingen-  
tem ad parietem, & clausum, & novissimum in Israël; &  
& dabo domum Achab, sicut do-  
mum Jeróboam filii Nabat,  
& sicut domum Báasa filii  
Ahía: Jézabel quoque cóme-  
dent canes in agro Jézrahel,  
nec erit qui sepéliat eam. Ape-  
ruitque óstium, & fugit. Jehu  
autem egressus est ad servos  
dómini sui, qui dixerunt ei:  
Rectène sunt ómnia? Quid  
venit insánus iste ad te? Qui  
ait eis: Nostis hóminem, &  
quid locútus sit. At illi res-  
pondérunt: Falsum est, sed  
magis narra nobis. Qui ait eis:  
Hæc & hæc locútus est mihi,  
& ait: Hæc dicit Dóminus:  
Unxi te regem super Israël.  
Festinavérunt itaque, & unus-  
quisque tollens pállium suum,  
posuérunt sub pédibus ejus in  
similitúdinem tribunális, &  
cecínérunt tubâ, atque dixé-  
runt: Regnavit Jehu.

R. Accédens Elias. 239.

S A B B A T O.

De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 9.

**E**Gressus est Joram rex  
Israël, & Ochózias rex  
Juda, singuli in cúrri-  
bus suis, egressique sunt in  
occursum Jehu, & invenérunt  
eum in agro Naboth Jezrahe-  
litæ. Cúmque vidisset Joram  
Jehu, dixit: Pax est, Jehu?  
At ille respondit: Quæ pax?  
adhuc fornicatiónes Jézabel  
matris tuæ, & veneficia ejus  
multa vigent. Convertit au-  
tem Joram manum suam, &  
fugiens ait ad Ochóziam:  
Insidiæ, Ochózia. Porrò Je-

hu tetendit arcum manu, &  
percussit Jorá inter scápu-  
las: & egressa est sagitta per cor  
ejus, statimque córruit in  
curru suo. Dixitque Jehu ad  
Bádacer ducem: Tolle, pró-  
jice eum in agro Naboth Jez-  
rahelitæ: mémini enim quan-  
do ego & tu sedentes in  
curru sequebámur Achab pa-  
trem hujus, quòd Dóminus  
onus hoc leváverit super eum,  
dicens: Si non pro sán-  
guine Naboth & pro sán-  
guine filiórum ejus, quem vidi heri,  
ait Dóminus, reddam tibi in  
agro isto, dicit Dóminus:  
Nunc ergo tolle, & prójice  
eum in ágrum, juxta verbum  
Dómini. Ochózias autem rex  
Juda videns hoc, fugit per  
viam domûs horti; persé-  
cutusque est eum Jehu, & ait:  
Etiam hunc percútite in curru  
suo; & percussérunt eum in  
ascensu Gaver, qui est juxta  
Jéblaam; qui fugit in Ma-  
geddo, & mórtuus est ibi.

[ Si fiat de Sabbato, R. R. R.  
sumentur è II. Nocturno Do-  
minica præcedentis. ]

Lectio ij.

**A**Nno undécimo Joram  
filii Achab, regnavit  
Ochózias super Judam; ve-  
nitque Jehu in Jézrahel. Porrò  
Jézabel introitu ejus audito,  
depinxit óculos suos stíbio &  
ornávit caput suum, & res-  
pexit per fenestram ingredien-  
tem Jehu per portam, & ait:  
Numquid pax potest esse Zam-  
bri, qui interfécit dómimum  
suum? Levavitque Jehu fá-  
ciem suam ad fenestram, &  
ait: Quæ est ista? Et incli-  
navérunt se ad eum duo vel

tres eunuchi. At ille dixit eis: Præcipitâte eam deorsum? Et præcipitâverunt eam, asperfusque est sanguine paries, & equorum ungulæ conculcâverunt eam. Cumque introgressus esset, ut comederet biberetque, ait: Ite, & videte maledictam illam, & sepelîte eam, quia filia regis est. Cumque issent ut sepelirent eam, non invenerunt nisi calvariâ, & pedes, & summas manus. Reversisque nuntiâverunt ei. Et ait Jehu: Sermo Dômini est, quem locutus est per servum suum Eliam Tesbîten, dicens: In agro Jézrahel comedent canes carnes Jézabel.

*Lectio iij.* Cap. 10.

**E**Rant autem Achab septuaginta filii in Samariâ. Scripsit ergo Jehu litteras, & misit in Samariâ, ad optimâtes civitâtis, & ad majores natu, & ad nutritios Achab, dicens: Statim ut accepêritis litteras has, qui habêtis filios dômini vestri, & currus, & equos, & civitates firmas, & arma; eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filiis dômini vestri, & eum pônite super solum patris sui, & pugnâte pro domo dômini vestri. Timuêrunt illi vehementer, & dixerunt: Ecce duo reges non potuêrunt stare coram eo, & quomodo nos valebimus resistere? Misêrunt ergo præpôsiti domûs, & præfecti civitâtis, & majores natu, & nutritii ad Jehu, dicentes: Servi tui sumus, quæcumque jûsseris faciémus, nec constituémus nobis regem; quæcumque tibi placent, fac.

Rescripsit autem eis litteras secundo, dicens: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum dômini vestri, & venite ad me hâc eadem horâ cras in Jézrahel. Porro filii regis septuaginta viri apud optimâtes civitâtis nutriebantur. Cumque venissent litteræ ad eos, tulêrunt filios regis, & occidêrunt septuaginta viros, & posuêrunt capita eorum in cophinis, & misêrunt ad eum in Jézrahel.

**D O M I N I C A V I I I .**  
post Pentecosten.

*IN VESPERIS Sabbati,*  
*ad Magnificat. Ant. 2. D.*  
Noluit Dôminus dispêdere domum David, propter pactum quod inierat cum eo; & quia promiserat ut daret ei lucernam & filiis ejus omni tẽpore. 2. *Paral. 21.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

**I N I. NOCTURNO.**

De libro quarto Regum.

*Lectio j.* Cap. 11.

**A**Thalia mater Ochozia, videns mortuum filium suum, surrexit, & interfecit omne semen regium. Tollens autem Jôzaba filia regis Joram, soror Ochozia, Joas filium Ochozia, furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur, & nutricem ejus, de triclinio; & abscondit eum à facie Athalia, ut non interficeretur. Eratque cum ea sex annis clam in domo Dômini: porro Athalia regnavit super terram. Anno autem septimo misit Joïada, & assumens centuriones & milites introduxi ad se in tem-

plum Dómini, pepigitque cum eis fœdus; & adjúrans eos in domo Dómini, ostendit eis filium regis.

R. Fecit Joíada bonum cum Israël; postquam autem obiit, dereliquerunt templum Dómini Dei, mittebatque eis Prophétas, ut reverterentur ad Dóminum: \* Quos protestantes, illi audire nolébant. V. Vos semper Spirítui sancto resistitis; sicut patres vestri, ita & vos. Quem Prophetarum non sunt persecúti patres vestri? \* Quos protestantes.

2. Paral. 24. Act. 7.

Lectio ij.

**P**ROduxitque filium regis, & pósuit super eum diadéma, & testimonium; feceruntque eum regem, & unxerunt; & plaudentes manu, dixerunt: Vivat rex. Audívit autem Athália vocem pópuli currentis; & ingressa ad turbas in templum Dómini, vidit regem stantem super tribunal juxta morem, & cantóres, & tubas prope eum, omnemque pópulum terræ lætantem, & canentem tubis; & scidit vestimenta sua, clamávitque: Conjuratio, conjuratio. Præcépit autem Joíada centurióibus qui erant super exercitum, & ait eis: Educite eam extra septa templi; & quicumque eam secútus fuerit, feriátur gládio. Dixérat enim sacerdos: Non occidátur in templo Dómini. Imposueruntque ei manus, & impegérunt eam per viam intróitus equórum, juxta palatium, & interfecta est ibi. Pépigit ergo Joíada fœdus inter

Dóminum, & inter regem, & inter pópulum, ut esset pópulus Dómini, & inter regem & pópulum. Ingressusque est omnis pópulus terræ templum Baal, & destruxérunt aras ejus, & imágenes contriverunt válidè: Mathan quoque sacerdotem Baal occidérunt coram altári.

R. Congregáti adversus Zachariam filium Joíadæ sacerdotem, miserunt lapides in átrio domus Dómini: \* Qui cum moreretur, ait: Videat Dóminus, & requírat. V. Propterea Sapiéntia Dei dixit ut inquirátur sanguis qui effusus est a generatióne ista, a sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ: \* Qui cum.

2. Paral. 24. Luc. 11.

Lectio iij.

Cap. 13.

**E**Liséus autem agrotábat infirmitate, quâ & mórtuus est; descenditque ad eum Joas rex Israël, & stebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga ejus. Et ait illi Eliséus: Affer arcum & sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum & sagittas, dixit ad regem Israël: Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superpósuit Eliséus manus suas manibus regis, & ait: Aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Eliséus: Jace sagittam. Et jecit. Et ait Eliséus: Sagitta salutis Dómini, & sagitta salutis contra Syriam; percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam. Et ait: Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursus dixit ei; Percute já-

culo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, & steterit, iratus est vir Dei contra eum, & ait: Si percussisses quinquies, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem; nunc autem tribus vicibus percüties eam. Mortuus est ergo Elisæus, & sepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno. Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos, & projecerunt cadaver in sepulcro Elisæi. Quod cum tetigisset ossa Elisæi, revixit homo, & stetit super pedes suos.

R. Mortuum prophetavit corpus Elisæi: \* In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est: in omnibus istis non pœnituit populus, & relicta est gens perpauca. V. Multi leprosi erant in Israël sub Elisæo Propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. \* In vita. Glória. \* In vita. *Eccli. 48. Luc. 4.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Cyrilli Jerosolymitani.

*Catech. 2. n. 13. Lectio iv.*

**A** Chab rex Samariæ sceleratissimus, idolorum cultor, cum venisset Elias Propheta, & minas duntaxat intentasset, sacco se induit, & scidit vestimenta. Et quid dicit clemens Deus ad Eliam? Vidisti quomodo compunctus est Achab à facie mea? tanquam fervidum Prophetae ingenium leniens ut ad misericordiam inclinaret. Vultis co-

gnoscere quam forte sit pœnitentia armorum genus; quantum confessio etiam adversus hostes prævaleat? Centum octoginta quinque hostium millia Ezechias per confessionem ruit. Et hoc adhuc minimum. Sententiam Dei adversum se pronuntiatam, per pœnitentiam dissolvit. Egrotanti enim ipsi dixit Isaias: Moriéris tu, nec vives. Quæ jam spes, quæ ultra salus vel expectatio: pronuntiante Propheta? At ille non revocatus est à pœnitentia, memor ejus quod scriptum est: Cum aversus ingemueris, tunc salvaberis.

R. Dejecit castra Assyriorum Angelus Domini; nam \* Fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter ivit in via quam mandavit illi Isaias: in diebus ejus retrò rediit sol, & addidit regi vitam. V. Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. \* Fecit Ezechias. *Eccli. 48. 1. Tim. 4.*

*n. 15. Lectio v.*

**C**onversus est ad parietem, & mentem per orationem ad cœlum tendens: Domine, ait, memento me; sufficit enim ad sanationem te me meminis. Temporibus non subjaces; sed ipse es vitæ arbiter & legislator. Non enim secundum genituram aut astrorum complexionem, ut nonnulli delirant, vitæ nostræ ratio decurrit, sed secundum tuam voluntatem. Et illi, cujus desperata vita fuerat, annorum quindecim vitæ accessio datur: atque in

fignum decem gradibus sol retrogressus est. Jam verò sol propter Ezechiam remeavit: at idem propter Christum defecit, non retrocedens, sed deliquium passus; eâ re quid inter utrumque, Ezechiam dico & Jesum, interesset, demonstrans. Et ille quidem potuit Dei sententiam dissolvere; Jesus verò peccatorum veniam tribuere non poterit?

R. Postquam coangustatus est Manasses, \* Oravit Dominum, & egit poenitentiam valde coram Deo: & exaudivit orationem ejus, reduxitque eum in regnum suum. V. Quæ secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. \* Oravit 2. Paralip. 33. 2. Cor. 7.

n. 15. & 16. *Lectio vj.*

**C**onvertere tu quoque, & ingemisce; & ostium claudere: ora ut tibi dimittatur, ut urentes te flammæ disjiciat Deus. Potest enim poenitentia & ignem extinguere; potest & leones cicurare. Quod si diffidas, cogita quid olim contigerit Ananiæ & sociis. Quales in caminum ignis fontes effuderunt? Quanta vis aquæ flammam ad cubitos quadraginta novem ascendentem restinguere sufficiebat? Sed ubi flamma vehementer superferrebatur, ibi plurimus poenitentia fons effusus est, cum illi dicerent: Quoniam justus es in omnibus quæ fecisti nobis; & peccavimus, & transgressi sumus, & iniquè egimus. Cum fornacis flammæ compresserit poenitentia,

tu dubitas utrum gehennæ ignem restinguere valeat?

R. Memoria Josiæ in omni ore quasi mel: ipse est directus divinitus in poenitentiam gentis. \* Tulit abominaciones impietatis, & † In diebus peccatorum corroboravit pietatem. V. Qui converti fecerit peccatorem ab errore via suæ, salvabit animam ejus à morte. \* Tulit. Gloria Patri. † In diebus. *Eccli. 49. Jac. 5.*

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 16.*

**I**n illo tempore; Dicebat Jesus ad discipulos suos: Homo quidam erat dives qui habebat villicum; & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et reliqua.

Homilia sancti Paulini  
Episcopi.

*Epist. 32. ad Sever. aliàs 12.*

**N**ulla nobis occasio est beneficentiæ unquam procrastinanda, cum si voluntas nostra non absit, pauper in promptu sit. Commodemus ergo securi nunc egeno, & in pauperibus suis Christo; ut ex ejus abundantia in iisdem gloria participare possimus. Propterea enim Dominus ipse pramonet, dicens: Facite vobis amicos de iniquo mammona. Vides quomodo Omnipotens faciat de nocte lucem, & de iniquitate justitiam? Ut cum defeceritis, recipiant vos in tabernacula æterna. Seminemus ergo illis carnalia, ut metamus ab illis spiritalia. La-

bóret nunc de terrenis manus, ut tunc de cœlestibus ánima reficiátur. Pœlæsibus ædificet rem futuram. Faciámus istic tecta, quæ nos illíc tegant. Pascátur istic pauper, ubi me dívite eget; ut me illíc pascat, ubi me egente saturábitur. Vidéte commércium spiritalé; & si potestis, negáte nos aváros, qui terram vendimús & tributum, ut immunitátem regni cum æternitate coemámus.

R. Villicus diffamátus est apud dívitem quasi dissipasset bona ipsius; & ait illi: Quid hoc áudio de te? \* Redde ratióne villicatiónis tuæ; jam enim non póteris villicáre. *ÿ.* Judícium duríssimum his qui præsunt, fiet. \* Redde. *Luc. 16. Sap. 6.*

*Serm. de Gazophylac. post Epist. 33. n. 6. & 7.*  
*Lectio viij.*

**O** Abundántia bonitátis Dei! vult fenerári ex iis quæ ipse largitus est: cupit débitor fieri donórum suórum, ut cum multâ tibi ratióne tuam reddat usúram. Própera igitur, frater, tam úberem tibi obstringere debitorém, ut & amicum te ex servo vocet; & in tuis terrétribus nummis te expertus fidélem, de suis cœlestibus thesauris dívitem faciat. Ne trépides, ne cunctéris, ne parcas. Esto violentus Deo, rape regna cœlórum. Nam póterat, dilectíssimi, Dóminus omnipotens æquè universos dívites facere, ut nemo indigérat áltero: sed infinitæ bonitátis consilio fecit miserum,

ut agnósceret misericordem. Matéria divitiárum tibi est fraterna paupertas, si intélligas super egénium & páuperem; nec tibi tantum hábeas quod accepisti, quia idéò & illius partem tibi in hoc século contulit Deus, ut tibi débret quidquid de suis donis tuo voluntário affectu indigéntibus obtulisses, ac te vicíssim in æterna die de illius parte ditáret.

R. Ego vobis dico: \* Fácite vobis amícos de mamóna iniquitátis; ut cum defecéritis, recípiant vos in æterna tabernácula. *ÿ.* Elemósyna facit inveníre misericórdiam & vitam æternam: \* Fácite. *Luc. 16. Tob. 12.*

*Lectio ix. num. 9.*

**C** Ave íplum te tantummodo ames, si te amas, quia iniquitátis est ista diléctio; & qui diligit iniquitátem, odit, ut scriptum est, ánimam suam. Plenitúdo autem legis est diléctio próximi, quod omnis homo hómini est germanitáte natúræ. Parem ergo curam tuí & páuperis gere, ut imitéris imitatórem Christi, non tibi, sed áliis utilia curando, ut tuí impénsius Deo cura sit. Vide enim quanto crimine te supérbia aut aváritia discernat ab eo cui te Deus ópere suo junxit. Réfice esurientem ánimam, & non timébis in die malo ab ira superventúra. Beátus enim, inquit, qui intélligit super egénium & páuperem: in die malo liberábit eum Dóminus. Operáre igitur & excole hanc regiónem terræ tuæ, ut gér-

minet tibi frugem fértilem , plenam ádipe frumenti , magno cum fœnore centésimum tibi fructum multiplicati séminis afferentem. In hujus vel possessionis vel negotiatiónis appetitum & stúdiúm sancta & salutáris est avaritia : nam talis cupiditas , quæ regnum cœleste meretur , & bonum perenne desiderat , radix bonórum est.

*R.* Ignem ardentem extinguit aqua , & eleemósynta resistit peccátis : \* Et qui reddit grátiam , † In témpore casûs sui invéniet firmamentum. *ÿ.* Qui séminat in benedictiónibus , de benedictiónibus & metet : \* Et qui. Glória. † In témpore. *Eccli. 3. 2. Cor. 9.*

*Ad Benedictus. Ant. 4. E.* Ait villicus intrâ se : Scio quid faciám ; ut cum amórus fuero à villicatióne , recípiant me in domos suas. *Luc. 16.*

*Oratio.*

**L** Argere nobis , quæsumus , Dómine , semper spíritum cogitandi quæ recta sunt , propítius & agendi ; ut qui sine te esse non pòssumus , secundum te vivere valeámus ; Per Dóminum nostrum.

*Ad Magnificat. Ant. 5. C.* Laudávit dóminus villicum iniquitátis , quia prudenter fecisset ; quia filii hujus séculi prudentiôres filiis lucis in generatióne sua sunt. *Luc. 16.*

FERIA SECUNDA.

De libro quarto Regum.

*Lectio j. Cap. 18.*

**A**nno tértio Osée filii Ela regis Israél , regnávit Ezechías filius Achaz regis Juda. Viginti

quinque annórum erat , cum regnare cœpisset ; & viginti novem annis regnávit in Jerúsalem : nomen matris ejus Abi , filia Zachariæ. Fecitque quod erat bonum coram Dómino , juxta ómnia quæ fécerat David pater ejus. Ipse dissipávit excelsa , & contrívit státuas , & succídit lucos , confregitque serpentem aneum quem fécerat Móyses ; síquidem usque ad illud témpus filii Israél adolébant ei incensum : vocavitque nomen ejus Nohestan. In Dómino Deo Israél sperávit : itaque post eum non fuit similis ei de cunctis régibus Juda , sed neque in his qui ante eum fuérunt : & adhæsit Dómino , & non recessit à vestigiis ejus , fecitque mandata ejus , quæ præcéperat Dóminus Móysi.

*R.* Fecit Joiáda. 230.

*Lectio ij.*

**A**nno quarto regis Ezechíæ , qui erat annus séptimus Osée filii Ela regis Israél , ascendit Salmánasar rex Assyriórum in Samariám , & oppugnávit eam , & cepit. Nam post annos tres , anno sexto Ezechíæ , id est , nono anno Osée regis Israél , capta est Samaria ; & tránstulit rex Assyriórum Israél in Assyrios , collocavitque eos in Hala & in Habor flúviis Gozan in civitatibus Medórum ; quia non audiérunt vocem Dómini Dei sui , sed prætergressi sunt pactum ejus : ómnia quæ præcéperat Móyses servus Dómini , non audiérunt , neque fécerunt. Anno quarto décimo regis Ezechíæ , ascendit Sen-

Sennacherib rex Assyriorum ad universas civitates Juda munivit, & cepit eas.

R. Congregati. 250.

Lectio iij. Cap. 19.

**C**um accepisset Ezechias litteras de manu nuntiorum, & legisset eas, ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, & oravit in conspectu ejus, dicens: Domine Deus Israël, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ: tu fecisti caelum & terram. Inclina aurem tuam, & audi; aperi, Domine, oculos tuos, & vide; audi omnia verba Sennacherib, qui misit ut exprobraret nobis Deum viventem. Verè, Domine, dissipaverunt reges Assyriorum gentes, & terras omnium. Et miserunt deos eorum in ignem: non enim erant dii, sed opera manuum hominum ex ligno & lapide; & perdidērunt eos. Nunc igitur, Domine Deus noster, salvos nos fac de manu ejus; ut sciant omnia regna terræ quia tu es Dominus Deus solus.

R. Mortuum. 251.

FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 19.

**F**actum est in nocte illa, venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Cumque diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum; & recedens abiit, & reversus est Sennacherib rex Assyriorum, & mansit in Ninive. Cumque adoraret in templo Nesroch

deum suum, Adramelech & Sarasar filii ejus percusserunt eum gladio, fugeruntque in terram Armeniorum; & regnavit Aharaddon filius ejus pro eo.

R. Dejecit. 251.

Lectio ij. Cap. 20.

**I**n diebus illis aegrotavit Ezechias usque ad mortem: & venit ad eum Isaias filius Amos, Propheta, dixitque ei: Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ; morieris enim tu, & non vives. Qui convertit faciem suam ad parietem, & oravit Dominum: dicens: Obsecro, Domine, memento, quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate & in corde perfecto; & quod placitum est coram te, fecerim. Flevit itaque Ezechias fletu magno. Et anrequam egrederetur Isaias mediam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens: Revertere, & dic Ezechiae duci populi mei: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Audivi orationem tuam, & vidi lacrymas tuas; & ecce sanavi te: die tertio ascendes templum Domini. Et addam diebus tuis quindecim annos: sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & civitatem hanc; & protegam urbem istam propter me, & propter David servum meum.

R. Postquam. 252.

Lectio iij.

**D**ixitque Isaias: Afferte massam ficorum. Quam cum attulissent, & posuissent super ulcus ejus, curatus est. Dixerat autem Ezechias ad

Isaiam : Quod erit signum , quia Dóminus me sanábit , & quia ascensurus sum die tertiã templum Dómini ? Cui ait Isaias : Hoc erit signum à Dómino , quòd facturus sit Dóminus sermónem quem locutus est : Vis ascendat umbra decem lineis , an ut revertatur tótidem grádibus ? Et ait Ezechias : Fácile est umbram crescere decem lineis : nec hoc volo ut fiat , sed ut revertatur retrorsum decem grádibus. Invocávit itaque Isaias prophéta Dóminum , & reduxit umbram per lineas , quibus jam descenderat in horológio Achaz , retrorsum decem grádibus.

R. Memória. 252.

FERIA QUARTA.

De libro quarto Regum.

*Lectio j.* Cap. 20.

**I**N témpore illo misit Béro-  
dach Báladan , filius Báladan , rex Babyloniórum , litteras & múnera ad Ezechiam : audierat enim quod agrotasset Ezechias. Lætátus est autem in adventu eórum Ezechias , & ostendit eis domum arómatum , & aurum , & argentum , & pigmenta vária , unguenta quoque , & domum valórum suórum , & ómnia quæ habere póterat in thesauris suis. Non fuit quod non monstráret eis Ezechias in domo sua , & in omni potestáte sua.

R. Fecit Joiáda. 250.

*Lectio ij.*

**V**ENit autem Isaias prophéta ad regẽ Ezechiam , dixitque ei : Quid dixerunt viri isti ? aut unde venerunt

ad te ? Cui ait Ezechias : De terra longinqua venerunt ad me , de Babylone. At ille respondit : Quid viderunt in domo tua ? Ait Ezechias : Omnia quæcumque sunt in domo mea , viderunt : nihil est quod non monstráverim eis in thesauris meis. Dixit itaque Isaias Ezechia : Audi sermónem Dómini : Ecce dies vénient , & auferentur ómnia quæ sunt in domo tua , & quæ condiderunt patres tui usque in diem hanc , in Babylónem : non remanébit quidquam , ait Dóminus. Sed & de filiis tuis qui egredientur ex te , quos generabis , tollentur , & erunt eunúchi in palátio regis Babylónis. Dixit Ezechias ad Isaiam : Bonus sermo Dómini , quem locutus es : fit pax & veritas in diebus meis.

R. Congregati. 250.

*Lectio iij.* Cap. 22.

**O**Cto annórum erat Josias cum regnare cœpisset ; triginta & uno anno regnavit in Jerúsalem : nomen matris ejus Idida , filia Hadaia de Bésécath. Fecitque quod plácitum erat coram Dómino , & ambulávit per omnes vias David patris sui : non declinávit ad dexteram , sive ad sinistram. Anno autem octávo-décimo regis Josiæ ; misit rex Saphan filium Aflia , filii Mésulam , scribam templi Dómini , dicens ei : Vade ad Helciam , sacerdotem magnum , ut confletur pecúnia quæ illata est in templum Dómini , quam collegérunt janitóres templi à populo ; deturque fabris per præpósitos domus Dómini ;

Dómini; qui & distribuunt eam his qui operantur in templo Dómini, ad instauranda tartatecta templi.

R. MORTUUM. 251.

FERIA QUINTA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 22.

**N**ARRAVIT Saphan scriba regi, dicens: Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cum legisset Saphan coram rege, & audisset rex verba libri legis Dómini, scidit vestimenta sua. Et præcepit Helcias sacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Micha, & Saphan scribæ, & Azaia servo regis dicens: Ite, & consulti- re Dóminum super me, & super pópulo, & super omni Juda, de verbis voluminis istius quod inventum est: magna enim ira Dómini succensa est contra nos; quia non audierunt patres nostri verba libri hujus, ut facerent omne quod scriptum est nobis.

R. Dejecit. 251.

Lectio ij. Cap. 23.

**A**SCENDITQUE rex templum Dómini, & omnes viri Juda, universique qui habitabant in Jerúsalem cum eo sacerdotés & prophætæ, & omnis pópulus à parvo usque ad magnum; legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inventus est in domo Dómini. Stetitque rex super gradum; & fœdus percussit coram Dómino, ut ambularent post Dóminum, & custodirent præcepta ejus, & testimonia, & ceremonias in omni corde & in tota ánima,

MIR. Pars Æstiva.

& suscitarent verba fœderis hujus quæ scripta erant in libro illo; acquievitque pópulus pacto. Et præcepit rex Helcia Pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & janitoribus, ut projicerent de templo Dómini omnia vasa quæ facta fuerant Baal, & in luco, & universæ militiæ cœli; & combussit ea foris Jerúsalem in convalle Cedron, & tulit púlverem eorum in Bethel. Et delévit arúspices, quos posuerant reges Juda ad sacrificandum in excelsis per civitates Juda, & in circúitu Jerúsalem; & eos qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duódecim signis, & omni militiæ cœli.

R. Postquam. 252.

Lectio iij.

**E**T CONTRIVIT státuas, & succidit lucos; replevitque loca eorum óssibus mortuorum: insuper & altáre quod erat in Bethel, & excelsum quod fécerat Jeróboam filius Nabat, qui peccáre fecit Israël; & altáre illud, & excelsum destruxit atque combussit & comminuit in púlverem, succenditque étiam lucum. Et conversus Josias vidit ibi sepulera quæ erant in monte: misitque, & tulit ossa de sepulcris, & combussit ea super altáre, & pólluit illud juxta verbum Dómini, quod locútus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc. Et ait: Quis est titulus ille quem video? Responderuntque ei cives urbis illius: Sepulcrum est hóminis Dei, qui venit de Juda, & prædixit verba hæc quæ

R

fecisti super altare Bethel. Et ait : Dimittite eum , nemo commoveat ossa ejus. Et intacta manserunt ossa illius , cum ossibus Prophætæ qui venerat de Samaria.

*Rz.* Memoria. 252.

**FERIA SEXTA.**

De libro quarto Regum.

*Lectio j.* Cap. 24.

**I**N diebus Joakim ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis , & factus est ei Joakim servus tribus annis : & rursus rebellavit contra eum. Immisitque ei Dominus latrunculos Chaldæorum , & latrunculos Syriæ , & latrunculos Moab , & latrunculos filiorum Ammon ; & immisit eos in udam , ut disperderent eum , juxta verbum Domini , quod locutus fuerat per servos suos Prophetas. Factum est autem hoc per verbum Domini contra Judam , ut auferret eum coram se , propter peccata Manasse universa quæ fecit , & propter sanguinem innocuum quem effudit , & implevit Jerusalem cruore innocentium ; & ob hanc rem noluit Dominus propitiari. Reliqua autem sermonum Joakim , & universa quæ fecit , nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Juda ? Et dormivit Joakim cum patribus suis : & regnavit Joachin filius ejus pro eo.

*Rz.* Fecit Jojada. 250.

*Lectio ij.*

**D**ecem & octo annorum erat Joachin cum regnare cœpisset , & tribus mensibus regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus Nohesta ,

filia Elnathan de Jerusalem. Et fecit malum coram Domino juxta omnia quæ fecerat pater ejus. In tempore illo ascenderunt servi Nabuchodonosor regis Babylonis in Jerusalem , & circumdata est urbs munitiõibus. Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis ad civitatem cum servis suis , ut oppugnarent eam. Egrediusque est Joachin rex Juda ad regem Babylonis , ipse & mater ejus , & servi ejus , & principes ejus , & eunuchi ejus ; & suscepit eum rex Babylonis anno octavo regni sui. Et protulit inde omnes thesauros domus Domini , & thesauros domus regis ; & concidit universa vasa aurea quæ fecerat Salomon rex Israel in templo Domini juxta verbum Domini. Et transtulit omnem Jerusalem , & universos principes , & omnes fortes exercitus , decem millia , in captivitatem ; & omnem artificem & clusorem : nihilque relictum est , exceptis pauperibus populi terræ.

*Rz.* Congregati. 250.

*Lectio iij.*

**T**Ranstulit quoque Joachin in Babylonem , & matrem regis , & uxores regis , & eunuchos ejus ; & iudices terræ duxit in captivitatem de Jerusalem in Babylonem. Et omnes viros robustos , septem millia , & artifices & clusores mille , omnes viros fortes & bellatores ; duxitque eos rex Babylonis captivos in Babylonem. Et constituit Mathaniam patrum ejus pro eo ; imposuitque nomen ejus Sedechiam.

etiam. Vigésimum & primum annum ætatis habebat Sedécias cum regnare cœpisset, & undecim annis regnavit in Jerúsalem: nomen matris ejus erat Amital, filia Jeremiæ de Lobna. Et fecit malum coram Dómino, juxta ómnia quæ fécerat Joakim. Irascebatur enim Dóminus contra Jerúsalem & contra Judam, donec projiceret eos à facie sua; recessitque Sedécias à rege Babylónis.

R. Mórtoúm. 251.

S A B B A T O.

De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 25.

**F**ACTUM est anno nono regni (Sedécia,) mense décimo, décimâ die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylónis, ipse & omnis exercitus ejus in Jerúsalem, & circumdedérunt eam, & extruxérunt in circuitu ejus munitiones. Et clausa est civitas atque vallata usque ad undécimum annum regis Sedécia, nonâ die mensis; prævaluitque fames in civitate, nec erat panis populo terræ. Et interrupta est civitas; & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ quæ est inter duplicem murum ad hortum regis: (porro Chaldæi obsidebant in circuitu civitatem.) Fugit itaque Sedécias per viam quæ ducit ad campèstria solitudinis. Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditque eum in planitiè Jéricho; & omnes bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt

eum. Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylónis in Réblatha; qui locutus est cum eo judicium. Filios autem Sedécia occidit coram eo, & óculos ejus effudit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylónem.

[Si fiat de Sabbato, RERUM. sumentur è II. Nocturno Dominica præcedentis.]

Lectio ij.

**M**ense quinto, séptimâ die mensis, ipse est annus nonus-decimus regis Babylónis, venit Nabuzardan princeps exercitûs, servus regis Babylónis in Jerúsalem; & succendit domum Dómini, & domum regis, & domos Jerúsalem; omnemque domum combussit igni. Et muros Jerúsalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum qui erat cum principe militum. Réliquam autem populi partem quæ remanserat in civitate, & pèrfugas qui transfugerant ad regem Babylónis, & réliquum vulgus transtulit Nabuzardan princeps militiæ, & de paupèribus terræ reliquit vinitores & agricolas. Columnas autem æreas quæ erant in templo Dómini, & bases, & mare æreum quod erat in domo Dómini, confrégérunt Chaldæi, & transtulerunt æs omne in Babylónem.

Lectio iij.

**F**ACTUM est verò in anno trigésimo septimo transmigratiónis Joachin regis Juda, mense duodécimo, vigésimâ-septimâ die mensis, sublevavit Evilmérodach rex Ba-

R ij

bylónis, anno quo regnare cœperat, caput Joachin regis Juda de carcere. Et locutus est ei benigne; & posuit thronum ejus super thronum regum qui erant cum eo in Babilone. Et mutavit vestes ejus quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu ejus cunctis diebus vitæ suæ. Annónam quoque constituit ei sine intermissione, quæ & dabatur ei à rege per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.

DOMINICA IX.

post Pentecosten.

IN VESPERIS Sabbati,  
Ad Magnificat. Ant. 3. a. Sapientia insipientibus locuta est; Relinquitte infantiam, & vivite, & ambulæte per vias prudentiæ. Prov. 9.

Oratio ut infra ad Laudes.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Proverbiórum.

Lectio j. Cap. i.

**P**arábolæ Salomónis, filii David regis Israël. Ad sciendam sapientiam & disciplinam; ad intelligenda verba prudentiæ, & suscipiendam eruditionem doctrinæ, justitiam, & judicium, & aequitatem: ut detur parvulis astutia, adolescenti sciéntia & intellectus. Audiens sapiens sapientior erit; & intelligens gubernacula possidebit. Admadvertet parabolam & interpretationem, verba sapientum & ænigmata eórum. Timor Domini, principium sapientiæ. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Audi, fili

mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ; ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.

R. Da mihi, Domine, sedium tuarum assidricem sapientiam, ut mecum sit, & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te; \* Illa deducet me in opéribus meis sobriè. V. Quæ desursum est sapientia, pudica est, pacifica, modesta, non judicans, sine simulatione. \* Illa deducet. Sap. 9. Jac. 3.

Lectio ij.

**F**ili mi, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint: Veni nobiscum; insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, deglutiamus eum sicut infernus viventem, & integrum quasi descendentem in lacum; omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis: fortem mitte nobiscum, marsupium unum sit omnium nostrum. Fili mi, ne ambules cum eis; prohibe pedem tuum à semitis eórum: pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem.

R. Vani sunt omnes homines \* In quibus non subest sciéntia Dei; & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est. V. Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; ita ut sint inexcusabiles, \* In quibus. Sap. 13. Rom. 1.

Lectio iij.

**S**apientia foris prædicat, Sin platéis dat vocem suam;

In cåpite turbãrum clåmitat ; in foribus portãrum urbis profert verba sua , dicens : Usquequò , pãrvuli , diligitis infantiam ? & stulti ea quæ sibi sunt nõxia cõpient , & imprudentes odibunt sciẽtiam ? Convertimini ad correptionẽ meam : en proferam vobis spĩritum meum , & ostendam vobis verba mea . Quia vocãvi , & renuistis ; extendi manum meam , & non fuit qui aspiceret : despexistis omne consilium meum , & increpationes meas neglexistis : ego quoque in interitu vestro ridebo ; & subfannabo , cum vobis id quod timebãtis , advenerit . Cum irruerit repentina calãmitas , & interitus quasi tempestas ingruerit : quando venerit super vos tribulatio & angustia ; tunc invocãbunt me , & non exaudiam : mane confurgent , & non invenient me .

R. Finem loquendi pãriter omnes audiamus : \* Deum time , & † Mandãta ejus observa ; hoc est enim omnis homo . † Finis pãcepti est caritas de corde puro , & conscientiã bonã , & fide non fictã . \* Deum . Glõria . † Mandãta .  
*Eccles. 12. 1. Tim. 1.*

## IN II. NOCTURNO.

Ex libro sancti Augustini Episcopi , de Civitate Dei .

*Lib. 17. C. 20. Lectio iv.*

**P**ropheta sã Salomon reperit in suis libris , qui tres recepti sunt in auctoritatem canonicam . Proverbia , Ecclesiastes , & Canticum Canticorum . Alii verò duo , quorum unus Sapien-

tia , alter Ecclesiasticus dicitur , propter eloquii nonnullam similitudinem , ut Salomonis dicantur , obtinuit consuetudo : non autem esse ipsius non dubitant doctiores ; eos tamen in auctoritatem maxime occidentalis antiquitas recepit Ecclesia . Quorum in uno , qui appellatur Sapiencia Salomonis , passio Christi apertissime prophetatur . Impii quippe interfectores ejus commemorantur , dicentes : Circumveniamus justum , quoniam in suavis est nobis , & contrarius est operibus nostris . In Ecclesiastico autem fides gentium futura predictur isto modo : Misere nostri , dominator Deus omnium , & immitte timorem tuum super omnes gentes .

R. Domine , ne adincrescant ignorantia mea , & multiplicentur delicta mea , & peccata mea abundant , & incidam in conspectu adversariorum meorum . \* Domine Pater , & Deus vitæ meæ , ne derelinquas me in cogitatu illorum . † Hujuscemodi Domino nostro non serviunt , sed per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium . \* Domine .  
*Eccli. 23. Rom. 16.*

## Lectio v.

**I**n tribus verò illis quos Salomonis esse constat , & Judæi canonicos habent , ut ostendatur ad Christum & Ecclesiam pertinere quod in eis ejusmodi reperitur , operosa disputatio necessaria est , quæ nos ultra quam oportet , si nunc adhibetur , extendit .

Tamen quod in Provèrbiis légitur viros ímpios dicere : Abscondámus in terra virum justum injustè, absorbeámus verò eum tanquam infernus viventem, & auferámus ejus memóriam de terra, possessíonem ejus pretiósam apprehendámus, non ita obscurum est, ut de Christo & possessíone ejus Ecclésia, sine laboriósâ expositíone non possit intèllegi. Tale quippe áliquíd étiam Dóminus ipse Jesus per Evangelicam parabolam ostendit dixisse malos colónos : Hic est hæres ; veníte, occidámus eum, & nostra erit hæreditas.

R. Vanitatem, & verba mendácia longè fac à me, Dómine : \* Mendicitatem & divítias ne déderis mihi ; tribue tantum víctui meo necessaria. *Ps.* Qui volunt divites fieri, incidunt in desidéria multa inutilia & nociva, quæ mergunt hómines in intéritum & perditíonem. \* Mendicitatem. *Prov.* 30. 1. *Tim.* 6.

*Lectio vj.*

**I**N álio libro qui vocátur *Eclesiastes*, ubi ait : Non est bonum hómini, nisi quod manducábit & bibet ; quid credibilius dicere intèllegitur, quàm quod ad participatió-nem mensæ hujus pertinet, quam Sacerdos ipse Mediátor testamenti novi exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore & sanguine suo ? Id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificiis vétèris testamenti, quæ immolabantur in umbra futuri : propter quod étiam vocem illam in *Psalmo* tricésimo &

nono ejusdem Mediatóris per prophetiam loquentis agnóscimus : Sacrificium & oblati-onem noluisti, corpus autem perfecisti mihi ; quia pro illis ómni-bus sacrificiis & oblati-onibus corpus ejus offertur, & participántibus ministrátur. Nam istum Ecclesiasten, in hac senténtia manducandi & bibendi quam sæpe répetit plurimumque commendat, non sapere carnales épulas voluptátis, satis illud ostendit, ubi ait : Mélius est ire in domum luctus, quàm ire in domum potus. Jam verò Canticum Canticórum spiritalis quædam sanctárum est voluptas mentium in conjúgio illius regis & reginæ civitátis, quod est Christus & Ecclésia. Sed hæc voluptas allegóricis tegminibus involuta est, ut desiderétur ardentius.

R. Nonne Dóminus abyssum & cor hóminum investigávit ? Cognóvit enim Dóminus omnem sciéntiam : \* Non præterit illum omnis cogitatus, & † Non abscondit se ab eo ullus sermo. *Ps.* Non est ulla creatúra invisibilis in conspectu ejus : ómnia autem nuda & aperta sunt óculis ejus : \* Non præterit. *Glória.* † Non abscondit. *Eccli.* 42. *Hebr.* 4.

**IN III. NOCTURNO.**

*Lectio* sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij.* Cap. 19.

**I**N illo tempore ; Ut appropinquávit Jesus Jerúsalem, videns civitatem fleuit super illam, dicens : Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac

Die tua, quæ ad pacem tibi! nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii  
Papæ.

39. in Evang. hab. in Basili-  
lica Constantiniana.

**Q**uia everfam jam Jeru-  
salem novimus, debé-  
mus ex rebus exteriori-  
bus introrsus aliquam simi-  
litudinem trahere; atque ex  
everfis ædificiis parietum, mo-  
rum ruinam timere. Videns  
enim civitatem, flevit super  
illam, dicens: Quia si cogno-  
visses & tu. Hoc semel egit,  
cum perituram civitatem esse  
nuntiavit. Hoc quotidie Red-  
emptor noster per electos  
suos agere nullatenus cessat,  
cum quosdam ex bona vita ad  
mores reprobos pervenisse  
considerat. Plangit enim eos  
qui nesciunt cur plangantur;  
quia, juxta Salomonis verba,  
latantur cum malè fecerint,  
& exultant in rebus pessimis.  
Qui si damnationem suam  
quæ eis imminet, agnovissent,  
semetipsos cum lacrymis ele-  
ctorum plangerent.

R. Ut appropinquavit Jesus  
Jerusalem, videns civitatem,  
flevit super illam, dicens:  
\* Si cognovisses & tu, & qui-  
dem in hac die tua, quæ ad  
pacem tibi! nunc autem abs-  
condita sunt ab oculis tuis.  
V. Si in via Dei ambulasses,  
habitaesses utique in pace sem-  
piterna. \* Si cognovisses.  
*Luc. 19. Baruch. 3.*

*Lectio viii.*

**B**ene autem perituræ ani-  
mæ sententia quæ subdi-  
tur, convenit: Et quidem in

hac die tua, quæ ad pacem  
tibi; nunc autem abscondita  
sunt ab oculis tuis. Suam hinc  
diem habet anima perversa,  
quæ transitorio gaudet in tẽp-  
ore. Cui ea quæ adsunt, ad  
pacem sunt; quia dum ex re-  
bus temporalibus lætatur,  
dum honoribus extollitur,  
dum in carnis voluptate resol-  
vitur, dum nullâ venturæ pœ-  
næ formidine terrètur, pacem  
habet in die sua, quæ gra-  
ve damnationis suæ scanda-  
lum in die habebit alièna.  
Ibi enim affligenda est, ubi  
iusti lætabuntur: & cuncta  
quæ modò ei ad pacem sunt,  
tunc in amaritudinem rixæ  
vertentur; quia rixari secum  
incipiet, cur damnationem  
quam patitur, non expavit;  
cur à prospiciendis malis se-  
quentibus oculos mentis clau-  
dit.

R. Venient dies in te; &  
circumdabunt te inimici tui  
vallo, \* Et circumdabunt te,  
& coangustabunt te undique.  
V. Jaciam contra te aggerem,  
& munimenta ponam in ob-  
sidiõnem tuam; humiliaberis:  
eritque repente confestim.  
\* Et. *Luc. 19. Is. 29.*

*Lectio ix.*

**U**nde ei dicitur: Nunc  
autem abscondita sunt  
ab oculis tuis. Perversa quippe  
anima rebus presentibus dedi-  
ta, in terrenis voluptatibus  
resoluta, abscondit sibi mala  
sequentia; quia prævidere fu-  
tura refugit, quæ presentem  
lætitiã perturbant: dumque  
in presentis vitæ oblectatiõ-  
nibus se deserit, quid aliud  
quam clausis oculis ad ignem

vadit ? Unde bene scriptum est : In die bonorum ne immemor sis malorum. Et inde per Paulum dicitur : Qui gaudent, tanquam non gaudentes sint. Quia, & si qua est presentis temporis, ita est agenda læticia, ut nunquam amaritudo sequentis iudicii recedat à memoria : quatenus dum mens pavidam extremam ultionis timore transfigitur, quantum nunc presentis læticia, tantum post ira subsequens temperetur.

*R.* Ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt ; \* Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eò quod non cognoveris tempus visitationis tuæ. *Ps.* Congregabo omnes gentes ad Jerusalem in prælium ; & capiètur civitas, & vastabuntur domus. \* Et. *Glória.* \* Et. *Luc.* 19. *Zach.* 14.

*Ad Benedictus. Ant.* 8. G. Cœpit Jesus ejicere vendentes in templo, & ementes, dicens illis : Scriptum est quia domus mea domus orationis est ; vos autem fecistis illam speluncam latronum. *Luc.* 19.

*Oratio.*

**P**ateant aures misericordie tuæ, Dómine, precibus supplicantium : & ut petentibus desiderata concedas, fac eos quæ tibi sunt placita postulare ; Per Dóminum nostrum Jesum Christum, &c.

*Ad Magnificat. Ant.* 6. Erat Jesus docens quotidie in templo ; & non inveniebant quid facerent illi ; omnis enim populus suspensus erat, audiens illum. *Luc.* 19.

**FERIA SECUNDA.**

De libro Proverbiórum.

*Lectio j.* Cap. 3.

**F**illi mi, ne obliviscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat ; longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. Misericordia & veritas te non deserant : circumdanda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui ; & invenies gratiam & disciplinam bonam coram Deo & hominibus. Habe fiduciam in Dómino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud te metipsum. Time Deum, & recede à malo.

*R.* Da mihi, Dómine, sedium. 260.

*Lectio ij.*

**H**onora Dóminum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da ei ; & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Disciplinam Dómini, fili mi, ne abjicias ; nec deficias, cum ab eo corripis : quem enim diligit Dóminus, corripit ; & quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo qui invenit sapientiam, & qui affluit prudentiâ : melior est acquisitio ejus negotiatióne argenti, & auri primi & purissimi fructus ejus. Pretiosior est cunctis opibus ; & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari.

*R.* Vani sunt omnes homines. 260.

Lectio iij.

Cap. 5.

**F**ili mi, attende ad sapien-  
tiam meam, & prudentiã  
meã inclina aurem tuam, ut  
custodias cogitationes, & dis-  
ciplinã labia tua conservent.  
Ne attendas fallaciã mulieris:  
favis enim distillans labia  
meretricis, & nitidius oleo  
guttur ejus; novissima autem  
illius amara quasi absynthiũ,  
& acuta quasi gladius bi-  
ceps. Pedes ejus descendunt in  
mortem, & ad inferos gressus  
illius penetrant. Per semitam  
vitæ non ambulant; vagi sunt  
gressus ejus, & investigabiles.  
Nunc ergo, fili mi, audi me,  
& ne recedas à verbis oris  
mei. Longè fac ab ea viam  
tuam, & ne appropinques fo-  
ribus domus ejus. Ne des aliẽ-  
nis honorem tuum, & annos  
tuos crudeli; ne fortè impleantur  
extranei viribus tuis, &  
labores tui sint in domo aliẽ-  
na; & gemas in novissimis,  
quando consumpseris carnes  
tuas & corpus tuum, & di-  
cas: Cur detestatus sum dis-  
ciplinã, & increpationibus  
non acquievit cor meum, nec  
audivi vocem docentium me,  
& magistris non inclinavi  
aurem meam?

R. Finem loquendi. 261.

F E R I A T E R T I A .

De libro Proverbiõrum.

Lectio j.

Cap. 6.

**V**ade ad formicã, ò  
piger, & considera  
vias ejus, & discite sa-  
pien-  
tiam: quæ cum non  
habeat ducem, nec præcep-  
torem, nec principem, parat  
in æstate cibum sibi, & con-  
gregat in messe quod comedat.

Usquequò, piger, dormies?  
quando confurges è somno  
tuo? Páululum dormies, páu-  
lulum dormitabis, páululum  
conferes manus ut dormias;  
& veniet tibi quasi viator ege-  
stas, & pauperies quasi vir ar-  
matus. Si verò impiger fueris,  
veniet ut fons messis tua, &  
egestas longè fugiet à te.

R. Domine. 261.

Lectio ij.

**H**omo apostata, vir inúti-  
lis, graditur ore perverso,  
annuit oculis, terit pede,  
digito loquitur, pravo corde  
machinatur malum, & omni  
tempore jurgia seminat. Huic  
extemplo veniet perditio sua,  
& subito conteretur, nec ha-  
bebit ultra medicinam. Sex  
sunt quæ odit Dominus, &  
septimum detestatur anima  
ejus: Oculos sublimes, lin-  
guam mendacem, manus ef-  
fundentes innocium sangui-  
nem, cor machinans cogita-  
tiones pessimas, pedes veloces  
ad currendum in malum, pro-  
ferentem mendacia testem fal-  
lacem, & eum qui seminat  
inter fratres discordias.

R. Vanitatem. 262.

Lectio iij.

Cap. 8.

**E**go sapientia habito in  
consilio, & eruditis in-  
terfuso cogitationibus. Timor  
Domini odit malum: arro-  
gantiam, & superbiam, &  
viam pravam, & os bilingue  
detestor. Meum est consilium,  
& æquitas; mea est prudentia,  
& legum conditores justa decernunt:  
per me principes imperant,  
& potentes decernunt justia.

tiam. Ego diligentes me diligo; & qui mane vigilant ad me, inuenient me.

*R.* Nonne Dóminus. 262.

**F E R I A Q U A R T A.**

De Parábolis Salomónis.

*Lectio j.* Cap. 10.

**F**ilius sapiens lætificat patrem; filius verò stultus mœstitia est matris suæ. Nihil próderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte. Non affliget Dóminus fame animam iusti, & insidias impiórum subvertet. Egestatem operata est manus remissa; manus autem fortium diuitias parat. Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos; idem autem ipse sequitur aves volantes. Qui congregat in messe, filius sapiens est; qui autem stertit æstate, filius confusiónis.

*R.* Da mihi. 260.

*Lectio ij.*

**B**enedictio Dómini super caput iusti: os autem impiórum operit iniquitas. Memoria iusti cum laudibus; & nomen impiórum putrescet. Sapiens corde præcepta suscipit, stultus cæditur labiis. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem depravat vias suas, manifestus erit. Qui annuit óculo dabit dolorem; & stultus labiis verberabitur. Vena vitæ, os iusti; & os impiórum operit iniquitatem. Odium suscitatur rixas; & uniuersa delicta operit caritas.

*R.* Vani sunt. 260.

*Lectio iij.*

**I**n labiis sapientis inuenitur sapientia, & virga in dorso ejus qui indiget corde. Sapien-

tes abscondunt scientiam: os autem stulti confusióni proximum est. Substantia diuitis, urbs fortitudinis ejus: pavor pauperum, egestas eorum. Opus iusti ad vitam; fructus autem impii ad peccatum. Via vitæ custodienti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat. Abscondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiens est. In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Argentum electum lingua iusti; cor autem impiórum pro nihilo. Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur.

*R.* Finem loquendi. 261.

**F E R I A Q U I N T A.**

De Parábolis Salomónis.

*Lectio j.* Cap. 11.

**S**tatera dolosa abominatio est apud Dóminum; & pondus æquum voluntas ejus. Ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: ubi autem est humilitas, ibi & sapientia. Simplicitas iustorum diriget eos; & supplantatio perversorum vastabit illos. Non próderunt diuitiæ in die ultionis; iustitia autem liberabit à morte. Iustitia simplicis diriget viam ejus; & in impietate sua corruet impius. Iustitia rectorum liberabit eos; & in insidiis suis capientur iniqui. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes; & expectatio sollicitorum peribit. Iustus de angustia liberatus est; & tradetur impius pro eo.

*R.* Dómine. 261.

Lectio ij.

Cap. 14.

**E**st via quæ videtur homini iusta; novissima autem ejus deducunt ad mortem. Risus dolore miscbitur, & extrema gaudii luctus occupat. Viis suis replébitur stultus, & super eum erit vir bonus. Innocens credit omni verbo: astutus considerat gressus suos. Filio doloso nihil erit boni; servo autem sapienti prospere erunt actus, & dirigetur via ejus. Sapiens timet, & declinat à malo: stultus transilit, & confidit. Impatiens operabitur stultitiam; & vir versutus odiosus est.

R. Vanitatem & verba mendacia. 262.

Lectio iij. Cap. 14. &amp; 15.

**Q**ui calumniatur egen-tem, exprobrat factóri ejus: honorat autem eum, qui miseretur pauperis. In malitia sua expellitur impius; sperat autem justus in morte sua. In corde prudentis requiescit sapientia, & indoctos quosque erudiet. Justitia elevat gentem; miseros autem facit populos peccatum. Acceptus est regi minister intelligens: iracundiam ejus inutilis sustinebit. Respónsio mollis frangit iram; sermo durus suscitatur furórem. Lingua sapientium ornat scientiam; os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. Lingua placabilis, lignum vitæ; quæ autem immoderata est, conteret spiritum.

R. Nonne Dominus abyssum. 262.

FERIA SEXTA.

De Parabolis Salomonis.

Lectio j. Cap. 16.

**S**pirituum ponderator est Dominus. Revela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. Unversa propter semetipsum operatus est Dominus; impium quoque ad diem malum. Abominatio Domini est omnis arrogans; etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens. Initium viæ bonæ, facere justitiam; accepta est autem apud Deum magis quam immolare hostias. Misericordiã & veritate redimitur iniquitas; & in timore Domini declinat à malo. Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem. Melius est parium cum justitia, quam multi fructus cum iniquitate.

R. Da mihi. 260.

Lectio ij. Cap. 16. &amp; 17.

**H**omo perversus suscitavit principes. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. Qui attonitis oculis cogitat prava, mordens labia sua perficit malum. Corona dignitatis senectus, quæ in viis justitiæ reperietur. Melior est patiens viro forti; & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Sortes mittuntur in finem, sed à Domino temperantur. Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio. Servus sapiens dominabitur filiis stultis, & inter fratres hæreditatem dividet.

Sicut igne probatur argentum, & aurum camino; ita corda probat Dominus.

R. Vani sunt. 260.

Lectio iij. Cap. 18.

**O**ccasiones querit qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis. Non recipit stultus verba prudentiae, nisi ea dixeris quae versantur in corde ejus. Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit; sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiae. Accipere personam impii non est bonum, ut declines a veritate judicii. Labia stulti miscent se rixis, & os ejus iurgia provocat. Os stulti contritio ejus, & labia ipsius ruina animae ejus. Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perveniunt usque ad interiora ventris.

R. Finem loquendi. 261.

S A B B A T O.

De Parabolis Salomonis.

Lectio j. Cap. 22.

**P**roverbium est: Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Dives pauperibus imperat; & qui accipit mutuum, servus est foenerantis. Qui seminat iniquitatem, metet mala; & virga irae suae consummabitur. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur; de panibus enim suis dedit pauperi. Victoriā & honorem acquireret qui dat munera; animam autem aufert accipientium. Ejice derisorem, & exhibit cum eo iurgium, cessabuntque causae &

contumeliae. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. Oculi Domini custodiunt scientiam; & supplantantur verba iniqui. Dicit piger: Leo est foris, in medio platearum occidendus sum. Fovea profunda os alienae: cui iratus est Dominus, incidet in eam. Sultitia colligata est in corde pueri; & virga disciplinae fugabit eam.

[Si fiat de Sabbato, R. R. R. R. R. sumentur è II. Nocturno Dominicae praecedentis.]

Lectio ij. Cap. 26. & 27.

**Q**ui fodit foveam, incidet in eam; & qui volvit lapidem, revertetur ad eum. Lingua fallax non amat veritatem; & os lubricum operatur ruinas. Ne gloriaris in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies. Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua. Grave est saxum, & onerosa arena; sed ira stulti utroque gravior. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & imperum concitati ferre quis poterit? Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Anima saturata calcabit favum; & anima esuriens etiam amarum pro dulci fumer.

Lectio iij. Cap. 29.

**E**rudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animae tuae. Cum propheta defecerit, dissipabitur populus: qui vero custodit legem, beatus est. Servus verbis

non potest erudiri; quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit. Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est quam illius correptio. Qui delicatè à pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem. Vir iracundus provocat rixas; & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior. Superbum sequitur humilitas; & humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure participat, odit animam suam; adjurantem odit, & non indicat. Qui timet hominem, citò corrumpet: qui sperat in Domino, sublevabitur. Multi requirunt faciem principis; & iudicium à Domino egrèditur singulorum. Abominantur iusti virum impium; & abominantur impii eos qui in recta sunt via. Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

DOMINICA X.  
post Pentecosten.

IN VESPERIS Sabbati,  
Ad Magnificat. Ant. 1. D.  
Cum esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos. Eccles. 12.

Oratio, ut infra ad Laudes.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Ecclesiastæ.

Lectio j. Cap. 1.

**V**erba Ecclesiastæ, filii David, regis Jerusalem. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid habet amplius ho-

mo de universo labore suo, quo laborat sub sole? Generatio præterit, & generatio advenit; terra autem in æternum stat. Oritur sol, & occidit, & ad locum suum revertitur; ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem. Lustrans universa in circuitu pergit spiritus, & circulos suos revertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant.

R. Da mihi, Domine, sedium tuarum assidricem sapientiam, ut mecum sit, & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te; \* Illa deducet me in operibus meis sobrie. V. Quæ desursum est sapientia, pudica est, pacifica, modesta, non iudicans, sine simulatione. \* Illa deducet. Sap. 9. Jac. 3.

Lectio ij.

**C**unctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu; nec auris auditu implètur. Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole novum, nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est; jam enim præcessit in sæculis quæ fuerunt ante nos. Non est priorum memoria; sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in novissimo.

R. Vani sunt omnes homines \* In quibus non subest scientia Dei; & de his quæ

videntur bona, non poterunt intelligere eum qui est. *ψ.* Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; ita ut sint inexcusabiles, \* In quibus. *Sap. 13. Rom. 1.*

*Lectio iij.*

**E**GO Ecclesiastes fui rex Israël in Jerúsalem: & propósui in ánimo meo quærere & investigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce universa vanitas & afflictio spiritus. Perversi difficilè corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus sum; & præcessi omnes sapientiâ, qui fuerunt ante me in Jerúsalem; & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici. Dedique cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinam, erroresque & stultitiam; & agnovi quod in his quoque esset labor & afflictio spiritus; eò quod in multa sapientia multa sit indignatio; & qui addit scientiam, addit & laborem.

*R.* Finem loquendi pariter omnes audiamus: \* Deum time, & † Mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo. *ψ.* Finis præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bonâ, & fide non fictâ. \* Deum. Gloria Patri. † Mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo. *Ecles. 12. 1. Tim. 1.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Joannis Chryso-  
stomi.

*Serm. 2. contra Concupin.*  
*Tom. 4. edit. Paris. 1621.*  
*Lectio iv.*

**S**ALOMON, cum secularium rerum concupiscentiâ teneretur, magnas eas & admirandas putabat, multumque in eis laboris & sollicitudinis infumebat, magnificas ædificando domos, copiosum coacervando aurum, congregando cantorum choros, varia genera ministrorum mensæ & popinæ, quærendo animæ suæ voluptatem ab hororum & corporum formosorum gratiâ, & omnem, ut ita dicam, oblectationis & refrigerii viam sectando. At ubi inde ad se reversus, & quasi ex umbrôsa quadam abyssô ad lumen veræ sapientiæ respicere valuit; tunc sublimem illam, & cœlis dignam emisit vocem: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Hanc & vos, & hâc sublimiorem, si volueritis, efferetis sententiam de intempestiva hac voluptate, si aliquantisper à mala consuetudine vos sequestraveritis.

*R.* Dômine, ne adincrescant ignorantia meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundant, & incidam in conspectu adversariorum meorum: \* Dômine Pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. *ψ.* Hujuscemodi Dômino nostro non serviunt, sed per dulces sermones & benedictiones seducunt corda in-

nocentium. \* Domine Pater.  
Eccli. 23. Rom. 16.

Lectio v.

**Q**uamvis autem à Salomó-  
ne séculis superioribus  
non tam multa sapientiæ exi-  
gebatur diligentia; neque e-  
nim delicias lex vetus prohi-  
bébat, neque aliis frui super-  
vacuis dicebat vanum: attam-  
en, & sic se habentibus re-  
bus, in ipsis contuéri licebit  
quàm viles & vanitati obno-  
xiæ res sint. Nos verò ad ma-  
jorem vocati vitam, & ad  
excelléntius fastigium ascen-  
dimus, & in majoribus exer-  
cémur palæstris: & quid ali-  
ud, quàm quòd, sicut su-  
pernæ Virtutes intellectuales  
& incorporeæ illæ, vitam in-  
stitùere jubémur?

R. Vanitatem & verba men-  
dacia longè fac à me, Domi-  
ne: \* Mendicitatem & divi-  
tias ne dederis mihi; tribue  
tantùm victui meo necessària.  
ψ. Qui volunt divites fieri,  
incidunt in desideria multa  
inutilia & nociva, quæ mer-  
gunt homines in interitum &  
perditionem. \* Mendicitatem.  
Prov. 30. 1. Tim. 6.

Lectio vj.

**I**taque licet parva voluptas  
sit, opponatur ei vermis  
perpétuus, tenebræ exteriorés,  
ignis inextinguibilis, tribu-  
lacio, angustia, stridor den-  
tium, vincula insolubilia.  
Hæc sicut in tabula propona-  
mus ante oculos, resiliamus-  
que à pernicioso gravissimo-  
que morbo; ut cum fulgénti-  
bus coronis hinc migrémus,  
& possumus libero ore ad  
Christum dicere: Propter te

& glóriam tuam, & familia-  
ritates contempsimus, & vo-  
luptati imperavimus, & ani-  
mam nostram affiximus, &  
electis amicis te, amorem-  
que tui rebus omnibus præ-  
posuimus. Sic enim lucrabi-  
mur nosmetipsos, lucrabimur  
eos qui scandalizantur, &  
cum ipsis Martyribus colloca-  
bimur, primoque in ordine  
eorum qui hoc máximo cer-  
tamine vicérunt, & fortiter  
cruciatus tulérunt.

R. Nonne Dominus abyf-  
sum & cor hominum investi-  
gavit? Cognóvit enim Domi-  
nus omnem sciéntiam: \* Non  
præterit illum omnis cogita-  
tus, & † Non abscondit se ab  
eo ullus sermo. ψ. Non est  
ulla creatura invisibilis in  
conspéctu ejus: omnia autem  
nuda & aperta sunt oculis  
ejus. \* Non præterit illum.  
Glória Patri. † Non abscon-  
dit. Eccli. 42. Hebr. 4.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secun-  
dum Lucam.

Lectio vij. Cap. 18.

**I**n illo tempore; Dixit Jesus  
ad quosdam qui in se confi-  
debant tanquam justi, & as-  
pernabantur ceteros, parábola-  
m istam: Duo homines as-  
cendérunt in templum ut orá-  
rent, unus Pharisæus, & alter  
Publicanus. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini  
Episcopi.

Enarr. 2. in Psal. 31. num. 10.

**Q**ui vult fortis esse, ve-  
lut præsumens de se,  
& jactans mérita sua,  
qualiacumque illa sint, erit  
similis Pharisæo illi, qui quod

à Deo se dicébat accepisse, superbè tamen jactábat: Grátias, inquit, tibi. Atténdite, fratres mei, quale genus superbíæ commendet Deus: verè quale potest subintráre justo hómini, quale potest subrépere étiam bonæ spei viro. Grátias tibi, dicébat. Ergo cum dicébat, Grátias tibi, fatebátur ab illo se accepisse quod habébat. Quid enim habes quod non accepisti? Ergo, Grátias tibi ago, dixit: Grátias tibi ago, quia non sum sicut céteri hómines, raptóres, injusti, adulteri, sicut & Publicánus iste. Unde ergo superbus? Non quia de bonis suis Deo grátias agébat, sed quia super álium se de ipsis bonis extóllébat.

R. Múnera prava non suscipiet Deus, quóniam \* Dóminus judex est, & non est apud illum glória personæ. Qui adórat Deum, in oblectatióne suscipiétur, & deprecátió illius usque ad nubes propinquábit. V. Duo hómines ascendérunt in templum ut orárent, unus Pharisæus, & alter Publicánus. \* Dóminus. *Eccli. 35. Luc. 18.*

*Lectio viij.*

**A**tténdite, fratres: nam unde cœperit dicere similitudinem ipsam Dóminus, Evangelista præmisit. Cum enim Christus dixisset, Putas véniens Filius hominis invéniet fidem in terra? & ne existerent quidam hæretici qui attendentes & putantes quasi lapsum totum mundum, (omnes enim hæretici in paucis & in parte sunt) jactárent se

quòd in ipsis remánerit quòd de toto mundo perierit; ibi statim ubi ait Dóminus, Putas véniens Filius hominis invéniet fidem in terra? subjécit Evangelista: Dixit autem & ad quosdam qui sibi justi videbantur & spernébant céteros, similitudinem hanc: Quidam Pharisæus & Publicánus vénérunt in templum oráre; & cétera quæ nostis.

R. Stans \* Hæc apud se orábat Pharisæus: Deus, grátias ago tibi, quia non sum sicut céteri hominum, raptóres, injusti, adulteri. V. Vir impius procáciter obfirmat vultum suum. \* Hæc apud se. *Luc. 18. Prov. 21.*

*Lectio ix.*

**P**harisæus ergo ille dicébat: Grátias tibi ago. Sed unde superbus? Quia spernébat céteros. Unde probas? In ipsis verbis. Quómodo? Pharisæus, inquit, ille contempserit de longè stantem, cui Deus confitenti propinquábat. Publicánus, inquit, de longinquo stabat; sed Deus ad illum de longinquo non stabat. Quare Deus ab illo de longinquo non stabat? Quia álio loco dicitur: Propè est Dóminus his qui obrivérunt cor. Vidéte si Publicánus iste obrivérat cor; & ibi vidébitis quia propè est Dóminus his qui obrivérunt cor. Publicánus autem de longinquo stabat, & neque volébat ad cælum óculos suos leváre, sed percutiébat pectus suum. Túnfio péctoris, obrítio cordis. Quid dicébat tundens pectus? Deus, propítius esto mihi peccatóri.

peccatori. Et quid sententiæ Dóminus? Amen dico vobis, descendit justificatus de templo Publicanus ille magis quam ille Phariseus.

R. Publicanus à longè stans, nolébat nec óculos ad cælum levare: \* Dico vobis, † Descendit hic in domum suam justificatus. V. Oratio humiliantis se non discédet, donec Altíssimus aspiciat; & Dóminus non elongábit. \* Dico vobis. Glória. † Descendit. *Luc. 18. Eccli. 35.*

Ad Benedictus. *Ant. 2. D.* Publicanus percutiébat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. *Luc. 18.*

*Oratio.*

**D**Eus, qui omnipotentiam tuam, parcendo máximè & miserando, manifestas: multiplica super nos misericórdiam tuam, ut ad tua promissa currentes, cœlestium bonórum facias esse confortes; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Magnificat. *Ant. 6.* Omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. *Luc. 18.*

**F E R I A S E C U N D A.**  
De libro Ecclesiastæ.

*Lectio j. Cap. 2.*

**S**upergressus sum ópibus omnes qui ante me fuerunt in Jerúsalem. Sapientia quoque perseverávit mecum: & ómnia quæ desideraverunt óculi mei, non negávi eis; nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectáret se in his quæ præparáveram: &

*MIR. Pars Æstiva.*

hanc ratus sum partem meam, si úterer labóre meo. Cùmque me convertissem ad universa ópera quæ fécerant manus meæ, & ad labóres in quibus frustra sudáveram, vidi in ómnibus vanitatem & afflictiónem ánimi, & nihil permanére sub sole. Transívi ad contemplandam sapiéntiam, erroresque & stultitiam. Quid est, inquam, homo, ut sequi possit Regem factórem suum? Et vidi quòd tantum præcederet sapiéntia stultitiam, quantum differt lux à ténébris.

R. Da mihi. 269.

*Lectio ij. Cap. 3.*

**Q**uid habet ámplius homo de labóre suo? Vidi afflictiónem quam dedit Deus filiis hóminum, ut distendantur in ea. Cuncta fecit bona in tẽpore suo, & mundum tradidit disputatióni eórum, ut non invéniat homo opus quod operátus est Deus ab initio usque ad finem. Et cognóvi quòd non esset mélius, nisi lætari & fácere bene in vita sua. Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonum de labóre suo, hoc donum Dei est. Dídici quòd ómnia ópera quæ fecit Deus, perseverent in perpétuum. Non póssumus eis quidquam áddere nec áufferre, quæ fecit Deus ut timeátur. Quod factum est, ipsum permanet: quæ futura sunt, jam fuerunt; & Deus instaurat quod ábiit. Vidi sub sole in loco judiciíi impietátem, & in loco justitiæ iniquitátem. Et dixi in corde meo: Justum & impium judicábit Deus,

& tempus omnis rei tunc erit.

R. Vani sunt. 269.

*Lectio iij.* Cap. 4.

**V**erti me ad alia, & vidi calumnias quæ sub sole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorem; nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Et laudavi magis mortuos, quam viventes; & feliciorem utroque iudicavi, qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animadverti patere invidiæ proximi; & in hoc ergo vanitas, & cura superflua est.

R. Finem. 270.

**FERIA TERTIA.**

De libro Ecclesiastæ.

*Lectio j.* Cap. 4. & 5.

**C**ustodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua ut audias. Multo enim melior est obediëntia, quam stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali. Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim in cælo, & tu super terram; idcirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus inveniëntur stultitia. Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis & stulta promissio; sed quodcumque voveris, redde; multoque melius est non vovete, quam post votum promissa non reddere.

R. Domine. 270.

*Lectio ij.*

**U**bi multa sunt somnia; plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri: tu vero Deum time. Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subverti iustitiam in provincia, non mireris super hoc negotio; quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alii, & insuper universæ terræ rex imperat ferventi. Avarus non implebitur pecuniâ; & qui amat divitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas. Ubi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quod cernit divitias oculis suis? Dulcis est somnus operanti, sive paucum, sive multum comedat: savitas autem divitis non sinit eum dormire.

R. Vanitatem. 271.

*Lectio iij.* Cap. 6.

**E**st & aliud malum quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines: Vir cui dedit Deus divitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus, ut comedat ex eo; sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas & miseria magna est. Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non utatur bonis substantiæ suæ, sepulturæque careat; de hoc ego pronuntio quod melior illo sit abortivus. Frustrâ enim venit, & pergit ad tenebras, & oblivione dele-

bitur nomen ejus. Non vidit solem, neque cognóvit distántiam boni & mali; etiam si duóbus millibus annis vixerit, & non fuerit perfrúitus bonis. Nonne ad unum locum próperant ómnia? Omnis labor hómínis in ore ejus; sed áni-ma ejus non implébitur.

R. Nonne Dóminus. 271.

FERIA QUARTA.

De libro Ecclesiastæ.

Lectio j. Cap. 7.

**Q**uid necesse est hómíni majóra se quærere, cum ignóret quid condúcat sibi in vita sua, número diérum peregrinátionis suæ, & témpore quod velut umbra præterit? Aut quis ei póterit indicáre quid post eum futúrum sub sole sit? Mélius est nomen bonum quàm unguenta pretiósa, & dies mortis die nativitátis. Mélius est ire ad domum luctús quàm ad domum convivii: in illa enim finis cunctórum admonétur hómínis, & vivens cógitat quid futúrum sit. Mélior est ira risu; quia per tristitiam vultús corrigitur ánimus delinquentis. Cor sapiéntium ubi tristitia est, & cor stultórum ubi lætitia. Mélius est à sapiente córripi, quàm stultórum adulatione decipi; quia sicut sónitus spinárum ardéntium sub olla, sic risus stulti: sed & hoc vánitas. Calúmnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius.

R. Da mihi. 269.

Lectio ij.

**M**élior est patiens arrogante. Ne sis velox ad irascendum; quia ira in sinu

stulti requiescit. Ne dicas: Quid putas causæ est quòd prióra témpora melióra fuére quàm nunc sunt? Stulta enim est hujuscémodi interrogátio. Útilior est sapiéntia cum divitiis, & magis prodest vidéntibus solem. Sicut enim próregit sapiéntia, sic prótegit pecúnia. Hoc autem plus habet eruditio & sapiéntia, quòd vitam tríbuunt possessóri suo. Considera ópera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despéxerit. In die bona frúere bonis, & malam diem præcave. Sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, ut non invéniat homo contra eum justas quærimónias.

R. Vani sunt omnes hómínes. 269.

Lectio iij.

**N**oli esse justus multum; neque plus sapias quàm necesse est, ne obstupescas. Ne impiè agas multum; & noli esse stultus, ne moriáris in témpore non tuo. Bonum est te sustentáre justum: sed & ab illo ne subtrahas manum tuam; quia qui timet Deum, nihil négligit. Sapiéntia confortávit sapientem super decem príncipes civitátis. Non est enim homo justus in terra, qui fáciat bonum, & non peccet. Sed & cunctis fermónibus qui dicuntur, ne accómmodes cor tuum; ne fortè áudias servum tuum maledicentem tibi: scit enim consciéntia tua quia & tu crebrò maledixisti áliis.

R. Finem loquendi páriter omnes. 270.

## FERIA QUINTA.

De libro Ecclesiastæ.

*Lectio j.* Cap. 8.

**D**edi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt sub sole. Interdum dominatur homo homini in malum suum. Vidi impios sepultos; qui etiam cum adhuc viverent, in loco sancto erant, & laudabantur in civitate quasi justorum operum: sed & hoc vanitas est. Etenim quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognovi quòd erit bonum timéntibus Deum, qui verentur faciem ejus. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies ejus; sed quasi umbra transcant qui non timent faciem Domini. Est & alia vanitas, quæ fit super terram. Sunt justi quibus mala proveniunt, quasi opera egerint impiorum; & sunt impii qui ita securi sunt, quasi justorum facta habeant. Sed & hoc vanissimum iudico.

*R.* Domine. 270.*Lectio ij.* Cap. 9.

**O**mnia hæc tractavi in corde meo, ut curiosè intelligerem. Sunt justi atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo utrùm amore, an odio dignus sit; sed omnia in futurum servantur incerta, eò quòd universa æquè eveniant justo & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & sacrificia

contemnenti. Sicut bonus, sic & peccator: ut perjurus, ita & ille qui verum dejerat. Hoc est pessimum inter omnia quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eveniunt. Unde & corda filiorum hominum implentur malitiâ & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducuntur. Nemo est qui semper vivat, & qui hujus rei habeat fiduciam.

*R.* Vanitatem. 271.*Lectio iij.*

**H**anc quoque sub sole vidi sapientiam, & probavi maximam: civitas parva, & pauci in ea viri. Venit contra eam rex magnus, & vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Inventusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberavit urbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine. Quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, & verba ejus non sunt audita? Verba sapientium audiuntur in silentio, plusquam clamor principis inter stultos. Melior est sapientia quam arma bellica; & qui in uno peccaverit, multa bona perdet.

*R.* Nonne Dominus. 271.

## FERIA SEXTA.

De libro Ecclesiastæ.

*Lectio j.* Cap. 10.

**C**or sapientis in dextera ejus, & cor stulti in sinistra illius. Sed & in via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. Si spiritus potestâ-

tem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris; quia curatio faciet cessare peccata maxima. Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egradiens a facie principis: positum stultum in dignitate sublimi, & divites sedere deorsum. Vidi servos in equis, & principes ambulantes super terram quasi servos.

R. Da mihi. 269.

*Lectio ij.*

**Q**ui fodit foveam, incidet in eam; & qui dissipat sepem mordabit eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur in eis; & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis. Si retusum fuerit ferrum, & hoc non ut prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur; & post industriam sequetur sapientia. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Verba oris sapientis, gratia: & labia insipientis precipitabunt eum. Initium verborum ejus stultitia, & novissimum oris illius error pessimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit; & quid post se futurum sit, quis ei poterit indicare?

R. Vani sunt. 269.

*Lectio iij.*

**V**æ tibi, terra, cujus rex puer est, & cujus principes mane comedunt. Beata terra, cujus rex nobilis est, & cujus principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus. In risum fa-

ciunt panem & vinum, ut epulentur viventes; & pecunia obediunt omnia. In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui non maledixeris diviti; quia & aves cœli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sententiam.

R. Finem loquendi. 270.

S A B B A T O.

De libro Ecclesiastæ.

*Lectio j.* Cap. 11.

**M**itte panem tuum super transeuntes aquas; quia post tempora multa invenies illum. Da partem septem, nec non & octo; quia ignoras quid futurum sit mali super terram. Si replætæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Qui observat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet. Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & quæ ratione compingantur ossa in ventre prægnantis; sic nescis opera Dei qui fabricator est omnium. Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua; quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud; & si utrumque simul, melius erit.

[ *Si fiat de Sabbato, R. R. R. sumentur de II. Nocturno Dominica præcedentis.* ]

*Lectio ij.* Cap. 12.

**M**emento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi

S iij

placent : antequàm tenebrecat sol, & lumen, & luna, & stollæ, & revertantur nubes post pluviam; quando commovebuntur custôdes domûs, & nutábunt viri fortíssimi, & otíosa erunt molentes in minúto número, & tenebrescent videntes per forámina; & claudent óstia in platéa, in humilitáte vocis molentis, & consurgent ad vocem volucris, & obsurdescent omnes filia carminis. Excelsa quoque timébunt, & formidábunt in via: florébit amygdalus, impinguábitur locusta, & dissipábitur capparís; quóniam ibit homo in domum æternitátis suæ, & circuibunt in platéa plangentes. Antequàm rumpátur funiculus argenteus, & recurrat vitæ aurea, & conerátur hydria super fontem, & confringátur rota super cisternam, & revertátur pulvis in terram suam unde erat, & spiritus rédeat ad Deum qui dedit illum.

*Lectio iij.*

**V**Anitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas. Cumque esset sapientíssimus Ecclesiastes, docuit populum, & enarravit quæ fécerat; & investigans, composuit parabolas multas. Quæsiuit verba utilia, & conscripsit sermônes rectíssimos, ac veritate plenos. Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore uno. His amplius, fili mi, ne requiras. Faciendi plures libros

nullus est finis; frequensque meditatio, carnis afflictio est. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo. Et cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit.

**D O M I N I C A X I.**  
post Pentecosten.

**IN VESPERIS Sabbati,**  
*Ad Magnificat. Ant. 1. D.*  
Per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi, Domine, à principio. *Sap. 9.*  
*Oratio ut infra ad Laudes.*

**I N I. NOCTURNO.**  
Incipit liber Sapientia.

*Lectio j. Cap. 1.*

**D**iligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum; quóniam invenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. Perversa enim cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes; quóniam in malévola animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

*R.* Da mihi, Domine, sedium tuarum assidricem sapientiam, ut mecum sit, & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te; \* Illa deducet me in operibus meis sobriè. *Y.* Quæ desursum est sapientia, pudica est, pacifica, modesta, non iudicans, sine simulatione. \* Illa. *Sap. 9. Jac. 3.*

## Lectio ij.

**S**piritus enim sanctus disciplinâ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superveniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ & non liberabit malèdicum à labiis suis; quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ ejus auditor. Quoniam Spiritus Domini replèvit orbem terrarum; & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiciens judicium.

R. Vani sunt omnes homines \* In quibus non subest scientia Dei; & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est. *Ps.* Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; ita ut sint inexcusabiles. \* In quibus. *Sap.* 13. *Rom.* 1.

## Lectio iij.

**I**n cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad Deum veniet ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractioe parcite linguæ; quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestra-

rum: quoniam Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione vivorum.

R. Finem loquendi pariter omnes audiamus: \* Deum time, & † Mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo. *Ps.* Finis præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. \* Deum. Gloria Patri. † Mandata ejus. *Eccles.* 12. 1. *Tim.* 1.

## IN II. NOCTURNO.

Ex Enarratione sancti Augustini Episcopi, super Psalmos.

Enarr. in Ps. 64. §. 8.

## Lectio iv.

**N**on prævaleant super te sermones iniquorum. Domum Dei desidera, & bona ejus domus desidera: sed noli talia, qualia desiderare soles, vel in domo tuâ, vel in domo vicini tui, vel in domo Patróni tui. Aliud quiddam est bonum domus illius. Quid opus est ut nos dicamus quæ sint bona illius domus? Ipse indicet qui cantat exiens de Babylonia: Replebimur, inquit, in bonis domus tuæ. Quæ sunt bona ista? Exeramus fortasse cor ad aurum, ad argentum, & cetera pretiosa: Noli talia querere, ista præmunt, non levant.

R. Domine, ne adincrescant ignorantia meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundant, & incidam in conspectu adversariorum meorum. \* Domine Pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. *Ps.* Hujuscemodî Domino nostro non serviunt,

sed per dulces sermões & benedictiones seducunt corda innocentium. \* Domine. *Eccli. 23. Rom. 16.*

*Lectio v.*

**H**ic ergo jam bona illa Jerúsalem, bona illa domus Dñi, bona illa templi Dñi meditèmus; quia quæ domus Domini, hoc ipsum templum Domini. Replèbimur in bonis domus tuæ: sanctum templum tuum, mirabile in iustitia. Ista sunt bona domus illius. Non dixit: Templum sanctum tuum, mirabile in columnis, mirabile in marmóribus, mirabile in tectis auratis; sed: mirabile in iustitia. Habes foris óculos unde videas marmora & aurum: intus est óculus unde videatur pulchritudo iustitiæ.

R. Vanitatem & verba mendacia longè fac à me, Domine: \* Mendicitatem & divitias ne dederis mihi; tribue tantum victui meo necessaria. *Ps.* Qui volunt divites fieri, incidunt in desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. \* Mendicitatem. *Proverb. 30. 1. Tim. 6.*

*Lectio vj. Post pauca.*

**Q**uædam ergo est pulchritudo iustitiæ, quam videmus óculo cordis, & amamus, & exardescimus: quam multum dilexerunt homines in ipsis Martyribus, cum eorum membra bestię laniarent. Nonne cum sanguis scedaret omnia, cum morsibus belluinis viscera funderentur, non habebant óculi nisi quod horerent? Quid ibi erat quod

amarètur, nisi quia erat in illa sceditate dilaniatorum membrorum, integra pulchritudo iustitiæ? Ista sunt bona domus Dei, his te para satiari. Sed ut inde satièris cum perveneris, hoc te oportet esurire & sitire cum peregrinaris: hoc siti, hoc esuri: quia ipsa erunt bona Dei. Audi illum Regem cui ista dicuntur, qui venit ut te reducat, & se tibi fecit viam. Quid dicit? Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Sanctum templum tuum, admirabile in iustitia. Et ipsum templum, fratres, nolite præter vos cogitare. Amate iustitiam, & vos estis templum Dei.

R. Nonne Dominus abyssum & cor hominum investigavit? Cognovit enim Dominus omnem scientiam: \* Non præterit illum omnis cogitatus, & † Non abscondit se ab eo ullus sermo. *Ps.* Non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda & aperta sunt óculis ejus: \* Non præterit. Glória. †. Non abscondit. *Eccli. 42. Hebr. 4.*

**IN III. NOCTURNO.**

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

*Lectio vij. Cap. 7.*

**I**n illo tempore; Exiens Jesus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapóleos. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum ut imponat illi manum. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ  
Presbyteri.

Inter Homilias astivales  
de Tempore.

**S**uspiciens Jesus in cœlum, ingémuit, & ait illi: Ephphéta, quod est, Adaperire; & statim aperta sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus. Rectè sanaturus ægrorum Dominus, suspicit in cœlum, & ingémuit; ut ubi nobis speranda salus, & quâ compunctionis vel lacrymarum sit devotioe quærenda ac petenda significet. Suspiciens in cœlum ingémuit; quia nos quos ad cœlestia possidenda creavit, longè in terrèstria dejectos esse dóluit. Suspiciens in cœlum ingémuit; ut nobis qui à cœlestibus gaudiis per terrèna oblectamenta discessimus, ad hæc per gémitus & suspiria insinuaret esse redeundum. Quod autem ait: Ephphéta, id est, Adaperire, propter aures dicit sanandas, quas sùrditas diùtina clauserat, sed ad audiendum jam tactus patefecit ipsius. Unde, credo, mos increbuerit Ecclesiæ, ut sacerdotes illius his quos percipiendis baptismi sacramentis præparant, prius inter cetera consecrationis exordia de saliva oris sui nares tangant & aures, dicentes, Ephphéta; ut abjectis delectationibus noxiis, solum Christi semper amplectantur odorem, & relicto auditu linguæ nequam, audiant verba Christi.

R. Xiens de finibus Tyri,  
\* Venit Jesus inter medios  
fines Decapóleos, & adducunt

ei surdum & mutum. *ψ.* Deus ipse veniet, & aures surdorum patebunt, & aperta erit lingua mutorum. \* Venit. *Marc. 7. If. 35.*

*Lectio viij.*

**ET** unusquisque nostrum, fratres carissimi, qui baptismi Christi ritè suscepit, hoc ordine consecratus est. Unde multum necesse est, ut quod Dominus in nobis propitius abluere & sanctificare dignatus est, ipsi passim contaminare, & pro nihilo profanare timeamus. Sed & si qui in cœnum nequitie fordidantis incidimus, festinemus, rursus lacrymarum & pœnitentiæ fonte mundari. Renovemus aurium puritatem, quam nobis auditu fidei divinitus constat fuisse collatam, caventes illud Apóstoli quod quibusdam expróbrans ait: Et à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Cōhibeamus linguam à malo, quæ confessione fidei sanctificata est: timeamus in ipsa quâ benedicimus Deum & Patrem, maledicere homines qui ad imaginem Dei facti sunt. Qui enim putat se religionem esse non refrænans linguam suam, hujus vana est religio.

*ψ.* Deprecabantur Jesum, ut impónat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum; \* Misit digitos suos in aurículas ejus; & expuens, tetigit linguam ejus. *ψ.* A Deo est omnis medela. \* Misit digitos. *Marc. 7. Eccli. 38.*

*Lectio ix.*

**E**cce enim dicitur quia aperta sunt aures ejus,

& solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè. Qui ergo rectè loqui baptismatis nostri tempore didicimus, corde credendo ad justitiam, ore autem confessionem faciendo ad salutem, curandum summopere est, ne post baptismum ad injusta & noxia verba declinemus. Si enim, ipso iudice attestante, omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii; quid putamus fieri de illis qui non solum otiosa, sed & criminosa loquuntur; qui impudicitiae, jactantiae, blasphemiae, & quod maxime minus licet, detractio- nis sermonibus servire non timeant; qui proferunt mendacia, testes fallaces, qui se- minant inter fratres discor- dias? Non solum autem à malis aures linguamque satis est castigare loquelis, si non etiam juxta Psalmistam incli- nemus aurem nostram in verba oris Dei; si non os nostrum lo- quatur sapientiam, & medita- tio cordis nostri prudentiam: sed & cunctos simul interioris exteriorisque hominis nostri sensus, qui cuncti in baptismo abluti sunt, oportet mundos ac bonis operibus servemus insuper semper ornatos.

R. Suspiciens Jesus in cœ- lum, ingemuit, & ait illi: Ephpheta, quod est, Adape- rire. Et statim aperta sunt au- res ejus, & \* Solutum est vin- culum linguæ ejus, & loque- batur rectè. *Ps.* Aures audien- tium diligenter auscultabunt, & lingua balborum velociter loquetur & planè. \* Solutum

est. Glória Patri. \* Solutum est vinculum linguæ ejus. *Marc. 7. Is. 32.*

*Ad Benedictus. Ant. 8. G.* Præcepit illis ne cui dicerent. Quantò autem eis præci- piébat, tantò magis plus præ- dicábant, & eò amplius ad- mirabantur. *Marc. 7.*

*Oratio.*

**O**Mnipotens, sempiternè Deus, qui abundantia pietatis tuæ & mérita suppli- cum excedis & vota: effunde super nos misericordiam tuâ, ut dimittas quæ conscientia méruit, & adjicias quod oratio non præsumit; Per Dómi- num nostrum Jesum Chri- stum.

*Ad Magnificat. Ant. 5. C.* Bene ómnia fecit; & surdos fecit audire, & mutos loqui. *Marc. 7.*

F E R I A S E C U N D A.

De libro Sapiéntiæ.

*Lectio j. Cap. 4.*

**J**ustus si morte præoccupá- tus fuerit; in refrigerio erit. Senectus enim vene- rabilis est, non diuturna, ne- que annorum número compu- tata: cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus est dilectus, & vivens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obs- curat bona, & inconstan- tia concupiscentiæ transvertit sensum sine malitia. Consum- matus in brevi, explévit tèm- pora multa; placita enim erat Deo anima illius; propter hoc

properãvit educere illum de medio iniquitatum. Pópuli autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia; quóniam grãtia Dei & misericórdia est in sanctosejus, & respectus in electos illius. Condemnat autem justus mórtuus vivos ímpios, & juvenus celérius consummãta longam vitam injusti.

R. Da mihi, Dómine, sédium. 278.

Lectio ij. Cap. 5.

**T**unc stabunt justí in magna constãtia adversus eos qui se angustiãverunt, & qui abstulerunt labóres eórum. Videntes turbabuntur timóre horribili & mirabuntur in subitãtione ínsperãtã salutis; dicentes intrã se, penitentiã agentes, & præ angústia spíritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem impropérii. Nos ínsãti vitam illórum æstimãbãmus insãniã, & finem illórum sine honóre: ecce quómódò computãti sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illórum est. Ergo errãvimus à via veritãtis, & justitiã lumen non luxit nobis, & sol intelligentiã non est ortus nobis. Lassãti sumus in via iniquitãtis & perditionis, & ambulãvimus vias difficiles; viã autem Dómini ignorãvimus.

R. Vani sunt. 279.

Lectio iij.

**J**usti autem in perpétuum vivent, & apud Dóminum est merces eórum, & cogitãtio illórum apud Altíssimum. Ideò accipient regnum decó-

ris, & diadéma speciẽi de manu Dómini; quóniam dẽxterã suã teget eos, & brãchio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturã zelus illius, & armãbit creaturã ad ultiónem inimicórum. Induet pro thorãce justitiã, & accipiet pro galeã judicium certum. Sumet scutum inexpugnãbile, & quietatem: ácuet autem durã irã, in lanceã, & pugnãbit cum illo orbis terrãrum contra ínsensãtos.

R. Finem loquendi. 279.

F E R I A T E R T I A.  
De libro Sapiëntiã.

Lectio j. Cap. 6.

**M**elior est sapiëntia quã vires, & vir prudens quã fortis. Audíte ergo, reges, & intelligíte; discíte, judices finium terrã. Prãbete aures, vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum; quóniam data est à Dómino potestas vobis, & virtus ab Altíssimo qui interrogãbit ópera vestra, & cogitãtiones scrutãbitur: quóniam cum essetis ministri regni illius, non recte judicastis, nec custodistis legem justitiã, neque secundum voluntãtem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparẽbit vobis; quóniam judicium duríssimum his qui prãsumunt, fiet.

R. Dómine. 279.

Lectio ij.

**E**xiguo enim concéditur misericórdia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personã cujusquam Deus, nec verẽbitur magnitudinẽ cu-

iusquam; quóniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus: fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo, reges, sunt hi sermones mei; ut discatis sapiéntiam, & non excidatis. Qui enim custodierint iusta iuste, justificabuntur; & qui didicerint ista, inveniunt quid respondeant. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam.

*R.* Vanitatem. 280.

*Lectio iij.*

**C**Lara est, & quæ nunquam marcescit sapiéntia; & facîle videtur ab his qui diligunt eam, & invenitur ab his qui quærunt illam. Præoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat. Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit; asidentem enim illam foribus suis inveniet. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus: & qui vigilaverit propter illam, citò securus erit; quóniam dignos seipsâ circumquærens, & in viis ostendit se illis hilariter, & in omni providéntia occurrit illis. Initium enim illius, verissima est disciplinæ concupiscéntia: cura ergo disciplinæ, dilectio est; & dilectio, custodia legum illius est: custoditio autem legum, consummatio incorruptiónis est; incorruptio autem facit esse proximum Deo. Concupiscéntia itaque sapiéntiæ deducit ad regnum perpétuum.

*R.* Nonne Dominus. 280.

**FERIA QUARTA.**

De libro Sapiéntiæ.

*Lectio j.* Cap. 7.

**E**GO natus accépi cominunem ærem, & in similitèr factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans. In involumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex régibus aliud habuit nativitatis initium. Unus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. Propter hoc optavi, & datus est mihi sensus; & invocavi, & venit in me spiritus sapiéntiæ: & præposui illam regnis & lédibus, & divitias nihil esse duxi in comparatione illius, nec comparavi illi lapidem pretiosum; quóniam omne aurum, in comparatione illius, arena est exigua; & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & spéciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam; quóniam inextinguibile est lumen illius. *R.* Da mihi. 278.

*Lectio ij.*

**V**ENERUNT autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius: & lætatus sum in omnibus, quóniam antecedebat me ista sapiéntia; & ignorabam quóniam horum omnium mater est. Quam sine fíctione didici, & sine invidia commúnico, & honestatem illius non abscondo. Insuper enim thesaurus est hominibus; quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei, propter disciplinam

dona commendati. Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum quæ mihi dantur; quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator. In manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia, & disciplina.

R. Vani sunt. 279.

Lectio iij.

**Q**uæcumque sunt absconsa & improvisa, didici; omnium enim artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus: intelligibilis, mundus, subtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia; attingit autem ubique propter suam munditiam. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera; & ideo nihil inquinatum in eam incurrit: candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius.

R. Finem. 279.

FERIA QUINTA.

De libro Sapientiæ.

Lectio j. Cap. 8.

**S**apientia attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Hanc amavi, & exquisi-

vi à juventute mea, & quasi sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei; sed & omnium Dominus dilexit illam: doctrix enim est disciplinæ Dei, & electrix operum illius. Et si divitiæ appetuntur in vita, quid sapientiâ locupletius, quæ operatur omnia? Si autem sensus operatur, quis horum quæ sunt, magis quam illa, est artifex? Et si justitiam quis diligit, labores hujus magnas habent virtutes: sobrietatem enim & prudentiam docet, & justitiam, & virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus.

R. Domine. 279.

Lectio ij.

**P**roposui ergo hanc adducere mihi ad convivendum; sciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædii mei. Habebō propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores juvenis, & acutus inveniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me: tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient; & sermocinante me plura, manus ori suo imponent. Præterea habebō per hanc immortalitatem; & memoriam æternam his qui post me futuri sunt, relinquam. Dispōnam populos; & nationes mihi erunt subditæ. Timebunt me audientes reges horrendi: in multitudine videbor bo-

nus, & in bello fortis. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius, sed lætitiâ & gaudium. Hæc cogitans apud me, & commémorans in corde meo, quóniam immortalitas est in cognatióne sapiéntiæ, & in amicitiâ illius delectatio bona, & in opéribus mánuum illius honestas sine defectiõne, & in certâmine loquélæ illius sapiéntia, & præclaritas in communicatióne sermónum ipsius; circuibam quærens, ut mihi illam assumerem.

R. Vanitatem. 280.

*Lectio iij. Cap. 8. & 9.*

**E**T ut scivi quóniam áliter non possem esse conti-nens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapiéntiæ scire cujus esset hoc donum; ádii Dóminum, & deprecátus sum illum, & dixi ex totis præcórdiis meis: Deus patrum meórum, & Dómine misericórdiæ, qui fecisti ómnia verbo tuo, & sapiéntiâ tuâ constituisti hóminem, ut dominaretur creaturæ quæ à te facta est; ut dispónat orbem terrarum in æquitate & justitia, & in directiõne cordis iudicium júdicet: da mihi sèdium tuarum assistricem sapiéntiam, & noli me reprobare à pueris tuis; quóniam servus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui témporis, & minor ad intellectum iudicii & legum. Nam & si quis erit consummátus inter filios hóminum, si ab illo abfuerit sapiéntia

tua, in nihilum computábitur.

R. Nonne Dóminus. 280.

F E R I A S E X T A .

De libro Sapiéntiæ.

*Lectio j. Cap. 13.*

**V**ANI sunt omnes hómines, in quibus non subest sciéntia Dei; & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque opéribus attendentes agnovérunt quis esset artifex: sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum ærem, aut gyrum stellarum, aut nímiâ aquam, aut solem & lunam, rectóres orbis terrarum deos putavérunt. Quorum si spécie delectati, deos putavérunt, sciant quantò his dominátor eórum speciosior est; specièi enim generátor hæc ómnia constituit. Aut si virtutem, & ópera eórum mirati sunt, intélligant ab illis, quóniam qui hæc fecit, fortior est illis: à magnitudine enim specièi & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum vidéri.

R. Da mihi. 278.

*Lectio ij.*

**S**ED tamen adhuc in his minor est queréla. Et hi enim fortasse errant, Deum quærentes, & volentes invenire. Etenim cum in opéribus illius conversentur, inquirunt, & persuasum habent quóniam bona sunt quæ videntur. Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare sæculum; quomodo hujus Dóminum non facilius invenérunt? Infelices autem sunt, & inter mórtuos spes

illorum est, qui appellaverunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inventionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ.

Rt. Vani sunt. 279.

Lectio iij. Cap. 14.

**E**T hæc fuit vitæ humanæ decæptio; quoniam aut affectui, aut regibus deseruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Et non suffecerat errasse eos circa Dei scientiam; sed & in magno viventes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellent. Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniam plenas vigiliis habentes, neque vitam, neque nuptias mundas jam custodiunt; sed aliud aliud per invidiam occidit, aut adulterans contristat: & omnia commissa sunt; sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & perjurium, tumultus bonorum, Dei immemoratio, animarum inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ & impudicitia. Infandorum enim idolorum cultura omnis mali causa est, & initium & finis.

Rt. Finem loquendi. 279.

S A B B A T O.

De libro Sapiëntiæ.

Lectio j. Cap. 15.

**T**U, Deus noster, suavis & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia. Etenim si peccá-

verimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam; & si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te, consummata justitia est; & scire justitiam & virtutem tuam, radix est immortalitatis. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec umbra picturæ, labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores, cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima. Malorum amatores digni sunt qui spem habeant in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.

[ Si fiat de Sabbato, RRRR. sumentur de II. Nocturno Dominica præcedentis. ]

Lectio ij.

**S**ED & figulus mollem terram premens laboriosè fingit ad usus nostros unumquodque vas, & de eodem luto fingit quæ munda sunt in usum vasa, & similiter quæ his sunt contraria: horum autem vasorum quis sit usus, judex est figulus. Et cum labóre vano deum fingit de eodem luto; ille qui paulò antè de terra factus fuerat, & post pusillum reducit se unde acceptus est, repetitus animæ debitum quam habebat. Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam brevis illi vita est, sed concertatur aurificibus & argentariis; sed & ærarios imitatur, & glóriam præfert, quoniam res supervacuas fingit. Cinis est enim cor ejus, & terra

supervâcua spes illius, & luto vilior vita ejus; quoniam ignoravit qui se finxit, & qui inspiravit illi animam quæ operatur, & qui insufflavit ei spiritum vitalem. Sed & æstimaverunt lusum esse vitam nostram, & conversationem vitæ compositam ad lucrum, & oportere undecumque etiam ex malo acquirere. Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vasa & sculptilia fingit.

*Lectio iij.*

**O**Mnes enim insipientes, & infelices supra modum animæ superbi, sunt inimici populi tui, & imperantes illi; quoniam omnia idola nationum deos æstimaverunt, quibus neque oculorum usus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos; & qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit deum fingere. Cum enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his quos colit: quia ipse quidem vixit, cum esset mortalis; illi autem nunquam.

DOMINICA XII.  
post Pentecosten.

IN VESPERIS Sabbati,  
Ad Magnificat. Ant. 3. a.  
Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit Jesus filius Sirach: Beatus qui in ipsis versatur bonis. Si enim hæc fé-

cerit, ad omnia valébit. *Eccli. 50.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*  
IN I. NOCTURNO.  
Incipit liber Ecclesiastici.

*Lectio j. Cap. i.*

**O**Mnis sapientiâ à Dómino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante ævum. Arénam maris, & plúviæ guttas, & dies sæculi quis dinumerávit? Altitúdinem cæli, & latitúdinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? Sapientiám Dei præcedentem omnia quis investigávit? Prior omnium creáta est sapientiá, & intellectus prudentiæ ab ævo. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. Radix sapientiæ cui revelata est? & astutias illius quis agnovit? Disciplina sapientiæ cui revelata est & manifestata? & multiplicatióne ingressus illius quis intellexit? Unus est altissimus Créator omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dómínans Deus.

ꝛ. Da mihi, Dómine, sédium tuarum assitricem sapientiám, ut mecum sit, & mecum labóret, ut sciam quid acceptum sit apud te; \* Illa deducet me in opéribus meis sóbriè. *ꝑ.* Quæ desursum est sapientiá, pudica est, pacifica, modesta, non júdicans, sine simulatióne. \* Illa deducet. *Sap. 9. Jac. 3.*

*Lectio ij.*

**T**Imor Dómini delectábit cor, & dabit lætitiám, & gáudium, & longitúdinem dierum.

diſcrum. Timenti Dóminum bene erit in extrémis, & in die defunſtionis ſuæ benedicetur. Diléctio Dei honorábilis ſapiéntia. Quibus autem apparuerit in viſu, diligunt eam in viſione & in agnitione magnálium ſuorum. Iníctium ſapiéntiæ, timor Dómini; & cum fidélibus in vulva concreátus eſt: cum electis ſéminis gráditur, & cum juſtis & fidélibus agnóſcitur. Timor Dómini, ſciéntiæ religioſitas. Religioſitas cuſtódiet & juſtificábit cor, jucunditatem atque gáudium dabit. Timenti Dóminum bene erit, & in diébus conſummationis illius benedicetur.

R. Vani ſunt omnes hómínes \* In quibus non ſubéſt ſciéntia Dei; & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui eſt. ¶ Inviſibília Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; ita ut ſint inexcuſabiles, \* In quibus non ſubéſt. Sap. 13. Rom. 1.

## Lectio iij.

**F**ili, concupiſcens ſapiéntiam, conſerva juſticiam; & Deus præbébit illam tibi. Sapiéntia enim & diſciplína, timor Dómini: & quod benedictum eſt illi, fides & manuſctúdo; & adimplébit theſaurus illius. Ne ſis incredibilis timóri Dómini; & ne acceſſeris ad illum dúplici corde. Ne fueris hypócrita in conſpectu hómínum, & non ſcandalizéris in lábiis tuis. Attende in illis, ne fortè cadas, & adducas ánimæ tuæ inhonoratióem, & revélet

MIR. Pars Œſtíva.

Deus abſconſa tua, & in médio ſynagógæ elídat te; quóniam acceſſiſti malignè ad Dóminum, & cor tuum plenum eſt dolo & falláciâ.

R. Finem loquendi páriter omnes audiámus: \* Deum time, & † Mandáta ejus obſerva; hoc eſt enim omnis homo. ¶ Finis præcepti eſt caritas de corde puro, & conſciéntiâ bonâ, & fide non fictâ. \* Deum. Glória Patri. † Mandáta ejus. Eccleſ. 12. 1. Tim. 1.

## IN II. NOCTURNO.

Ex libro Morálium ſancti

Gregórii Papæ.

Lib. 1. Cap. 25.

## Lectio iv.

**S**unt nonnulli qui vitam ſuam négligunt, & dum tranſitória appetunt, dum æterna vel non intélligunt, vel intellectu contemnant; nec dolórem ſentiunt, nec habére conſílium ſciunt. Cúmque ſuperna quæ amiſerunt, non conſiderant, eſſe ſe (heu míſeri!) in bonis felices putant. Nequáquam enim ad veritátis lucem, cui cónditi fuerant, mentis óculos érigunt: nequáquam ad contemplatióem æternæ patriæ, deſidérii áciem tendunt; ſed ſemetipſos in iis ad quæ projecti ſunt, deſerentes, vice patriæ diligunt exílium quod patiuntur; & in cæcitate quam tólerant, quaſi in claritate lúminis exultant.

R. Dómine, ne adincreſcant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundant, & incidam in conſpectu adverſatiórú meó-

T

rum, \* Dómine Pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illórum. *ψ.* Hujuscémodi Dómino nostro non sérviant, sed per dulces sermónes & benedictiónes sedú-  
cunt corda innocéntium. \* Dómine. *Eccli. 23. Rom. 16.*

*Lectio v.*

**A**T contra, electórum mentes, dum cuncta transitoria nulla esse conspiciunt, ad quæ sint conditæ exquirunt: cumque eórum satisfactióni nihil extra Deum sufficit, ipsâ inquisitionis exercitacione fatigata illórum cogitatio, in Conditóris sui spe & contemplacione requiescit, supernis intérseri civibus appetit; & unusquisque eórum adhuc in mundo, corpore positus, mente jam extra mundum surgit; ærumnam exilii, quam tolerat, deplorat; & ad sublimem pátriam incessantibus se amoris stimulis excitat. Cum ergo dolens videt quàm sit æternum quod perdidit, invenit salubre consilium, temporale hoc despícere quòd percurrit; & quò magis crescit consilii sciéntia, ut peritúra déserat, eò augétur dolor quòd necdum ad mansura pertingat.

*R.* Vanitatem & verba mendacia longè fac à me, Dómine: \* Mendicitatem & divitias ne dederis mihi; tribue tantum victui meo necessaria. *ψ.* Qui volunt divites fieri, incidunt in desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. \* Mendicitatem & divitias ne dederis. *Prov. 30. 1. Tim. 6.*

*Lectio vj.*

**I**ntuendum quoque est quàm nullus dolor mentis sit in actione præcipitationis. Qui enim sine consiliis vivunt, qui seipso rerum eventibus præcipites deserunt, nullo interim cogitationum dolore fatigantur. Nam qui solerter in vitæ consilio figit mentem, cautè sese in omni actione circumspiciendo considerat: & ne ex re quæ ágitur, repentinus finis adversusque subripiat, hunc prius molliter posito pede cogitationis palpat: pensat ne ab his quæ agenda sunt, formido præpediat; ne in his quæ differenda sunt, præcipitatio impellat; ne prava per concupiscéntiam aperto bello superent; ne recta per inanem glóriam insidiando supplantent.

*R.* Nonne Dóminus abyssum & cor hominum investigavit? Cognovit enim Dóminus omnem sciéntiam: \* Non præterit illum omnis cogitatus, & † Non abscondit se ab eo ullus sermo. *ψ.* Non est ulla creatúra invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus: \* Non præterit illum. Glória Patri. † Non abscondit se ab eo ullus sermo. *Eccli. 42. Hebr. 4.*

**IN III. NOCTURNO.**  
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 10.*

**I**n illo tempore; Conversus Jesus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos vidétis. Dico enim vobis quòd multi prophætæ &

reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini  
Episcopi.

*Lib. 1. de Doct. Christ. C. 26.*

**Q**UONIAM præcepto non opus est ut se quisque & corpus suum diligat; id est, quoniam id quod sumus, & id quod infra nos est, & ad nos tamen pertinet, inconcussa naturæ lege diligimus; restabat ut & de illo quod supra nos est, & de illo quod juxta nos est, præcepta sumeremus. Diliges, inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua; & Diliges proximum tuum tanquam teipsum. In his duobus præceptis tota lex pendet, & Propheta. Finis itaque præcepti est dilectio; & ea gemina, id est, Dei & proximi. Quod si te totum intelligas, id est, animum & corpus tuum, & proximum totum, id est, animum & corpus ejus, (homo enim ex animo constat & corpore) nullum rerum diligendarum genus in his duobus præceptis prætermisum est. Cum enim præcurrat dilectio Dei, ejusque dilectionis modus præscriptus appareat, ita ut cetera in illum confluant, de dilectione tua nihil dictum videtur: sed cum dictum est, Diliges proximum tuum tanquam teipsum, simul & tuæ abs te dilectio non prætermissa est.

R. Larrones despoliaverunt hominem; & plagis impositis, abierunt semivivo re-

lieto. \* Sacerdos, viso illo, præterivit; similiter & Levita: Samaritanus autem videns eum, misericordia motus est. *Ps.* Facere misericordiam & judicium magis placet Domino, quam victimæ. \* Sacerdos. *Luc. 10. Prov. 21.*

*Lectio viij. Cap. 27.*

**I**Lle autem justè & sanctè vivit, qui rerum integer æstimator est: ipse est autem qui ordinatam dilectionem habet, ne aut diligat quod non est diligendum, aut non diligat quod est diligendum, aut amplius diligat quod minus est diligendum, aut æquè diligat quod vel minus vel amplius diligendum est, aut minus vel amplius quod æquè diligendum est. Omnis peccator, in quantum peccator est, non est diligendus; & omnis homo, in quantum homo est, diligendus est propter Deum; Deus verò propter seipsum. Et si Deus omni homine amplius diligendus est, amplius quisque debet Deum diligere quàm seipsum. Item amplius alius homo diligendus est quàm corpus nostrum; quia propter Deum omnia ista diligenda sunt: & potest nobiscum alius homo Deo perfrui, quod non potest corpus; quia corpus per animam vivit quàm fruimur Deo.

R. Alligavit Samaritanus vulnera ejus, infundens oleum & vinum; & \* Impōnens illum in jumentum suum, duxit in stabulum, & curā ejus egit. *Ps.* Qui credit in Domino, misericordiam diligit: misericordia & veritas præparant

bona. \* Impónens illum.  
*Luc. 10. Prov. 14.*

*Lectio ix. Cap. 28. & 30.*

**O**Mnes autem aq̄e diligendi sunt. Nam quòd nullum hóminum excéperit, qui præcépit ut próximum diligamus, & ipse in Evangélio Dóminus ostendit, & Paulus Apóstolus. Namque ille cui duo ipsa præcepta protulerat, atque in eis pendere totam legem prophetasque dixerat, cum interrogáret eum, dicens: Et quis est meus próximus? hóminem quemdam propósuit descendentem ab Jerúsalem in Jéricho, incidisse in latrones, & ab eis grávitè vulnerátum, faucium, & semivívum esse derelictum: cui próximum esse non dócuit, nisi qui erga illum recreandum atque curandum misericors éxitit, ita ut hoc qui interrogáverat, interrogátus ipse faterétur. Cui Dóminus ait: Vade, & tu fac similiter; ut videlicet eum esse próximum intelligámus, cui vel exhibendum est officium misericórdiæ, si indiget, vel exhibendum esset, si indigéret. Nullum autem exceptum esse cui misericórdiæ denegétur officium, quis non videat? quando usque ad inimicos étiam porrectum est, eòdem Dómino dicente: Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui odérunt vos.

**R.** Quis horum trium videtur tibi próximus fuisse illi qui incidit in latrones? Legisperitus dixit: Qui fecit misericórdiam in illum. Ait Jesus: \* Vade, & tu fac similiter. *ψ.* Indicábo tibi, ó

homo, quid Dóminus requirat à te; útique fácere iudicium, & diligere misericórdiam. \* Vade. Glória Patri. \* Vade, & tu fac similiter. *Luc. 10. Mich. 6.*

*Ad Benedictus, Ant. 2. D.* Legisperitus tentans Jesum, dixit: Magister, quid faciendo vitam æternam possidébo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quòmodo legis? Ille respondens dixit: Diliges Dñum Deum tuum. *Luc. 10.*

*Oratio.*

**O**Mnipotens & misericors Deus, de cujus múnere venit ut tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter serviatur: tribue, quæsumus, nobis, ut ad promissiones tuas sine offensione currámus; Per Dóminum.

*Ad Magnificat. Ant. 7. G.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua; & próximum tuum sicut teipsum: hoc fac, & vives. *Luc. 10.*

**F E R I A S E C U N D A.**

De libro Ecclesiástici.

*Lectio j. Cap. 2.*

**F**illi, accédens ad servitútem Dei, sta in iustitia & timóre, & præpara animam tuam ad tentationem. Déprime cor tuum, & sustine; inclína aurem tuam, & súscipe verba intellectus; & ne festines in témpore obductionis. Sústine sustentationes Dei: conjúgere Deo, & sústine, ut crescat in novissimo vita tua. Omne quod tibi ap-

plicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe; quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, & recuperabit te; & dirige viam tuam, & spera in illum: serva timorem illius, & in illo verterase.

R. Da mihi. 288.

Lectio ij.

**R**espiciate, filii, nationes hominum; & scitote quia nullus speravit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis ejus, & derelictus est? aut quis invocavit eum, & despexit illum? Quoniam pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata; & protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo? & ideo non protegentur ab eo. Væ his qui perdidērunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas. Et quid facient, cum inspicere ceperit Dominus?

R. Vani sunt. 289.

Lectio iij.

**Q**ui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius; & qui diligunt illum, conservabunt viam illius. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei; & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui

timent Dominum, preparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius; & patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes: Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.

R. Finem loquendi pariter omnes. 289.

F E R I A T F R T I A.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 3.

**Q**ui honorat patrem suum, vitam vivet longiore; & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dominum, honorat parentes; & quasi dominis serviet his qui se genuerunt. In opere & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, & superveniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in novissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne gloriaris in contumelia patris tui; non enim est tibi gloria, ejus confusio: gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filii pater sine honore. Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius; & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua.

R. Domine, ne adincrecant. 289.

T iij

## Lectio ij.

**F**illi, in mansuetudine operâ tua perfice, & super hominum gloriâ diligêris. Quâto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invênies grâtiâ: quoniam magna potêntia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quâsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris; sed quæ præcepit tibi Deus, illa cõgita semper, & in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus ejus non eris curiosus; plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos quoque supplantavit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.

Rz. Vanitatem. 290.

## Lectio iij.

**C**or durum habebit malè in novissimo; & qui amat periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus; & pravus corde in illis scandalizabitur. Cor nequam gravabitur in doloribus, & peccator adjiciet ad peccandum. Synagoga superborum non erit sanitas; frutex enim peccati radicabitur in illis, & non intelligetur. Cor sapientis intelligitur in sapientia; & auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Sapiens cor & intelligibile abstinèbit se à peccatis; & in operibus justitiæ successus habebit. Ignem ar-

dentem extinguit aqua, & eleemôsyna resistit peccatis; & Deus prospector est ejus qui reddit grâtiâ: meminit ejus in posterum, & in tempore casus sui inveniet firmamentum.

Rz. Nonne Dominus. 290.

F E R I A Q U A R T A.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 4.

**F**illi, eleemôsynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transvertas à paupere. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. Rogationem contribulati ne abjicias, & non avertas faciem tuam ab egèno. Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram; & non relinquant quærentibus tibi retrò maledicere: maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius; exaudiet autem eum qui fecit illum. Congregationi pauperum affabilem te facito; & presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacifica in mansuetudine. Libera eum qui injuriam patitur de manu superbi, & non acide feras in anima tua. In judicando esto pupillis misericors ut pater; & pro viro matri illorum; & eris tu velut filius Altissimi obediens, & miserèbitur tui magis quam mater.

Rz. Da mihi. 288.

Lectio ij.

**F**ili, conserva tempus, & devita à malo. Pro anima tua ne confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Ne accipias ifaciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Ne reverearis proximum tuum in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo: in lingua enim sapientia dignoscitur; & sensus & scientia, & doctrina in verbo sentati, & firmamentum in operibus justitiæ. Non contradicas verbo veritatis ullo modo; & de mendacio inruditionis tuæ confundere.

Rz. Vanj sunt. 289.

Lectio iij.

**N**on confundaris confiteri peccata tua, & ne subicias te omni homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii. Pro justitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua; & inutilis, & remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, & opprimens subjectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

Rz. Finem loquendi. 289.

FERIA QUINTA.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 5.

**N**oli attendere ad possessiones iniquas; & ne dixeris: Est mihi sufficiens vita; nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui; & ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris: Peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens reditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miseretur. Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius.

Rz. Domine. 289.

Lectio ij.

**N**on tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem; subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Noli anxius esse in divitiis injustis; non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam; sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui, & scientia; prosequatur te verbum pacis & justitiæ.

Rz. Vanitatem. 290.

*Lectio iij.*

**E**Sto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas, & cum sapientia proferas responsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati; lingua verò imprudentis subversio est ipsius. Non appelléris susurro, & linguâ tuâ ne capiaris & confundaris. Super furem enim est confusio & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Justifica pusillum & magnum similiter.

R. Nonne Dominus. 290.

## F E R I A S E X T A.

De libro Ecclesiastici.

*Lectio j.* Cap 6.

**V**ERBUM dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi unus de mille. Si possides amicum, in tentatione posside eum; & ne facile credas ei. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Et est amicus qui convertitur ad inimicitiam: & est amicus qui odium & rixam & convicia denudabit. Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coequalis, & in domesticis tuis fiducialiteraget. R. Da mihi. 188.

*Lectio ij.*

**A**B inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem invenit illum: invenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio; & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis; & qui metuunt Dominum, invenient illum. Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam bonam; quoniam secundum illum erit amicus illius.

R. Vani sunt omnes honores. 289.

*Lectio iij.*

## Cap. 7.

**N**OLI querere à Domino ducatum, neque à rege cathedram honoris. Non te justifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: & penes regem noli velle videri sapiens. Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates; ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua. Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata; nec enim in uno eris immunis. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Exorare, & facere elemosynamne despicias. Ne dicas: In multitudine munerum meorum respiciet Deus; & offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.

R. Finem loquendi paritor omnes. 289.

## S A B B A T O.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 7.

**N**on irideas hominem in amaritudine animæ; est enim qui humiliat & exaltat circumspexit Deus. Noli arare mendacium adversus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias. Noli velle mentiri omne mendacium; assiduitas enim illius non est bona. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum; & non iteres verbum in oratione tua. Non odere laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo. Non te reputes in multitudine indisciplinatorum. Memento iræ quoniam non tardabit.

*Si fiat de Sabbato R. R. R. sumentur è II. Nocturno Dominica precedentis.*

Lectio ij.

**N**on lædas servum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua: non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum. Pecora tibi sunt? attende illis; & si sunt utilia, perseverent apud te. Filii tibi sunt? erudi illos, & curva illos à pueritia illorum. Filia tibi sunt? serva corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris; & homini sensato da illam. Mulier si est tibi secundum animam tuam, non proicias illam; & odibili non credas te. In toto corde tuo honora patrem tuum,

& gemitus matris tuæ ne obliviscaris: memento quoniam nisi per illos natus non fuisses; & retribue illis, quomodo & illi tibi.

Lectio iij.

**I**n tota anima tua time Dominum; & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit; & ministros eius ne derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua; & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachiis. Da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis; & de negligentia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum. Et pauperi porrigere manum tuam, ut perficiatur propitiatio & benedictio tua. Gratia dati in conspectu omnis viventis; & mortuo non prohibeas gratiam. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum; ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.

D O M I N I C A X I I I.  
post Pentecosten.

*IN VESPERIS Sabbati, Ad Magnificat. Ant. 6. Sapientia, & disciplina, & scientia legis apud Deum: dilectio, & via bonorum apud ipsum. Eccli. 11.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

## IN I. NOCTURNO.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 8.

**N**on iudices contra iudicem ; quoniam secundum quod iustum est , iudicat. Cum audace non eas in via , ne forte gravet mala sua in te : ipse enim secundum voluntatem suam vadit , & simul cum stultitia illius peries. Cum iracundo non facies rixam , & cum audace non eas in desertum ; quoniam quasi nihil est ante illum sanguis : & ubi non est adiutorium , elidet te. Cum fatuis consilium non habetas ; non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent. Coram extraneo ne facias consilium ; nescis enim quid pariet. Non omni homini cor tuum manifestes ; ne forte inferat tibi gratiam falsam , & convicietur tibi.

Rz. Da mihi , Domine , sedium tuarum assistricem sapientiam , ut mecum sit , & mecum laboret , ut sciam quid acceptum sit apud te ; \* Illa deducet me in operibus meis sobriè. *ψ.* Quæ desurfum est sapientia , pudica est , pacifica , modesta , non iudicans , sine simulatione. \* Illa deducet. *Sap. 9. Jac. 3.*

Lectio ij. Cap. 10.

**J**udex sapiens iudicabit populum suum , & principatus sensati stabilis erit. Secundum iudicem populi , sic & ministri ejus : & qualis rector est civitatis , tales & inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum ; & civitates inhabitabuntur per

sensum potentium. In manu Dei potestas terræ ; & utilem rectorem suscitabit in tempus super illam. In manu Dei prosperitas hominis , & super faciem scribæ imponet honorem suum. Omnis injuriæ proximi ne memineris , & nihil agas in operibus injuriæ.

Rz. Vani sunt omnes homines \* In quibus non subest scientia Dei ; & de his quæ videntur bona , non poterunt intelligere eum qui est. *ψ.* Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt , intellecta conspiciuntur ; ita ut sint inexcusabiles , \* In quibus. *Sap. 13. Rom. 1.*

Lectio iij.

**O**dibilis coram Deo est & hominibus superbia ; & execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias , & injurias , & contumelias , & diversos dolos. Aváro autem nihil est sceleratius. Quid superbit terra & cinis ? Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim & animam suam venalem habet ; quoniam in vita sua projecit intima sua. Omnis potentatus brevis vita. Languor prolixior gravat medicum. Brevem languorem præcidit medicus : sic & rex hodie est , & cras morietur. Cum enim morietur homo , hæreditabit serpentes , & bestias , & vermes. Initium superbiæ hominis , apostatàre à Deo ; quoniam ab eo qui fecit illum , recessit cor ejus , quoniam initium omnis peccati est superbia. Qui tenuerit illam , ad-

implébitur maledictis; & subvertet eum in finem. Propter eam exhonoravit Dominus conventus malorum, & destruxit eos usque in finem. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis.

R. Finem loquendi pariter omnes audiamus: \* Deum time, & † Mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo. †. Finis præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. \* Deum. Gloria Patri. † Mandata ejus. *Eccles. 12. 1. Tim. 1.*

## IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Joannis  
Chrysostomi.

*Homil. 20. in Epist. 2. ad Cor.*

*Lectio iv.*

**N**E tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem; nescis enim quid paritura sit superventura dies. Periculum enim & metus est in dilatione; salus vero certa ac securus, si nulla sit dilatio. Virtutem igitur cole, sic enim sive juvenis hinc abscedas, tuto abscedes; sive ad senectutem pervenias, cum amplissimis opibus excedes; duplicemque festivitatem per omnem vitam habebis, & a vitio abstinens, & virtutem amplexans.

R. Domine, ne adincrescant ignorantia mea, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundant, & incidam in conspectu adversariorum meorum; \* Domine Pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu il-

lorum. †. Hujuscemodi Domino nostro non serviunt, sed per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. \* Domine Pater. *Eccli. 23. Rom. 16.*

*Lectio v.*

**N**E dicas: Erit tempus quando converti licebit; verba enim hæc Deum valde exasperant. Cur enim, cum ipse tibi æterna sæcula promiserit, tu in præsentis vitæ quæ brevis & momentanea est, laborare non vis; sed sic ignavus ac dissolutus agis, quasi hæc breviorẽ aliã quamdam inquiras? Annon eadem quotidie comestationes? annon eadem mensæ? annon eadem theatra? annon eadem pecuniæ?

R. Vanitatem & verba mendacia longè fac à me, Domine: \* Mendicitatem & divitias ne dederis mihi; tribue tantum victui meo necessaria. †. Qui volunt divites fieri, incidunt in desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. \* Mendicitatem. *Prov. 30. 1. Tim. 6.*

*Lectio vj.*

**I**Nebriatus es? ventri indulgisti? rapuisti? Siste jam gradum, verte te in diversum: confitere Deo gratiam, quod non in mediis peccatis te abripuerit: ne quare aliud tibi prorogari tempus, ut male opereris. Multi aliis fraudem facientes abrepti sunt, & in manifestam damnationem abiierunt: time ne idem tibi accidat. Sed multis, inquis, dedit Deus spatium, ut in

última senecta confiterentur. Quid igitur? Numquid & tibi dabit? Fortasse dabit, inquis. Cur dicis, Fortasse? Contingit aliquoties. Cógita quòd de ánima delíberas; & contrárium étiam pone, ac réputa, & dic: Quid autem, si non det? Quid autem si det, inquis? Dedit quidem ipse: verúm tamen hoc illo tutius est & utílius.

R. Nonne Dóminus abyssum & cor hóminum investigávit? Cognóvit enim Dóminus omnem sciéntiam: \* Non præterit illum omnis cogitátus, & † Non abscondit se ab eo ullus sermo. ¶. Non est ulla creatúra invisibilis in conspectu ejus: ómnia autem nuda & aperta sunt óculis ejus. \* Non præterit illum. Glória Patri. † Non abscondit. *Eccli. 42. Hebr. 4.*

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 17.

IN illo tempore; Dum iret Jesus in Jerúsalem, transibat per médiam Samariam & Galilæam: & cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. Et reliqua.

Homília sancti Bernardi Abbátis.

Serm. 27. de Divers. contra vitium ingratiitudinis.

NONne decem mundati sunt? Et novem ubi sunt? Meministis, credo, verba Salvatoris hæc esse, novem illórum ingratiitudinem arguentis. Bene síquidem orasse, obsecrasse, postulasse

leguntur, qui levaverunt vocem, dicentes: Jesu fili David, miserere nobis. Sed defuit eis quarta, quam adiecit Apóstolus, gratiarum actio; quóniam non redierunt, nec egerunt grátias Deo. Multos quoque videmus usque hódie satis importúnè petentes quod sibi deesse cognóverint; sed paucos admodum nóvimus, qui dignas super acceptis beneficiis grátias ágere videantur. Nec reprehensibile est quod instanter pétimus; sed planè petitióni negat effectum, quòd invenimur ingrati. Et fortè hoc étiam cleméntiæ esse vidétur, ingratis negare quod postulant; ne contingat nobis, ut tanto grávius de ingrati tudine judicémur, quanto magis accumulatis beneficiis ingrati probábitur extitisse. Ergo misericórdiæ res est in hac parte subtrahere misericórdiam, quem admodum iræ & indignatiónis misericórdiam exhibere.

R. Cum ingrederetur Jesus quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longè, dicentes: \* Jesu præceptor, miserere nostrí. ¶. Tu es, Dómine, qui líberas ab omni malo: \* Jesu. *Luc. 17. Sap. 16.*

Lectio viij.

QUàm multos enim videmus & plángimus, fratres, non considerantes quem admodum ingrati tudinis vermis interióra corródens, ob hoc tantum córticem, quem vident, transforáre dissimulet, ne fortè recógitent & eru-

bescant, ipsâque verecundiâ emendentur! Vides ergo non omnibus prodesse, quòd à lepra secularis conversatiõnis, cujus peccata manifesta sunt, emundantur; sed nonnullis pejus in occulto ingrati tudinis ulcus oriri, quod tantò periculosius fit quantò intèrius. Et bene Salvator hinc in Evangelio novem illos, ubi sunt quærit, quoniam longè à peccatoribus salus. Sic enim & primum hominem post peccatum ubi sit interrogat, & in iudicio nescire sese profitebitur operarios iniquitatis, cum legamus in Psalmo: Quoniam novit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.

R. Leprosos ut vidit Jesus, dixit: \* Ite, ostendite vos sacerdotibus. Ps. Sacerdotes populum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum ostendent eis. \* Ite. Luc. 17. Ezech. 44.

Lectio ix.

**F**elix autem Samaritanus ille, qui cognovit se nihil habere quod non accepisset: & idcirco servavit depositum, & cum gratiarum actione ad Dominum est reversus. Felix, qui ad singula dona gratiæ redit ad eum, in quo est plenitudo omnium gratiarum; cui dum nos pro acceptis non ingratos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ, ut maiora adhuc accipere mereamur. Omnino enim sola nos à profectu conversatiõnis impedit ingrati tudo nostra, dum quodam modo amissum

reputans dator quod ingratus accepit, cavet sibi de cetero ne tantò plura amitteret, quantò plura conferret ingrato. Felix proinde, qui se alienigenam reputans, etiam pro minimis quibusque beneficiis non minimas refert grates, gratuitum esse non dubitans neque dissimulans, quod alieno impenditur & ignoto.

R. Dum irent leprosi, mundati sunt. \* Unus autem regressus est cum magna voce magnificans Deum, & † Cecidit in faciem ante pedes Jesu, gratias agens; & hic erat Samaritanus. Ps. Obliti sunt benefactorum Dei, & mirabilium ejus. \* Unus autem gloria Patri. † Cecidit. Luc. 17. Ps. 77.

Ad Benedictus. Ant. 1. g. Dixit Jesus: Nonne decem mundati sunt? & novem ubi sunt? Non est inventus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Luc. 17.

Oratio.

**O**Mnipotens, sempiternus Deus, da nobis fidei, spei & caritatis augmentum: & ut mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis; Per Dominum.

Ad Magnificat. Ant. 5. C. Ait Samaritano Jesus: Surge, vade; quia fides tua te salvum fecit. Luc. 17.

FERIA SECUNDA.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 11.

**I**N vestitu ne glorièris unquam, nec in die honoris tui extollaris; quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriõsa, & absconsa,

& invisã opera illius. Multi tyranni sederunt in throno, & insuspiciãbilis portavit diadema. Multi potentes oppressi sunt valide, & gloriõsi traditi sunt in manus alterõrum. Priusquam interroges, ne vituperes quemquam; & cum interrogaveris, corripe justè. Priusquam audias, ne respondeas verbum; & in medio sermonum ne adjicias loqui. De ea re quæ te non molestat, ne certèris; & in iudicio peccantium ne consistas. Fili, ne in multis sint actus tui; & si dives fueris, non eris immunis à delicto.

R. Da mihi. 298.

*Lectio ij.* Cap. 13.

**Q**ui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; & qui communicaverit superbo, induet superbiam. Pondus super se tollet, qui honestiori te communicat. Et ditiori te ne socius fueris. Quid communicabit cæcabus ad ollam? quando enim se colliserint, confringetur. Dives injustè egit, & fremet; pauper autem læsus tacèbit. Si largitus fueris, assumet te; & si non habueris, derelinquet te. Si habes, convivet tecum, & evacuabit te; & ipse non dolèbit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit te; & subridens spem dabit, narrans tibi bona, & dicet: Quid opus est tibi?

R. Vani sunt. 298.

*Lectio iij.*

**A**dvocatus à potentiore, discède; ex hoc enim magis te advocabit. Ne improbus sis, ne impingaris; &

ne longè sis ab eo, ne eas in oblivionem. Ne retineas ex æquo loqui cum illo, nec credas multis verbis illius; ex multa enim loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immittis animus illius conservabit verba tua; & non parceret de malitia, & de vinculis. Cave tibi, & attende diligenter auditui tuo; quoniam cum subversione tua ambulas. Audiens verò illa quasi in somnis vide, & vigilabis. Omni vitæ tuâ dilige Deum, & invoca illum in salute tua. Omne animal diligit simile sibi; sic & omnis homo proximum sibi.

R. Finem loquendi. 299.

F E R I A T E R T I A .

De libro Ecclesiastici.

*Lectio j.* Cap. 13.

**V**enatio leonis, onager in eremo; sic & pascua divitum sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic & execratio divitis pauper. Dives commotus confirmatur ab amicis suis; humilis autem, cum ceciderit, expellitur & à notis. Diviti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & justificaverunt illum. Humilis deceptus est, insuper & arguitur: locutus est sensatè; & non est datus ei locus. Dives locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius usque ad nubes perdurent. Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? & si offenderit, subvertent illum. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia; &

& nequissima paupertas in ore impij.

R. Domine. 299.

Lectio ij. Cap. 14.

**B**Eatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Felix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit a spe sua. Viro cupido & tenaci sine ratione est substantia; & homini livido ad quid aurum? Qui acervat ex animo suo injuste, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? & non jucundabitur in bonis suis. Qui sibi invidet, nihil est illo nequius, & hæc redditio est malitiae illius: & si bene fecerit, ignoranter & non volens facit; & in novissimo manifestat malitiam suam.

R. Vanitatem. 299.

Lectio iij.

**I**nsatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis; non satiabitur, donec consumat arcifaciens animam suam. Oculus malus ad mala, & non satiabitur pane; sed indigens & in tristitia erit super mensam suam. Fili, si habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer. Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum quia demonstratum est tibi; testamentum enim hujus mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis a die bono, & particula boni doni non te pratereat.

Nonne aliis relinques dolores, & labores tuos in divisione fortis? Da & accipe, & iustifica animam tuam. Ante obitum tuum operare justitiam; quoniam non est apud inferos invenire cibum.

R. Nonne Dominus. 300.

FERIA QUARTA.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 20. & 21.

**X**enia & dona excæcant oculos judicum, & quasi mutus in ore avertit correptiones eorum. Sapiencia absconsa, & thesaurus invisus; quæ utilitas in utrisque? Melior est qui celat insipientiam suam, quam homo qui abscondit sapientiam suam. Fili, peccasti? non adjicias iterum; sed & de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. Quasi a facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis, dentes ejus, interficientes animas hominum. Quasi rhomphaea bis acuta omnis iniquitas; plagæ illius non est sanitas. Objurgatio & injuriæ annullabunt substantiam: & domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbiâ; sic substantia superbi eradicabitur.

R. Da mihi. 298.

Lectio ij. Cap. 25.

**I**ntribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus: concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi contentientes. Tres species odit anima mea, & aggravor valde animæ illorum; pauperem super-

bum, divitem mendacem, fenem fatuum & insensatum. Quæ in juventute tua non congregasti, quomodo in senectute tua invenies? Quam speciosum canitiæi iudicium, & presbyteris cognoscere consilium! Quam speciosa veteranis sapientia, & gloriosis intellectus & consilium! Corona fenum, multa peritia; & gloria illorum timor Dei.

Rz. Vani sunt. 298.

*Lectio iij.* Cap. 28.

**Q**ui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam; & peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocenti te; & tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini reservat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse, cum caro sit, reservat iram; & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? Memento novissimorum, & desine inimicari: tabitudo enim & mors imminet in mandatis ejus. Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo. Memorare testamentum Altissimi, & despice ignorantiam proximi. Abstine te à lite, & minues peccata.

Rz. Finem loquendi. 299.

FERIA QUINTA.

De libro Ecclesiastici.

*Lectio j.* Cap. 31.

**I**ntellige quæ sunt proximi tui ex teipso: utere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur; ne cum manducas multum, odio habearis.

Cessa prior causâ disciplinæ; & noli nimius esse, ne forte offendas. Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere. Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum! & in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem. Vigilia, cholera & tortura viro infrunito: somnus sanitatis in homine parco; dormiet usque mane, & anima illius cum ipso delectabitur.

Rz. Domine. 299.

*Lectio ij.*

**A**udi me, fili, & ne spernas me; & in novissimo invenies verba mea. In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Splendidum in panibus benedicient labia multorum, & testimonium veritatis illius fidele. Nequissimo in pane murmurabit civitas, & testimonium nequitiae illius verum est. Diligentes in vino noli provocare; multos enim exterminavit vinum. Ignis probat ferrum durum; sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum. Æqua vita hominibus vinum in sobrietate: si bibas illud moderatè, eris sobrius. Quæ vita est ei qui minuitur vino? Quid defraudat vitam? Mors.

Rz. Vanitatem. 299.

*Lectio iij.*

**V**inum in iucunditatem creatum est, & non in ebrietatem, ab initio. Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè potatum. Sanitas est animæ

animæ & cõpori sobrius potus. Vinum multum potatum irritatiõnem, & iram, & ruinas multas facit. Amaritudo animæ vinum multum potatum. Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minõrans virtutem, & faciens vulnera. In convivio vini non arguas proximum, & non despicias eum in jucunditate illius: verba improperii non dicas illi, & non premas illum in repetendo.

R. Nonne Dõminus. 300.

F E R I A S E X T A.

De libro Ecclesiãstici.

Lectio j. Cap. 32.

**A**udi tacens; & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Adolescens, loquere in tua causa vix. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul, & quærens. In medio magnatorum non præsumas; & ubi sunt senes, non multum loquaris. Ante grandinem præbit coruscatio, & ante verecundiam præbit gratia; & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Et horâ surgendi non te trices: præcurre autem prior in domum tuam, & illic avocare, & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo superbo. Et super his omnibus benedicito Dõminum qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis suis.

R. Da mihi. 298.

Lectio ij. Cap. 32. & 33.

**F**ili, sine consilio nihil facias, & post factum non

MIR. Pars Æstiva.

pœnitẽbis. In via ruinae non eas, & non offendes in lapides; nec credas te viae laboriosa, ne ponas animam tuam scandalum: & à filiis tuis cave, & à domesticis tuis attende. In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ; hoc est enim conservatio mandatorum. Qui credit Deo, attendit mandatis; & qui confidit in illo, non minorabitur. Timenti Dõminum non occurrent mala; sed in tentatione Deus illum conservabit, & liberabit à malis. Sapiens non odit mandata & justitias, & non illidetur quasi in procella navis. Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fidelis.

R. Vani sunt omnes homines. 299.

Lectio iij. Cap. 34.

**Q**ui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Unus ædificans, & unus destruens: quid prodest illis nisi labor? Unus orans, & unus maledicens; cuius vocem exaudiet Deus? Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lavatio illius? Sic homo qui jejunit in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Oratiõnem illius quis exaudiet?

R. Finem loquendi. 299.

V

S A B B A T O.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 37.

**C**UM viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei, cujus anima est secundum animam tuam; & qui, cum titubaveris in tenebris, condolebit tibi. Cor boni consilii statue tecum: non est enim tibi aliud pluris illo. Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Et in his omnibus deprecare Altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam. Ante omnia opera verbum verax precedat te, & ante omnem actum consilium stabile. Verbum nequam immutabit cor, ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors; & dominatrix illorum est assidua lingua. Est vir astutus multorum eruditor, & animæ suæ inutilis est. Vir peritus multos erudit, & animæ suæ suavis est. Qui sophisticè loquitur, odibilis est; in omni re defraudabitur.

[ Si fiat de Sabbato, RERER. sumentur è II. Nocturno Dominice precedentis. ]

Lectio ij. Cap. 41.

**O**MORS, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis; viro quieto, & cujus viæ rectæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum! O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus,

defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili, qui perdit patientiam. Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superventura sunt tibi; hoc iudicium à Domino omni carni. Et quid superveniet tibi in beneplacito Altissimi? sive decem, sive centum, sive mille anni: non est enim in inferno accusatio vitæ.

Lectio iij.

**V**Æ vobis, viri impii, qui dereliquistis legem Domini Altissimi. Et si nati fueritis, in maledictione erit pars vestra. Omnia quæ de terra sunt in terram convertentur; sic impii à maledicto in perditionem. Luctus hominum in corpore ipsorum: nomen autem impiorum delebitur. Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi & magni. Bonæ vitæ numerus dierum: nomen autem permanebit in ævum. Disciplinam in pace servate, filii.

D O M I N I C A XIV.  
post Pentecosten.

IN VESPERIS Sabbati,  
Ad Magnificat. Ant. 3. a. Ezechiel vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi Deus in curru Cherubim. Eccli. 49.

Oratio ut infra ad Laudes.  
O H I N I. NOCTURNO.

Incipit liber Ezechiælis Prophætæ.

Lectio j. Cap. 1.

**E**T factum est in trigésimo anno, in quarto, in quinta mensis, cum

essem in medio captivorum juxta fluvium Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei. In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigratiōnis regis Joachim; factum est verbum Dōmini ad Ezechiēlem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumen Chobar: & facta est super eum ibi manus Dōmini. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone; & nubes magna, & ignis involvens, & splendor in circuitu ejus, & de medio ejus quasi species electri, id est, de medio ignis.

R. Fili hōminis, vade ad domum Israël, & loqueris verba mea ad eos. Domus autem Israël atrita fronte est & duro corde. \* Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciēbus eorum, & frontem tuam duriorē frontibus eorum. *ψ.* Ex his sunt qui resistunt veritati, corrupti mente, reprobī circa fidem; sed ultrā non proficiunt. \* Ecce dedi. *Ezech. 3. 2. Tim. 3.*

*Lectio ij.*

**E**T in medio ejus similitudo quatuor animalium, & hic aspectus eorum similitudo hōminis in eis. Quatuor faciēs uni, & quatuor pennæ uni. Pedes eorum pedes recti; & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli; & scintillæ quasi aspectus æris candentis. Et manus hōminis sub pennis eorum in quatuor partibus: & faciēs & pennas per quatuor partes habebant. Junctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum; non revertebantur,

cum incēderent: sed unumquodque ante faciē suam gradiebatur.

R. Ecce, dicit Dōminus Deus, erit manus mea super prophētas, qui vident vana & divinant mendacium. \* In consilio pōpuli mei non erunt, eò quod decēperint pōpulum meum, dicentes: Pax; & non est pax. *ψ.* Fuērunt pseudoprophētæ in pōpulo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces. \* In consilio. *Ezech. 13. 2. Petr. 2.*

*Lectio iij.*

**S**imilitudo autem vultus eorum, faciēs hōminis, & faciēs leonis à dextris ipsorum quatuor; faciēs autem bovis à sinistris ipsorum quatuor, & faciēs aquilæ desuper ipsorum quatuor. Faciēs eorum, & pennæ eorum extenæ desuper: duæ pennæ singulorum jungebantur, & duæ tegēbant corpora eorum; & unumquodque eorum coram faciē sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur; nec revertebantur, cum ambularent. Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum.

R. Vivo ego, dicit Dōminus Deus: \* Vir si fuerit justus, ad usuram non commodaverit, & amplius non accēperit, † Hic justus est, vitā vivet. *ψ.* Mutuum date, nihil inde sperantes; & erit merces vestra multa. \* Vir si fuerit justus. Glōria Patri. † Hic justus est, vitā vivet. *Ezech. 18. Luc. 6.*

## IN II. NOCTURNO.

Ex libro undécimo Commentariórum sancti Hierónymi Presbyteri, in Ezechiélem Prophétam.

In Cap. 37. *Lectio iv.*

**F**actus est sermo Dómini ad me dicens: Et tu, fili hóminis, fume tibi lignum unum, & scribe super illud: Judæ, & filiórum Israël sociórum ejus; & tolle lignum álterum, & scribe super illud: Joseph, lignum Ephraim, & omnis domús Israël, sociórumque ejus. Et adjuuge illa unum ad álterum tibi in lignum unum. Præsens prophetia hæc ex ore Dñi pollicétur quòd utrumque sibi jungátur impérium, hoc est, regnum Judæ & regnum Israël; tollaturque virga Ephraim, qui de Joseph stirpe generátus est cum réliquis tribubus quæ sociátæ sunt, & jungátur virgæ Juda, ut nequáquam vocétur Juda & Israël, sed uno nómine appellentur Juda: & sub figura Prophétæ qui præcédit in typo Dómini Salvatóris, nequáquam duábus má nibus, sed unâ Christi teneantur manu. Dicit enim se assumere filios Israël de médio natiónum ad quas captivi ducti sunt, & reductúrum eos in terram, & in montes Israël, & appellandam unam gentem, uniusque regis regendam império: ut ultra non poluantur in idólis, & abominatió nibus suis; sed cum fuerint de captivitatis sedibus liberáti in quibus peccaverunt, ómnibus vitiis esse mun-

dandos, & futúros pópulum Dei; ita ut Dóminus sit Deus eórum.

*R.* Suscitábo super oves meas pastórem unum qui pascat eas, servum meum David: \* Ipse erit eis in pastórem; ego autem Dóminus ero eis in Deum, & servus meus David princeps in médio eórum. *V.* Pascite qui in vobis est gregem Dei; & cum apparúerit princeps pastórum, percipietis immarcescibilem glóriæ corónam. \* Ipse erit eis in pastórem, &c. *Ezech. 34. 1. Petr. 5.*

*Lectio v.*

**E**T servus, inquit, meus David rex super eos. De quo & Angelus loquitur in *Evángélio*, quòd regnáturus sit super domum Jacob, & regni ejus non sit finis: tantæque erit cleméntiæ, ut non solum rex, sed & pastor appellétur; eò quòd superbum nomen impérii, pastoris vocábulo mítiget. Qui postquam fuerint in gentem unam, & in terra Israël, ac montibus habitáverint, ambuláturi sint in ómnibus judiciis Dómini, & præcepta illius custodituri: habitáturi autem non in ália terra, sed in ea quam dedit servo suo Jacob; in qua habitáverunt patres eórum Abraham, Isaac, & Jacob, & réliqui sancti: & non solum ipsi habitáturi sint, sed & filii eórum ac nepótes; habitentque non ad breve tempus, sed in perpétuum. Vultis autem scire quis sit iste rex & pastor? Ipse est de quo supra dixi, Servus meus David. Qui

cum in forma Dei esset, non est rapinam arbitratus esse se æqualem Deo: sed se exinanivit, formam servi accipiens, & factus est obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Cumque sub tali rege fuerint, percütiam illis fœdus pacis: nequâquam ut in veteri testamento, certaminum atque bellorum; sed pactum pacis, quæ exsuperat omnem sensum, de qua Salvator loquitur ad Apostolos: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et Propheta dicit: Factus est in pace locus ejus.

R. Liberabo oves meas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis, & inducam eas in terram suam: \* In pascuis uberrimis pascam eas. V. Per me si quis introierit, salvabitur, & pascua inveniet. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant: \* In pascuis. *Ezech. 34. Joan. 10.*

*Lectio vij.*

**Q**uos cum in Ecclesia fundaverit & stabilierit, tunc multiplicabuntur vel credentium numero, vel multiplicatione virtutum. Et dabo, inquit, sanctificationem meam, sive sanctuarium in medio eorum in perpetuum: quod Judæi de templo interpretantur, quod sub Zorobabel extructum est. Sed quomodo stare poterit hoc quod dicitur, in perpetuum; cum templum illud quod à Zorobabel extructum est, & postea à multis instauratum, Romano igne succensum sit? Quæ

omnia referenda sunt ad Ecclesiam, & ad tempora Salvatoris, quando tabernaculum ejus positum est in Ecclesia, ubi factus est Deus noster, & nos populus ejus. Verè enim in adventu Domini Salvatoris duæ virgæ & duo ligna in unum juncta sunt sceptrum; & in baptismo Christi dudum separata sociantur; ut fiant in unum novum hominem & in unam gentem, neque polluantur ultra in idolis & abominacionibus; sed mundi lavacro sint populus Dei, & imperet eis Christus.

R. Congregabo filios Israël, & non erunt ultra duæ gentes, neque polluentur in idolis suis; & erunt mihi populus: \* Et pastor unus erit omnium eorum. V. Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: illas oportet me adducere, & fiet unum ovile. \* Et pastor. *Glória. † Pastor. Ezech. 37. Joan. 10.*

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap 6.*

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis servire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mammonæ. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

*Lib. 2. de Serm. Domini in Monte, Cap. 14.*

**N**emo potest duobus dominis servire. Ad hanc ipsam intentionem re-

ferendum est quod consequenter exponit, dicens: Aut enim unum odio habebit, & alterum diligit; aut alterum patietur, & alterum contemnet. Quæ verba diligenter consideranda sunt; nam qui sint duo domini, deinceps ostendit, cum dicit: Non potestis Deo servire & mammonæ. Mammona apud Hebræos divitiæ appellari dicuntur. Congruit & Punicum nomen; nam lucrum Punicè mammon dicitur.

R. Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini: \* Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum? *ψ.* Quadraginta annis in deserto nihil patribus defuit; vestimenta eorum non inveteraverunt. \* Nonne anima. *Matth. 6. 2. Esdr. 9.*

Cap. 16. *Lectio viij.*

**N**olite ergo solliciti esse dicentes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quid vestiemur? Hic manifestissimè ostendit non hæc esse appetenda tanquam talia bona nostra ut propter ipsa debeamus bene facere, si quid facimus; sed tamen esse necessaria. Quid enim intersit inter bonum quod appetendū est, & necessarium quod sumendum est, hæc sententiā declaravit, cum ait: Querite primū regnum Dei & iustitiam ejus, & hæc omnia apponentur vobis. Regnum ergo & iustitia Dei bonum nostrum est: & hoc appetendum, & ibi finis constituendus, propter quod

omnia faciamus quæcumque facimus.

R. Respiciite volatilia cæli non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cælestis pascit illa. \* Nonne vos magis pluris estis illis? *ψ.* Dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum. \* Nonne. *Matth. 6. Ps. 146.*

*Lectio ix.*

**S**ed quia in hac vita militamus, ut ad illud regnum pervenire possimus, quæ vita sine his necessariis agi non potest: Apponentur vobis hæc, inquit; sed vos regnum Dei & iustitiam ejus primū querite. Cum enim dixit illud, Primū, significavit quia hoc posteriū querendum est, non tempore, sed dignitate: illud, tanquam bonum nostrum; hoc, tanquam necessarium nostrum: necessarium autem propter illud bonum. Neque enim, verbi gratiā, ideo debemus evangelizare ut manducemus; sed ideo manducare ut evangelizemus: nam si propterea evangelizamus ut manducemus, vilius habemus Evangelium quàm cibum; & erit jam bonum nostrum in manducando, necessarium autem in evangelizando.

R. Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quo operiemur? \* Hæc omnia gentes inquirunt: *†* Scit Pater vester quia his indigentis. *ψ.* Peccatori dedit Deus curam superfluat, ut addat & congreget; & hoc vanitas est, & casta sollicitudo. \* Hæc omnia. *Glória Patri. †* Scit

Pater vester quia. *Matth. 6. Eccles. 2.*

*Ad Benedictus. Ant. 3. a.*  
Nemo potest duobus dominis  
servire : non potestis Deo ser-  
vire & mammonæ. *Matth. 6.*

*Oratio.*

**C**USTODI, Domine, quæ-  
sumus, Ecclesiam tuam  
propitiatione perpetuâ : &  
quia sine te labitur humana  
mortalitas, tuis semper auxi-  
liis & abstrahatur à noxiis &  
ad salutaria dirigatur ; Per  
Dominum nostrum.

*Ad Magnificat. Ant. 1. g.*  
Quærite primum regnum Dei  
& justitiam ejus, & hæc  
omnia adjicientur vobis.  
*Matth. 6.*

FERIA SECUNDA

De Ezechiële Prophéta.

*Lectio j. Cap. 2.*

**F**lli hominis, mitto ego  
te ad filios Israël, ad  
gentes apostatrices quæ  
recesserunt à me : ipsi & pa-  
tres eorum prævaricati sunt  
pactum meum usque ad diem  
hanc. Et filii durâ facie &  
indomabili corde sunt, ad  
quos ego mitto te ; & dices  
ad eos : Hæc dicit Dominus  
Deus : Si fortè vel ipsi au-  
diant, & si fortè quiescant,  
quoniam domus exasperans  
est ; & scient quia Prophéta  
fuerit in medio eorum. Tu  
ergo, fili hominis, ne timeas  
eos, neque sermones eorum  
metuas ; quoniam increduli  
& subversores sunt tecum, &  
cum scorpionibus habitas.  
Verba eorum ne timeas, &  
vultus eorum ne formides ;  
quia domus exasperans est.  
Loqueris ergo verba mea ad

eos, si fortè audiant, &  
quiescant, quoniam irritato-  
res sunt.

*R. Fili hominis. 307.*

*Lectio ij. Cap. 3.*

**E**T dixit ad me : Fili homi-  
nis, vade ad domum Is-  
raël, & loqueris verba mea  
ad eos. Non enim ad populum  
profundi sermonis & ignotæ  
linguæ, tu mittèris ad do-  
mum Israël ; neque ad po-  
pulos multos profundi ser-  
monis, & ignotæ linguæ,  
quorum non possis audire ser-  
mões : & si ad illos mittere-  
ris, ipsi audirent te. Domus  
autem Israël nolunt audire te,  
quia nolunt audire me : om-  
nis quippe domus Israël attritâ  
fronte est & duro corde. Ecce  
dedi faciem tuam valentiorem  
faciibus eorum, & frontem  
tuam duriorem frontibus eor-  
um. Ut adamantem & ut sili-  
cem dedi faciem tuam : ne  
timeas eos, neque metuas à  
facie eorum ; quia domus  
exasperans est.

*R. Ecce. 307.*

*Lectio iij.*

**F**lli hominis, speculatórem  
dedi te domui Israël, &  
audies de ore meo verbum, &  
annuntiabis eis ex me. Si di-  
cente me ad impium, Morte  
morièris, non annuntiaveris  
ei, neque locutus fueris ut  
avertatur à via sua impia, &  
vivat ; ipse impius in iniqui-  
tate sua morietur, sanguinem  
autem ejus de manu tua re-  
quiram. Si autem tu annun-  
tiaveris impio, & ille non fue-  
rit conversus ab impietate sua  
& à via sua impia ; ipse qui-  
dem in iniquitate sua morie-

tur, tu autem animam tuam liberaſti. Sed & ſi converſus juſtus à juſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo; ipſe moriétur, quia non annuntiſti ei: in peccato ſuo moriétur, & non erunt in memoria juſtitia ejus quas fecit; ſanguinem verò ejus de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaveris juſto ut non peccet juſtus, & ille non peccaverit, vivens vivet, quia annuntiſti ei; & tu animam tuam liberaſti.

R. Vivo ego. 307.

F E R I A T E R T I A.

De Ezechiële Prophéta.

Lectio j.

Cap. 9.

**G**loria Dómini Iſraël aſſumpta eſt de Cherub, quæ erat ſuper eum ad limen domûs: & vocávit virum qui indútus erat lineis, & attramentarium ſcriptóris habébat in lumbis ſuis. & dixit Dóminus ad eum: Tranſi per médiam civitatem in médio Jerúſalem, & ſigna Thau ſuper frontes virórum geméntium & doléntium ſuper cunctis abominatióibus quæ ſiunt in médio ejus. Et illis dixit, audiente me: Tranſite per civitatem ſequentes eum, & percútite: non parcat óculus veſter, neque miſereámini. Senem, adoleſcéntulum, & virginem, párvulum, & mulieres interficite uſque ad interneciónem; omnem autem ſuper quem videritis Thau, ne occidátis, & à ſanctuario meo incípite. Cœperunt ergo à viris ſenioribus qui erant ante faciẽm domûs, Et dixit

ad eos: Contamináte domum, & implete átria interfectis: egredimini. Et egreſſi ſunt, & percutiébant eos qui erant in civitate.

R. Suſcitábo. 308.

Lectio ij.

Cap. 13.

**E**T factus eſt ſermo Dómini ad me dicens: Fili hóminis, vaticináre ad prophétas Iſraël, qui prophétant; & dices prophetántibus de corde ſuo: Audíte verbum Dómini: Hæc dicit Dóminus Deus: Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpíritum ſuum, & nihil vident. Quasi vulpes in deſertis, prophætæ tui, Iſraël, erant. Non aſcendiſtis ex adverſo, neque poſuiſtis murum pro domo Iſraël, ut ſtarétis in prælio in die Dómini. Vident vana, & divinant mendácium, dicentes: Ait Dóminus, cùm Dóminus non miſerit eos: & perſeveravérunt confirmáre ſermónem. Numquid non viſiónem caſſam vididiſtis, & divinationem mendácem locúti eſtis? Et dicitis: Ait Dóminus, cùm ego non ſum locútus.

R. Liberábo. 309.

Lectio iij.

**P**ropterea hæc dicit Dóminus Deus: Quia locúti eſtis vana, & vididiſtis mendácium; ideo ecce ego ad vos, dicit Dóminus Deus. Et erit manus mea ſuper prophétas, qui vident vana & divinant mendácium: in concílio pópuli mei non erunt, & in ſcriptúra domûs Iſraël non ſcribentur, nec in terram Iſraël ingredientur; & ſciétis quia ego Dóminus Deus, Eò

quòd decéperint pópulum meum, dicentes: Pax, & non est pax: & ipse ædificábat parietem, illi autem liniébant eum luto absque páleis. Dic ad eos qui liniunt absque temperatúra, quòd casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lápides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem.

R. Congregábo. 309.

F E R I A Q U A R T A.

De Ezechiële Prophéta.

Leñtio j. Cap. 13.

**H**Æc dicit Dóminus Deus: Væ quæ cónsuunt pulvillos sub omni cúbito manús, & faciunt cervicália sub cápite universæ atátis ad capiendas ánimas: & cum cape-rent ánimas pópuli mei, vivificábant ánimas eórum. Et violábant me ad pópulum meum propter pugillum hórdei & fragmen panis, ut interficerent ánimas quæ non moriuntur, & vivificarent ánimas quæ non vivunt, mentientes pópulo meo credenti mendáciis. Propter hoc, hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego ad pulvillos vestros quibus vos cápitis ánimas volantes, & dirumpam eos de bráchiis vestris; & dimittam ánimas quas vos cápitis, ánimas ad volandum. Et dirumpam cervicália vestra, & liberábo pópulum meum de manu vestra, neque erunt ultra in mânibus vestris ad prædandum; & sciétis quia ego Dóminus.

R. Fili hóminis. 307.

Leñtio ij. Cap. 14.

**H**Æc dicit Dóminus Deus: Homo, homo de domo Israël, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scándalum iniquitátis suæ statuerit contra faciẽm suam, & vénerit ad prophétam interrogans per eum me; ego Dóminus respondébo ei in multitudĩne immunditiárum suárum, ut capiátur domus Israël in corde suo, quo recesserunt à me in cunctis idólis suis. Propterea dic ad domum Israël: Hæc dicit Dóminus Deus: Convertimini, & recédite ab idólis vestris, & ab universis contaminatióibus vestris avértite facies vestras. Quia homo, homo de domo Israël, & de profélytis quicumque advena fuerit in Israël, si alienátus fuerit à me, & posuerit idóla sua in corde suo, & scándalum iniquitátis suæ statuerit contra faciẽm suam, & vénerit ad prophétam, ut interroget per eum me; ego Dóminus respondébo ei per me.

R. Ecce. 307.

Leñtio iij.

**E**T prophéta cum erráverit, & locútus fuerit verbum, ego Dóminus decépi prophétam illum, & extendam manum meam super illum, & delébo eum de médio pópuli mei Israël. Et portábunt iniquitatem suam: juxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophætæ erit; ut non erret ultra domus Israël à me, neque polluátur in universis prævaricatióibus suis,

sed sint mihi in pópulum , & ego sim eis in Deum , ait Dóminus exercituum. Et factus est sermo Dómini ad me , dicens : Fili hóm̄inis , terra cum peccáverit mihi , ut prævaricétur prævaricans , extendam manum meam super eam , & cónteram virgam panis ejus , & immittam in eam famem , & interficiam de ea hóm̄inem & jumentum.

*R.* Vivo ego. 307.

FERIA QUINTA.

De Ezechiële Prophéta.

*Lectio j.* Cap. 18.

**E**Cce omnes ánimã meã sunt ; ut ánima patris , ita & ánima filii mea est : ánima quã peccáverit , ipsa moriétur. Et vir si fuerit justus , & fécerit iudiciũ & justitiam , in móntibus non coméderit , & óculos suos non leváverit ad idóla domũs Israël , & uxórem próximi sui non violáverit , & ad mulierem menstruátam non accésserit , & hóm̄inem non contristáverit ; pignus debitorĩ reddiderit , per vim nihil rapúerit ; panem suum esurienti déderit , & nudum operúerit vestimento ; ad usúram non commodáverit & ampliũ non accéperit ; ab iniquitate avérterit manum suam , & iudiciũ verum fécerit inter virum & virum ; in præceptis meis ambuláverit , & iudicia mea custodierit ut faciat veritatem : hic justus est , vita vivet : ait Dóminus Deus.

*R.* Suscitábo super oves meas. 308.

*Lectio ij.*

**Q**Uòd si genuerit filium patrónem effundentem sanguinem , & fécerit unum de istis ; & hæc quidem ómnia non facientem , sed in móntibus comedentem , & uxórem próximi sui pollutentem , egénũ & páuperem contristantem , rapientem rapinas , pignus non reddentem , & ad idóla levantem óculos suos , abominatióem facientem ; ad usúram dantem , & ampliũ accipientem ; numquid vivet ? Non vivet ; cum universa hæc detestanda fécerit , morte moriétur ; sanguis ejus in ipso erit. Quòd si genuerit filium , qui videns ómnia peccáta patris sui , quã fecit , timúerit ; & non fécerit simile eis , super montes non coméderit , & óculos suos non leváverit ad idóla domũs Israël , & uxórem próximi sui non contristáverit , pignus non retinúerit , & rapinam non rapúerit ; panem suum esurienti déderit , & nudum operúerit vestimento , à páuperis injuriã avérterit manum suam , usúram & superabundantiam non accéperit , iudicia mea fécerit , in præceptis meis ambuláverit : hic non moriétur in iniquitate patris sui , sed vitã vivet.

*R.* Liberábo oves meas de ómnibus. 309.

*Lectio iij.*

**A**Nima quã peccáverit , ipsa moriétur. Filius non portábit iniquitatem patris , & pater non portábit iniquitatem filii : justitia justi super eum erit , & impietas im-

prius erit super eum. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam; vitâ vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum ejus quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua quam operatus est, vivet. Numquid voluntatis meæ est mors impii, dicit Dóminus Deus; & non ut convertatur à viis suis, & vivat?

R. Congregabo. 309.

F E R I A S E X T A.

De Ezechiële Prophéta.

Lectio j. Cap. 33.

**D**ic ad domum Israël: Vivo ego, dicit Dóminus Deus; nolo mortem impii, sed ut convertatur impius à via sua, & vivat. Convertimini, convertimini à viis vestris péssimis: & quare moriemini, domus Israël? Tu itaque, fili hóminis, dic ad filios pópuli tui: Iustitia iusti non liberabit eum in quacumque die peccaverit; & impietas impii non nocébit ei in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua: & iustus non poterit vivere in iustitia sua, in quacumque die peccaverit. Etiam si dixeró iusto quòd vitâ vivat, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem; omnes iustitiæ ejus oblivióni tradentur, & in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixeró impio: Morte morieris; & egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritque iudicium &

iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quidquam injustum, vitâ vivet, & non morietur.

R. Fili hóminis. 307.

Lectio ij. Cap. 34.

**H**æc dicit Dóminus Deus: Vix pastoribus Israël qui pascébant semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebátis, & lanis operiebámini, & quod crassum erat occidebátis; gregem autem meum non pascébátis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod agrórum non sanastis; quod fractum est non alligástis, & quod abjectum est non reduxistis, & quod perierat non quæstistis; sed cum austeritate imperabátis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oves meæ, eò quòd non esset pastor; & factæ sunt in devoratióem omnium bestiárum agri, & dispersæ sunt. Erraverunt greges mei in cunctis montibus & in universo colle excelsó, & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei; & non erat qui requireret: non erat, inquam, qui requireret. R. Ecce. 307.

Lectio iij.

**P**ropterea, pastores, audite verbum Dómini: Vivo ego, dicit Dóminus Deus: quia pro eo quòd facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devoratióem omnium bestiárum agri, eò quòd non esset pastor; neque enim quæsierunt pastores mei gregem meum, sed pascébant

pastóres semetipfos, & greges meos non pascébant : própterea, pastóres, audite verbum Dómini : Hæc dicit Dóminus Deus : Ecce ego ipse super pastóres, requiram gregem meum de manu eórum, & cessáre faciám eos ut ultrà non pascant gregem nec pascant ampliùs pastóres semetipfos ; & liberábo gregem meum de ore eórum, & non erit ultrà eis in escam. Quia hæc dicit Dóminus Deus : Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitábo eas. Sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in médio óvium suárum dissipatárum ; sic visitábo oves meas, & liberábo eas de ómnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis.

*R.* Vivo ego. 307.

S A B B A T O.

De Ezechiéle Prophéta.

*Lectio j.* Cap. 34.

**H**Æc dicit Dóminus Deus ad vos : Ecce ego ipse júdico inter pecus pingue & macilentum ; pro eò quòd latéribus & húmeris impingebátis, & cónibus vestris ventilabátis ómnia infirma pécora ; donec dispergerentur foràs : salvábo gregem meum, & non erit ultrà in rapinam ; & judicábo inter pecus & pecus. Et suscitábo super eas pastórem unum, qui pascat eas, servum meum David : ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastórem. Ego autem Dóminus ero eis in Deum, & servus meus David princeps in médio eórum : ego Dóminus locútus sum.

[ *Si fiat de Sabbato, RESURSUMENIUR* è II. Nocturno Dominica precedentis. ]

*Lectio ij.*

Cap. 36.

**P**Eperci nómini sancto meo quod pollúerat domus Israël in géntibus, ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui Israël : Hæc dicit Dóminus Deus : Non propter vos ego faciám, domus Israël, sed propter nomen sanctum meum quod polluistis in géntibus, ad quas intraistis. Et sanctificábo nomen meum magnum, quod pollútum est inter gentes, quod polluistis in médio eárum ; ut sciant gentes quia ego Dóminus, ait Dóminus exercituum, cum sanctificátus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de géntibus, & congregábo vos de univérsis terris, & addúcam vos in terram vestram.

*Lectio iij.*

**E**T effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab ómnibus inquinamentis vestris ; & ab univérsis idólis vestris mundábo vos. Et dabo vobis cor novum, & spíritum novum ponam in médio vestri : & auferam cor lapídeum de carne vestra, & dabo vobis cor cárneum. Et Spíritum meum ponam in médio vestri ; & faciám ut in præceptis meis ambulétis, & júdicia mea custodiátis & operémini. Et habitábitis in terra quam dedi patribus vestris ; & éritis mihi in pópulum, & ego ero vobis in Deum. Et salvábo vos ex univérsis inquinamentis vestris.

DOMINICA XV.  
post Pentecosten.

IN VESPERIS Sabbati,  
Ad Magnificat. Ant. 7. a.  
Anánias, & Azárias, & Mi-  
sael credentes, liberáti sunt  
de flamma. Dániel in sua sim-  
plicitate liberátus est de ore  
leónum. 1. Mach. 2.

Oratio, ut infra ad Lau-  
des.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Daniélis Pro-  
pheta.

Lectio j. Cap. 1.

**A**Nno tertio regni Joá-  
kim regis Juda, venit  
Nabuchodónosor rex  
Babylónis in Jerúsalem, &  
obsedit eam; & tradidit Dó-  
minus in manu ejus Joákim  
regem Juda, & partem vasó-  
rum domús Dei; & asportá-  
vit ea in terram Sennaar in  
domum dei sui, & vasa ín-  
tulit in domum thesauri dei  
sui. Et ait rex Asphenez præ-  
posito eunuchórum, ut intro-  
duceret de filiis Israël, & de  
femine régio & tyrannórum,  
púeros in quibus nulla esset  
mácula, decóros formâ, &  
eruditos omni sapiéntiâ, cau-  
tos sciéntiâ, & doctos disci-  
plinâ, & qui possent stare in  
palátio regis, ut doceret eos  
litteras & linguam Chaldæó-  
rum. Et constituit eis rex an-  
nónam per singulos dies de  
cibus suis, & de vino unde  
bibébat ipse; ut enutríti tri-  
bus annis, postea starent in  
conspectu regis. Fuérunt ergo  
inter eos de filiis Juda, Dá-  
niel, Anánias, Misael & Azá-  
rias. Et impósuit eis præpósi-  
tus eunuchórum nómína: Da-

niéli, Baltassar; Anánia, Si-  
drach; Misaeli, Misach; &  
Azária, Abdénago.

R. Sit nomen Dómini be-  
nedictum; quia sapiéntia &  
fortitúdo ejus sunt. \* Ipse re-  
velat abscondita, & novit in  
ténébris constituta; & lux  
cum eo est. *Ps.* Dei sapiéntiam  
quæ abscondita est, nemo  
principum hujus sæculi cognó-  
vit; nobis autem revelávit  
Deus. \* Ipse revelat. *Dan. 2.*  
*1. Cor. 2.*

Lectio ij.

**P**ROPÓSUIT autem Dániel in  
corde suo, ne polluerétur  
de mensa regis, neque de vino  
potus ejus; & rogávit eunu-  
chórum præpósitum, ne conta-  
minarétur. Dedit autem Deus  
Daniéli grátiam & misericór-  
diam in conspectu principis  
eunuchórum. Et ait princeps  
eunuchórum ad Daniélem:  
Timeo ego dóminum meum  
regem, qui constituit vobis  
cibum & potum; qui, si ví-  
derit vultus vestros macilen-  
tiores præ céteris adolescén-  
tibus coævis vestris, condem-  
nábitis caput meum regi. Et  
dixit Dániel ad Málasar,  
quem constitúerat princeps  
eunuchórum super Daniélem,  
Anániam, Misael & Azá-  
riam: Tenta nos, óbscuro,  
servos tuos diébus decem, &  
dentur nobis legúmina ad ves-  
cendum, & aqua ad biben-  
dum; & contempláre vultus  
nostros, & vultus puerórum  
qui vescuntur cibo régio; &  
sicut videris, fácies cum ser-  
vis tuis. Qui, audíto sermó-  
ne hujuscémodi, tentávit eos  
diébus decem. Post dies autem

decem , apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio.

R. Fuerunt in palatio regis Babylónis de filiis Iuda , Daniël , Anánias , Misael & Azárias. Et \* Proposuit Daniël in corde suo , ne pollueretur de mensa regis , neque de vino potus ejus. V. Qui secundum carnem sunt , quæ carnis sunt , sapiunt ; qui verò secundum spiritum sunt , quæ sunt spiritus , sentiunt. \* Proposuit. *Dan. 1. Rom. 8.*

*Lectio iij.*

PORRO Malafar tollebat cibaria & vinum potus eorum ; dabatque eis legumina. Pueris autem his dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia ; Daniéli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum. Complétis itaque diebus , post quos dixerat rex ut introducerentur ; introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor. Cumque eis locutus fuisset rex , non sunt inventi tales de universis ut Daniel , Anánias , Misael & Azárias ; & steterunt in conspectu regis : & omne verbum sapientie & intellectus , quod sciscitatus est ab eis rex , invenit in eis decuplum super cunctos ariolos & magos qui erant in universo regno ejus. Fuit autem Daniël usque ad annum primum Cyri regis.

R. Apparuerunt vultus eorum meliores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. \* Pueris his dedit Deus

scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia ; Daniéli autem intelligentiam omnium visionum. V. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientie , alii sermo scientie secundum eundem Spiritum , alii interpretatio sermonum. \* Pueris. Glória Patri. \* Pueris his dedit Deus. *Dan. 1. 1. Cor. 12.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Ambrósii  
Episcopi.

*De Off. Minist. Lib. 2. C. 10.*

¶ II.

*Lectio iv.*

DANIËL ex captivis , regalium consultorum arbiter factus , consiliis suis emendavit presentia , annuntiavit futura. Ex his enim quæ frequenter interpretatus ostenderat veri se esse annuntium , fides ei in omnibus deferebatur. Quis Daniélis consilium refugeret , de quo Deus ipse dixit : Quis Danièle sapientior ? Aut quomodo homines de eorum dubitare mentibus possent , quibus Deus tantam conferbat gratiam ? Quam purus Daniélis animus , ut mulceret barbaros mores , mitigaret leones ! quæ in illo temperantia ! quanta animi & corporis continentia ! Nec immerito mirabilis factus omnibus , quando ( quod vehementer admirantur homines ) regalibus fultus amicitiiis , aurum non quærerat , nec delatum sibi honorem pluris faciebat quam fidem. Quinetiam periclitari malebat pro lege Domini , quam pro gratia hominis infecti.

R. Loquens rex, ait Daniél: \* Verè Deus vester Deus deorum est, & Dóminus regum, & revélans mystéria; quóniam tu potuisti aperire sacramentum. *Ps.* Animális homo non percipit ea quæ sunt Spíritus Dei; stultitia enim est illi, & non potest intelligere. \* Verè Deus vester.

*Dan. 2. 1. Cor. 2.*

*Lib. 3. de Spiritu sancto. C. 6.*

*Lectio v.*

**P**ER Spíritum datur sermo sapientiæ. Dániel, nisi accepisset Dei Spíritum, nunquam potuisset deprehendere adulterium libidinis, mendacium fraudis. Nam cum Susanna presbyterorum conjurationibus appetita, inflexam populi mentem vidéret contemplatione seniórum; & ómnibus destituta subsidiis, sola inter hómines pudicitia suæ conscia Deum árbitrum precaréur: Exaudivit, inquit, Dóminus vocem ejus, cum duceretur ut periret; & excitávit Dóminus spíritum sanctum púeri adolescentis, cui nomen Dániel. Itaque secundum accepti Spíritus sancti grátiam, vacillántia perfidórum testimónia deprehendit: neque enim ália nisi divínæ fuit operatio potestátis, ut eos vox sua próderet, quórum latébat affectus. Ac ne quis fortè existimet, quia, dicente Scriptúra, Excitávit Deus spíritum sanctum púeri adolescentis, spíritum in eo putet fuisse hóminis, non Spíritum sanctum; legat in postérioribus, & invéniet quia Spíritum sanctum accepit Dá-

niel, & idéo prophetávit. Dénique & rex cum pratulit, quia habébat grátiam spiritalém. Sic enim dicit: Tu autem, Dániel, potes; quia Spíritus sanctus Dei in te est. Et infra Scriptúra dicit: Et fuit Dániel præpósitus illis; quóniam Spíritus erat superans in eo.

R. Exclamávit Susanna, & dixit: Deus æterne, qui absconditórum es cónitor, tu scis quóniam falsum testimónium tulérunt contra me; & ecce mórior. \* Exaudivit autem Dóminus vocem ejus. *Ps.* Deus qui justificat, quis est qui condemnet? \* Exaudivit autem Dóminus. *Dan. 13. Rom. 8.*

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

*In Ep. Joan. Tract. 8. Cap. 4.*

*num. 7.*

*Lectio vj.*

**I**NTÉNDITE quid dicam. Hómo, agnosce eum qui supra te est, ut agnoscant te quæ infra te sunt. Ideò cum Dániel agnovisset supra se Deum, agnovérunt illum supra se leones. Si autem non agnoscis illum qui supra te est, superiorem contemnis, subderis inferiori. Propterea superbia Ægyptiórum unde dómita est? De ranis & muscis. Póterat Deus & leones mittere; sed áliquis magnus leone terrendus est. Quánto illi erant superbióres, tantò de rebus contempribilibus & abjectis fracta est eórum cervix mala. Sed Daniélem agnovérunt leones, quia ille subditus Deo erat. Quid! Már-

tyres qui ad bêstias pugnâverunt, & ferarum mórribus lacerati sunt, non erant sub Deo? Aut erant servi Dei tres viri, & non erant servi Dei Machabæi? Agnóvit ignis servos Dei tres viros, quos non ussit, quorum nec vestimenta corrúpit: & non agnóvit Machabæos? Agnóvit Machabæos: sed opus erat quodam flagello; permittente Dómino, qui dixit in Scriptúra: Flagellat omnem filium quem récipit. Visibíliter quosdam visus est deseruisse, quosdam visus est eripuisse. Ideò quosdam eripuit, ne putes illum non potuisse eripere. Testimónium dedit, quia potest; ut ubi non facit, secretiorem intélligas voluntátem, non suspicéris difficultátem.

R. Benedictus Deus, qui misit Angelum suum, & éruit servos suos qui crediderunt in eum: \* Et † Tradiderunt cõpora sua, ne adorarent omnem deum, excepto Deo suo. † Per fidem obturaverunt ora léonum, extinxerunt ímpetum ignis, \* Et. Glória Patri. † Tradiderunt cõpora sua, ne adorarent. *Dan. 3. Hebr. 11.*

IN III. NOCTURNO.  
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 7.

**I**N illo tempore; Ibat Jesus in civitatem quæ vocatur Naïm; & ibant cum eo discipuli ejus, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini  
Episcopi.

Serm. 98. de verbis Evangelii.  
Luc. 7. Cap. 4.

**V**ideamus quid Christus nos discere voluit in tribus mortuis quos suscitavit. Resuscitavit filiam mortuam Archisynagogi, ad quam ægrotantem petebatur ut eam de ægritudine liberaret. Excitavit & hunc juvenem viduæ filium, de quo nunc admóniti sumus; ut hinc ista quæ ipse largiri dignatur, cum vestra caritate loqueretur. Modò audistis quomodo excitatus est. Appropinquabat Dóminus civitati: & ecce efferebatur mortuus jam extra portam. Misericordiâ commotus quòd flebat mater vidua, & destituta único filio, fecit quod audistis, dicens: Adolescens, tibi dico, Surge. Surrexit ille mortuus, cepit loqui; & reddidit illum matri suæ. Excitavit & Lázarus de sepulcro.

R. Defunctus efferebatur filius unicus matris suæ; & hæc vidua erat. Quam cum vidisset \* Dóminus, misericordiâ motus super eam, dixit illi: Noli flere. † Non despiciet Dóminus viduam, si effundat loquélam gémitus. \* Dóminus. *Luc. 7. Eccli. 35.*

Lectio viij. Cap. 5.

**I**sta tria gênera mortuorum sunt tria gênera peccatorum, quos hodieque suscitavit Christus. Illa enim mortua filia Archisynagogi intus erat in domo; nondum erat de secretis parietibus elata in publicum. Ibi intus suscitata est,

est, viva paréntibus réddita. Iste autem jam quidem non in domo, sed tamen nondum in sepulcro; paríeribus elátus erat, terræ mandátus non erat. Qui suscitávit mórtuam nondum elátam, suscitávit mórtuum jam elátum, nondum sepultum. Tértium restábat, ut & sepultum suscitáret; & hoc fecit in Lázaro.

¶ Accessit Jesus, & tétigit lóculum; hi autem qui portábant, steterunt. Et \* Ait: Adolescens, tibi dico, Surge. Et resédit qui erat mórtuus. ¶ Deus noster, Deus salvos faciendi; & Dómini Dómini éxitus mortis. \* Ait. *Luc. 7. Pf. 67.*

*Lectio ix. Cap. 7.*

**H**Æc ergo, caríssimi, sic Haudiámus, ut qui vivunt vivant; qui mórtui sunt, reviviscant. Sive adhuc peccátum in corde conceptum est, & non processit in factum; pœniteat, corrigátur cogitatio, surgat mórtuus intrâ domum conscientíæ. Sive jam quod cogitávit, admísit; nec sic desperétur. Non surrexit mórtuus intus, surgat elátus. Pœniteat facti; de próximo reviviscat: non erat in profundum sepultúre; non accípiat désuper consuetúdinis molem. Sed fortè jam illi loquor, qui jam duro sui moris lapide præmitur, qui jam urgetur consuetúdinis pøndere, qui jam quatríduanus putet; nec ipse desperet: profundus mórtuus est; sed altus est Christus. Novit clamando terréna ónera rumpere, novit intrínsecus per seipsum vivifi-

MIR. Pars Æstiva.

cäre, solvendum discíplis trádere. Agant étiam tales pœniténtiam; neque enim Lázaro resuscitato post quatríduum ullus putor in vivente remánserat. Ergo qui vivunt, vivant: quicumque autem mórtui sunt, in quacumque harum trium morte se invénierint, agant ut celériter jam resurgant.

¶ Magnus es, Dómine, in æternum, \* Et † In ómnia sécula regnum tuum; quóniam tu flagellas & salvas, dedícis ad inferos & redúcis. ¶ Magna & mirabilia sunt ópera tua, Dómine Deus. \* Et. Glória Patri. † In ómnia. *Tob. 13. Apoc. 15.*

*Ad Benedictus. Ant. 2. D.* Qui erat mórtuus, cœpit loqui; & dedit illum Jesus matri suæ. *Luc. 7.*

*Oratio.*

**E**Cclésiám tuam, Dómine, miserátio continuáta mundet & múniat: &, quia sine te non potest salva consistere, tuo semper múnere gubernétur; Per Dóminum.

*Ad Magnificat. Ant. 1. D.* Accépit omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: Quia Prophéta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitávit plebem suam. *Luc. 7.*

FERIA SECUNDA.

De Daniéle Prophéta.

*Lectio j. Cap. 2.*

**I**N anno secundo regni Nabuchodónosor, vidit Nabuchodónosor sòmnum, & contérritus est spíritus ejus, & sòmnum ejus fugit ab eo. Præcépit autem rex ut convocarentur arioli, & magi, &

X

maléfici, & Chaldæi, ut indicarent regi sòmnia sua: qui cum venissent, steterunt coram rege. Et dixit ad eos rex: Vidi sòmnum, & mente confusus ignoro quid viderim. Responderuntque Chaldæi regi Syriacè: Rex, in sempiternum vive; dic sòmnum servis tuis, & interpretationem ejus indicabimus. Et respondens rex, ait Chaldæis: Sermo recessit à me; nisi indicaveritis mihi sòmnum, & conjecturam ejus, peribitis vos, & domus vestræ publicabuntur: si autem sòmnum & conjecturam ejus narraveritis, præmia, & dona, & honorem multum accipietis à me.

*R.* Sit nomen. 317.

*Lectio ij.*

**R**espondentes ergo Chaldæi coram rege, dixerunt: Non est homo super terram qui sermònem tuum, rex, possit implere; sed neque regum quisquam magnus & potens verbum hujuscemodi sciscitatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo: sermo enim quem tu quæris, rex, gravis est; nec reperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis, exceptis diis quorum non est cum hominibus conversatio. Quo audito, rex in furóre & in ira magna præcepit ut perirent omnes sapientes Babylónis. Et egressâ sententiâ, sapientes interficiebantur; quærebanturque Dániel & socii ejus, ut perirent. Tunc Dániel requisivit de lege atque sententiâ ab Arioch príncipe militiæ regis.

*R.* Fuérunt. 318.

*Lectio iij.*

**C**um ergo rem indicasset Arioch Daniéli, Dániel ingressus rogávit regem, ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Et ingressus est domum suam: Ananiæque, & Misaéli, & Azariæ sociis suis indicavit negotium, ut quærerent misericordiam à facie Dei cœli super sacramento isto, & non perirent Dániel & socii ejus, cum ceteris sapientibus Babylónis. Tunc Daniéli mysterium per visionem nocte revelatum est: & benedixit Dániel Deum cœli. Et locutus, ait: Sit nomen Dómini benedictum à sæculo & usque in sæculum; quia sapientia & fortitudo ejus sunt, & ipse mutat tempora & ætates, transfert regna atque constituit; dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse revêlat profunda & abscondita, & novit in tenebris constituta; & lux cum eo est. Tibi, Deus patrum nostrorum, confiteor, teque laudo; quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi: & nunc ostendisti mihi quæ rogávimus te, quia sermònem regis aperuisti nobis.

*R.* Apparuerunt. 318.

FERIA TERTIA.

De Danièle Propheta.

*Lectio j.* Cap. 2.

**D**aniel ingressus ad Arioch quem constituerat rex ut perderet sapientes Babylónis, sic ei locutus est: Sapientes Babylónis ne perdas; intróduc me in conspectu regis, & solutionem

regi narrâbo. Tunc Arioch festinus introduxit Daniëlem ad regem, & dixit ei: Inveni hómìnem de filiis transmigratiónis Juda, qui solutió- nem regi annúntiet. Respondit rex, & dixit Daniéli cujus nomen erat Baltassar: Putasne verè potes mihi indicâre sòm- nium quod vidi, & interpre- tatió- nem ejus? Et respondens Dániel coram rege, ait: My- stérium quod rex intérogat, sapientes, magi, arioli & arúspices néqueunt indicâre regi; sed est Deus in cœlo revélans mystéria, qui indi- cavit tibi, rex Nabuchodó- nosor, quæ ventúra sunt in novíssimis temporibus.

R. Loquens rex, 319.

Lectio ij.

**T**U, rex, vidébas, & ecce quasi státua una grandis, státua illa magna; & státurâ sublimis stabat contra te, & intúitus ejus erat terribilis. Hujus státuæ caput ex aurò óptimo erat; pectus autem & bráchia de argento: porrò venter & sémora ex aere; tibíæ autem ferreæ; pedum quæ- dam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Vidébas ita, donec abscissus est lapis de monte sine má nibus, & per- cussit státuam in pedibus ejus ferreis & fictilibus, & commi- nuit eos. Tunc contríta sunt páriter ferrum, testá, æs, argentum, & aurum; & redacta quasi in favillam æstivæ áreæ, quæ rapta sunt vento; nullusque locus inventus est eis: lapis autem qui percússe- rat státuam, factus est mons magnus, & implévit uni-

versam terram Hoc est sòm- nium.

R. Exclamávit. 319.

Lectio iij.

**I**nterpretatió- nem quoque ejus dicémus coram te, rex. Tu rex regum es; & Deus cœli regnum, & fortitúdi- nem, & impérium, & gló- riam dedit tibi: & ómnia in quibus hábitant filii hómì- num, & béstíæ agri, vólucres quoque cœli dedit in manu tua, & sub ditió- ne tua uni- versa constituit: tu es ergo caput áureum. Et post te consurget regnum áliud mi- nus te, argénteum. Et regnum tertium áliud, areum, quod imperábit universæ terræ. Et regnum quartum erit volut ferrum; quómódò ferrum commínuit & domat ómnia, sic commínet & cónteret ómnia hæc. Porrò quia vidisti pedum & digitorum partem testæ figuli, & partem fer- ream; regnum divisum erit, quod tamen de plantário ferrí oriétur, secundum quod vidi- sti ferrum mistum testæ ex luto. Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles; ex parte regnum erit sólidum, & ex parte contri- tum. Quód autem vidisti fer- rum mistum testæ ex luto, commiscebuntur quidem hu- máno sémine, sed non ad- hærebunt sibi, sicuti ferrum miscéri non potest testæ. In diébus autem regnórum illó- rum suscitábit Deus cœli reg- num quod in æternum non dissipábitur; & regnum ejus áleri pópulo non tradétur: commínet autem & consu-

met uniuersa regna hæc ; & ipsum stabit in æternum.

R. Benedictus Deus , qui misit. 320.

FERIA QUARTA.

De Danièle Propheta.

*Lectio j.* Cap. 3.

**N**abuchodónosor rex fecit státuam áuream , altitudine cubitorum sexaginta , latitudine cubitorum sex , & státuit eam in campo Dura provinciæ Babylónis. Itaque Nabuchodónosor rex misit ad congregandos satrapas , magistrátus & júdices , duces & tyrannos , & præfectos , omnesque principes regiónum , ut convenirent ad dedicatióem státuæ quam eréxerat Nabuchodónosor rex. Tunc congregati sunt satrapæ , magistrátus & júdices , duces & tyranni , & optimates qui erant in potestátibus constituti , & uniuersi principes regiónum , ut convenirent ad dedicatióem státuæ quam eréxerat Nabuchodónosor rex. Stabant autem in conspectu státuæ quam posuerat Nabuchodónosor rex ; & præco clamabat valenter : Vobis dicitur pópulis , tribubus & linguis : In hora quâ audieritis sônitum tubæ , & fistulæ , & citharæ , sambucæ , & psalterii , & symphoniæ , & uniuersi generis musicorum , cadentes adoráte státuam áuream quam constituit Nabuchodónosor rex. Si quis autem non prostrátus adoráverit , eadem horâ mittétur in fornacem ignis ardentis.

R. Sit nomen Dómini benedictum. 317.

*Lectio ij.*

**S**tattimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusaverunt Judæos , dixeruntque Nabuchodónosor regi : Rex , in æternum vive ; tu , rex , posuisti decretum , ut omnis homo qui audierit sônitum tubæ , fistulæ , & citharæ , sambucæ , & psalterii , & symphoniæ , & uniuersi generis musicorum , prosternat se , & adoret státuam áuream ; si quis autem non præcédens adoráverit , mittátur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Judæi quos constituiti super ópera regiónis Babylónis ; Sidrach , Misach , & Abdénago : viri isti contempserunt , rex , decretum tuum ; deos tuos non colunt ; & státuam áuream quam erexisti , non adorant. Tunc Nabuchodónosor in furóre & in ira præcepit ut adducerentur Sidrach , Misach & Abdénago ; qui confestim adducti sunt in conspectu regis. Pronuntiansque Nabuchodónosor rex , ait eis : Verène , Sidrach , Misach & Abdénago , deos meos non colitis ; & státuam áuream quam constitui , non adoratis ?

R. Fuérunt. 318.

*Lectio iij.*

**R**espondentes Sidrach , Misach & Abdénago , dixerunt regi Nabuchodónosor : Non oportet nos de hac re respondere tibi ; ecce enim Deus noster quem colimus , potest eripere nos de camino ignis ardentis , & de manibus tuis , ó rex , liberare. Quod si noluerit , notum sit tibi rex ,

quia deos tuos non colimus; & statuam auream quam crexisti, non adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore; & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach & Abdénago: & præcepit ut succenderetur fornax septuplum quam succendi consueverat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit; ut, ligatis pedibus Sidrach, Misach & Abdénago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim viri illi vincti cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis; nam iussio regis urgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porro viros istos qui miserant Sidrach, Misach & Abdénago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach & Abdénago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Domino.

R. Apparuerunt. 318.

FERIA QUINTA.

De Danièle Propheta.

Lectio j. Cap. 3.

**N**abuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimatibus suis: Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi, dixerunt: Verè, rex. Respondit, & ait: Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis; & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio

Dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrach, Misach & Abdénago, servi Dei excelsi, egredimini, & venite. Statimque egressi sunt Sidrach, Misach & Abdénago de medio ignis. Et congregati satrapæ, & potentes regis, contemplantantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, & sarabala eorum non fuissent immutata, & odor ignis non transisset per eos.

R. Loquens rex. 319.

Lectio ij.

**E**terumpens Nabuchodonosor, ait: Benedictus Deus eorum, Sidrach, videlicet, Misach & Abdénago, qui misit Angelum suum, & eruit servos suos qui crediderunt in eum: & verbum regis immutaverunt, & tradiderunt corpora sua, ne servirent, & ne adorarent omnem deum, excepto Deo suo. A me ergo positum est hoc decretum: Ut omnis populus, tribus, & lingua, quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach & Abdénago, dispereat, & domus ejus vastetur; neque enim est alius Deus qui possit ita salvare.

R. Exclamavit. 319.

Lectio iij.

**T**unc rex promovit Sidrach, Misach & Abdénago in provincia Babylonis. Nabuchodonosor rex, omnibus populis, gentibus & linguis, qui habitant in universa

terra : Pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus : placuit ergo mihi prædicare signa ejus , quia magna sunt : & mirabilia ejus , quia fortia ; & regnum ejus , regnum sempiternum ; & potestas ejus in generationem & generationem.

*R.* Benedictus Deus. 320.

F E R I A S E X T A.

De Danièle Propheta.

*Lectio j.* Cap. 4.

**D**aniel cujus nomen Baltassar, cœpit intrâ semetipsum tacitus cogitare quasi unâ horâ , & cogitationes ejus conturbabant eum. Respondens autem rex , ait : Baltassar , somnium & interpretatio ejus non conturbent te. Respondit Baltassar , & dixit : Domine mi , somnium his qui te odérunt , & interpretatio ejus hostibus tuis fit. Arborem quam vidisti sublimem atque robustam , cujus altitudo pertingit ad cœlum , & aspectus illius in omnem terram , & rami ejus pulcherrimi , & fructus ejus nimius , & esca omnium in ea ; subter eam habitantes bestia agrî , & in ramis ejus commorantes aves cœli : tu es rex qui magnificatus es , & invaluisti ; & magnitudo tua crevit & pervenit usque ad cœlum ; & potestas tua in terminos universæ terræ.

*R.* Sit nomen. 317.

*Lectio ij.*

**Q**uod autem vidit rex Vigilem & sanctum descendere de cœlo , & dicere ,

Succidite arborem , & dissipate illam ; attamen germen radicem ejus in terra dimittite. Et vinciaturo ferro & ære in herbis foris , & rore cœli conspergatur , & cum feris sit pabulum ejus , donec septem tempora mutentur super eum : hæc est interpretatio sententiæ Altissimi , quæ pervenit super dominum meum regem. Ejectent te ab hominibus , & cum bestiis ferisque erit habitatio tua ; & scœnum ut bos comedes , & rore cœli infunderis : septem quoque tempora mutabuntur super te , donec scias quod dominetur Excelsus super regnum hominum ; & cuicumque voluerit , det illud.

*R.* Fuérunt. 318.

*Lectio iij.*

**Q**uod autem præcepit ut relinqueretur germen radicem ejus , id est , arboris : regnum tuum tibi manebit , postquam cognoveris potestatem esse cœlestem. Quamobrem , rex consilium meum placeat tibi ; & peccata tua elemosynis redime , & iniquitates tuas misericordiis pauperum : forsitan ignoscet delictis tuis. Omnia hæc venerunt super Nabuchodonosor regem.

*R.* Apparuerunt. 318.

S A B B A T O.

De Danièle Propheta.

*Lectio j.* Cap. 5.

**B**altassar rex fecit grande convivium optimatibus suis mille ; & unusquisque secundum suam bibebat ætatem. Præcepit ergo jam temulentus , ut afferrentur vasa aurea & argentea , quæ

asportáverat Nabuchodóno-  
for pater ejus de templo quod  
fuit in Jerúsalem, ut biberent  
in eis rex & optimátes ejus,  
uxoresque ejus & concubinæ.  
Tunc alláta sunt vasa áurea  
& argétea, quæ asportáve-  
rat de templo quod fúerat in  
Jerúsalem; & bibérunt in eis  
rex, & optimátes ejus, uxó-  
res & concubinæ illius. Bibé-  
bant vinum, & laudábant  
deos suos áureos & argéteos,  
æreos, férreos, ligncosque &  
lapídeos. In eádem horâ appa-  
ruérunt dígiti, quasi manus  
hómínis scribentis contra can-  
delábrum in superficie parietis  
aulæ régiæ: & rex aspi-  
ciébat articulos manús scri-  
bentis. Tunc faciés regis com-  
mutáta est, & cogitatiónes  
ejus conturbábant eum, &  
compáges renum ejus solve-  
bantur, & génuá ejus ad se  
ínvicem collidebantur.

[*Si fiat de Sabbato, R. R. R. R. R.*  
*sumentur è II. Nocturno Do-*  
*minica præcedentis.*]

*Lectio ij.*

**I**Gitur introductus est Dá-  
niel coram rege. Ad quem  
præfátus rex ait: Tu es Dániel  
de filiis captivitátis Judæ,  
quem adduxit pater meus rex  
de Judæa? Audívi de te quón-  
iam spíritum deórum há-  
beas; & sciéntia, intelligen-  
tiaque, ac sapiéntia ampliòres  
inventæ sunt in te. Et nunc  
introgessi sunt in conspectu  
meo sapientes magi, ut scrip-  
túram hanc légerent, & inter-  
pretatiónem ejus indicárent  
mihi; & nequívérunt sensum  
hujus sermónis edícere. Porrò  
ego audívi de te, quòd possis

obscura interpretári, & ligá-  
ta dissolvere: si ergo vales  
scriptúram légere, & inter-  
pretatiónem ejus indicáre  
mihi, púrpurá vestiéris, &  
torquem áuream circa collum  
tuum habébis, & tértius in  
regno meo princeps eris. Ad  
quæ respondens Dániel, ait  
coram rege: Múnera tua sint  
tibi, & dona domús tuæ  
álteri da: scriptúram autem  
legam tibi, rex, & interpre-  
tatiónem ejus ostendam tibi.

*Lectio iij.*

**H**Æc est autem scriptúra  
quæ digesta est: Mane,  
Thecel, Phares. Et hæc est  
interpretatio sermónis. Mane:  
Numerávit Deus regnum tuú,  
& complévit illum. Thecel:  
Appensus es in statéra, &  
inventus es minus habens.  
Phares: Divísium est regnum  
tuum, & datum est Medis &  
Persis. Tunc, jubente rege,  
indútus est Dániel púrpurá,  
& circumdata est torques áu-  
rea collo ejus; & prædi-  
cátum est de eo quòd habéret  
potestátem tértius in regno  
suo. Eádem nocte interfectus  
est Baltassar rex Chaldæus:  
& Darius Médus successit in  
regnum annos natus sexaginta  
duos.

**DOMINICA XVI.**  
post Pentecosten.

*IN VESPERIS Sabbati,*

*Ad Magnificat. Ant. 5. a.*  
Omnes habitatóres terræ apud  
Altíssimum in nihilum repu-  
táti sunt; juxta voluntátem  
enim suam facit, & non est  
qui resistat mánuí ejus, & dicat  
ei: Quare fecisti? *Dan. 4.*

*Oratio, ut infrà ad Laudes.*

X ij

## IN I. NOCTURNO.

De Danièle Propheta.

Lectio j. Cap. 6.

**P**Lacuit Dario, & constituit super regnum satrapas centum viginti, ut essent in toto regno suo; & super eos principes tres, ex quibus Daniel unus erat; ut satrapæ illis redderent rationem, & rex non sustineret molestiam. Igitur Daniel superabat omnes principes & satrapas, quia Spiritus Dei amplior erat in illo. Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum; unde principes & satrapæ querebant occasionem ut inveni- rent Daniéli ex latere regis; nullamque causam & suspitionem reperire potuerunt, eò quòd fidelis esset, & omnis culpa & suspicio non inveni- rétur in eo. Dixerunt ergo viri illi: Non inveniémus Daniéli huic aliquam occasionem, nisi fortè in lege Dei sui.

*R.* Sit nomen Domini benedictum; quia sapientia & fortitudo ejus sunt, \* Ipse revelat abscondita, & novit in tenebris constituta; & lux cum eo est, *ψ.* Dei sapientiam quæ abscondita est, nemo principum hujus sæculi cognovit; nobis autem revelavit Deus. \* Ipse revelat abscondita. *Dan. 2. 1. Cor. 2.*

Lectio ij.

**T**unc principes & satrapæ surripuerunt regi, & sic locuti sunt ei: Dari rex, in æternum vive; consilium inierunt omnes principes regi tui, magistratus & satrapæ, senatores & iudices, ut

decretum imperatorium exeat & edictum; ut omnis qui petierit aliquam petitionem à quocumque deo & homine, usque ad triginta dies, nisi à te, rex, mittatur in lacum leonum. Nunc itaque, rex, confirma sententiam, & scribe decretum; ut non immutetur quod statutum est à Medis & Persis, nec prævaricari cuiquam liceat. Porro rex Darius proposuit edictum, & statuit. Quod cum Daniel comperisset, id est, constitutam legem, ingressus est domum suam; & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Jerusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut & ante facere consueverat.

*R.* Fuérunt in palatio regis Babylónis de filiis Juda, Daniel, Anánias, Misael & Azarias. Et \* Proposuit Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus ejus. *ψ.* Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt; qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt. \* Proposuit. *Dan. 1. Rom. 8.*

Lectio iij.

**V**iri ergo illi curiosius inquirentes, invenerunt Daniélem orantem & obsecrantem Deum suum. Et accedentes locuti sunt regi super edicto: Rex, numquid non constituisti, ut omnis homo qui rogaret quemquam de diis & hominibus usque ad dies triginta, nisi te, rex, mitteretur in lacum leonum?

Ad quos respondens rex, ait: Verus est sermo iuxta decretum Medorum atque Persarum, quod prævaricari non licet. Tunc respondentes, dixerunt coram rege: Daniel de filiis captivitatis Juda non curavit de lege tua & de edicto quod constituisti; sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua. Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus est; & pro Daniele posuit cor ut liberaret eum, & usque ad occasum solis laborabat ut erueret illum.

R. Apparuerunt vultus eorum meliores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. \* Pueris his dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientiâ; Daniëli autem intelligentiam omnium visionum. V. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secundum eundem Spiritum, alii interpretatio sermonum. \* Pueris. Glória. \* Pueris. *Dan. 1. 1. Cor. 12.*

#### IN II. NOCTURNO.

De Expositione sancti Hieronymi Presbyteri in Daniëlem Prophetam. C. 9.

##### *Lectio iv.*

**A**fricanus in quinto Temporum volumine, de septuaginta hebdomadibus hæc locutus ad verbum est: Capitulum quod in Daniële de septuaginta hebdomadibus legimus, multa & mirabilia continet, quæ nunc longum est dicere; ergo, quod ad præsens opus pertinet, de temporibus differendum est, nullique dubium quin de ad-

ventu Christi prædicatio sit; qui post septuaginta hebdomadas mundo apparuit, post quem consummata sunt delicta, & finem accepit peccatum, & delicta est iniquitas, & annuntiata iustitia sempiterna quæ legis iustitiam vinceret; & impleta est visio & prophetia, quia lex & prophetæ usque ad Baptistam Joannem; & unctus est Sanctus sanctorum: quæ omnia priusquam Christus humanum corpus assumeret, sperabantur magis quam tenebantur.

R. Loquens rex, ait Daniëli: \* Verè Deus vester Deus deorum est, & Dominus regum, & revelans mysteria; quoniam tu potuisti aperire sacramentum. V. Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei; stultitia enim est illi, & non potest intelligere. \* Verè Deus vester. *Dan. 2. 1. Cor. 2.*

##### *Lectio v.*

**D**icit autem ipse Angelus, septuaginta annorum hebdomadas, id est, annos quadringentos nonaginta, ab exitu sermonis, ut respondeatur, & ut ædificetur Jerusalem, vicésimum Artaxerxis regis Persarum annum habere principium. Nehemias quippe, hujus pincerna, sicut in Esdra libro legimus, rogavit regem, accepitque responsum ut ædificaretur Jerusalem. Et iste egressus est sermo qui extruendæ urbis & circumdandæ muris daret licentiam; quæ usque ad illud tempus vicinarum gentium patèbat incursibus; siquidem ad Cyri

regis impérium, qui voléntibus reverti Jerosólymam déderat potestâtem, Jesus pón-tifex, & Zoróbabel, & póstea Efdas sacerdos, & céteri qui cum eis proficisci volúerant, templum & urbem & muros ejus ædificâre conâti sunt, prohibéntibus in circúitu nationibus, ne implerétur opus, quasi hoc rex non jussisset.

R. Exclamávit Susanna, & dixit: Deus aterne, qui absconditorum es cónitor, tu scis quóniam falsum testimónium tulérunt contra me; & ecce mórior. \* Exaudivit autem Dóminus vocem ejus. V. Deus qui justificat, quis est qui condemnet? \* Exaudivit autem Dóminus. *Dan. 13. Rom. 8.*

*Lectio vj.*

**M**ansit itaque imperfectum opus usque ad Nehémiam, & vicésimum annum regis Artaxerxis: quo tempore, regni Persarum centum & quindecim anni fuerant evoluti; captivitatis autem Jerúsalem centésimus octogésimus & quintus annus erat: & tunc primum Artaxerxes jussit muros extrui Jerúsalem, cui operi præfuit Nehémias; & ædificata est platæa, & muri circumdati; & ex illo tempore, si numerare velis, septuaginta annorum hebdomadas usque ad Christum poteris invenire.

R. Benedictus Deus, qui misit Angelum suum, & eruit servos suos qui crediderunt in eum: \* Et † Tradiderunt corpora sua, ne adorarent omnem deum, excepto Deo

suo. V. Per fidem obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, \* Et. Glória Patri. † Tradiderunt. *Dan. 3. Hebr. 11.*

**IN III. NOCTURNO.**

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 14.*

**I**n illo tempore; Cum intraret Jesus in domum cujusdam principis Phariseorum sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum: & ecce homo quidam hydropticus erat ante illum. Et reliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

*Lib. 16. Moral. in Job,*

*Cap. 23. & 24.*

**Q**uantalibet sit justitia operis, apud internum Judicem nulla est, si hanc elevat tumor mentis. Qui enim humiliatus fuerit, erit in glória; & qui inclinaverit oculos suos, ipse salvabitur. Quæ nimirum sententia à Veritatis ore non discrepat, dicentis: Omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Unde & per Salomónem dicitur: Antequam coneratur, exaltatur cor hominis; & antequam gloriatur, humiliatur. Rectè autem dicitur: Qui inclinaverit oculos suos, ipse salvabitur; quia quantum per membrorum ministérium deprehendi potest, prima superbiæ ostensio esse in oculis solet. Oculos ergo inclinare, est nullum respiciendo despicere, sed se minorem atque imparem cunctis quos aspicit,

æstimare. Salvabitur qui oculos inclinat; quia qui fallum superbiam verticem deserit, veritatis altitudinem ascendit.

R. Cum invitatus fueris ad nuptias, \* Non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit invitatus, & qui te vocavit, dicat tibi: Da huic locum. *ÿ.* Ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia; ubi autem est humilitas, ibi & sapientia. \* Non. *Luc. 14. Prov. 11.*

*Homil. 7. in Evang. num. 4.*

*Lectio viij.*

**R**estat ergo ut in omne quod scit, sese mens deprimat; ne quod virtus scientiæ congregat, ventus elationis tollat. Cum bona, fratres, agitis, semper ad memoriam malè acta revocate; ut dum cautè culpa conspicitur, nunquam de bono opere incautè animus lætetur. Superiores invicem, eos maxime qui vobis commissi non sunt, proximos vestros attendite; quia & quos agere aliqua prava conspiciatis, quæ in eis lateant bona nescitis. Magnus ergo unusquisque esse studeat, sed tamen aliquo modo esse se nesciat; ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit, amittat. Hinc etenim per Prophetam dicitur: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Hinc Paulus ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Hinc contra superbientem Saül dicitur: Cum esses parvulus in oculis tuis, caput in tribus Israël factus es. Ac si aperitè diceretur: Cum tu te

parvulum conspiceres, ego te præ ceteris magnum feci. Quia verò tu te magnum conspicias, à me parvus æstimaris.

R. Recumbe in novissimo loco, ut qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superius. \* Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. *ÿ.* Melius est ut dicatur tibi, Ascende, quam ut humiliéris. \* Tunc. *Luc. 14. Prov. 25.*

*Lectio ix.*

**S**I ergo sancti viri, etiam cum agunt fortia, de semetipsis vilia sentiunt; quid in sua excusatione dicturi sunt qui sine opere virtutis intumescunt? Sed etsi quælibet bona adsint opera, nulla sunt, nisi ex humilitate condiantur. Miranda quippe actio cum elatione non elevat, sed gravat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat, in ventum pulverem portat; & unde aliquid ferre cernitur, inde deteriorius cæcatur. In cunctis ergo quæ agitis, fratres mei, radicem boni operis humilitatem tenete; nec quibus jam superiores, sed quibus adhuc inferiores estis aspiciat; ut dum meliorum vobis exempla proponitis, ad majora semper ascendere ex humilitate valeatis.

R. Superbum sequitur humilitas; \* Et ¶ Humilem spiritu suscipiet gloria. *ÿ.* Qui potens est, dispersit superbos, & exaltavit humiles; \* Et humilem. Gloria Patri. ¶ Humilem. *Prov. 29. Luc. 1.*

*Ad Benedictus. Ant. 1. D.* Jesus dixit ad Legisperitos &

Pharisæos : Si licet sabbato curare ? At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanavit hydropticum , ac dimisit. *Luc. 14.*

*Oratio.*

**T**Ua nos , quæsumus , Dômine , grâtia semper & præveniât & sequatur , ac bonis opëribus jûgiter præstet esse intentos ; Per Dôminum nostrum Jesum Christum.

*Ad Magnificat. Ant. 7. a.*  
Respondens Jesus ad Legisperitos , dixit : Cujus vestrum âsinus aut bos in puteum cadet , & non continuo extrahet illum die sabbati ? Et non poterant ad hæc respondere illi. *Luc. 14.*

## FERIA SECUNDA.

De Daniële Propheta.

*Lectio j. Cap. 6.*

**V**iri illi intelligentes regem , dixerunt ei : Scito , rex , quia lex Medorum atque Persarum est , ut omne decretum quod constituerit rex , non liceat immutari. Tunc rex præcepit ; & adduxerunt Daniëlem , & miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Daniëli : Deus tuus quem colis semper , ipse liberabit te. Allatusque est lapis unus , & positus est super os laci ; quem obsignavit rex annulo suo & annulo optimatum suorum , ne quid fieret contra Daniëlem. Et abiit rex in domum suam , & dormivit incœnatus , cibi que non sunt allati coram eo ; insuper & somnus recessit ab eo.

*R.* Sit nomen Dômini benedictum. 328.

*Lectio ij.*

**T**unc rex primo diluculo confurgens , festinus ad lacum leonum petrexit ; appropinquansque lacui , Daniëlem voce lacrymabili inclamavit , & affatus est eum ; Daniël , serve Dei viventis , Deus tuus cui tu servis semper , putasne valuit te liberare a leonibus ? Et Daniël regi respondens , ait : Rex , in æternum vive : Deus meus misit Angelum suum , & conclusit ora leonum , & non nocuerunt mihi ; quia coram eo justitia inventa est in me : sed & coram te , rex , delictum non feci. Tunc vehementer gavisus est super eo , & Daniëlem præcepit educi de lacu : eductusque est Daniël de lacu , & nulla læsio inventa est in eo , quia credidit Deo suo. Jubente autem rege , adducti sunt viri illi qui accusaverant Daniëlem , & in lacum leonum missi sunt ipsi , & filii , & uxores eorum , & non pervenerunt usque ad pavimentum laci , donec arriperent eos leones ; & omnia ossa eorum comminuerunt.

*R.* Fuêrunt. 328.*Lectio iij.*

**T**unc Darius rex scripsit universis populis , tribubus , & linguis habitantibus in universa terra : Pax vobis multiplicetur. A me constitutum est decretum , ut in universo império & regno meo tremiscant & paveant Deum Daniëlis : ipse est enim Deus vivens , & æternus in sæcula ; & regnum ejus non dissipabitur , & potestas ejus usque

in æternum : ipse liberátor atque salvátor, faciens signa & mirabilia in cœlo & in terra; qui liberávit Daniélem de lacu leónum. Porrò Dániel perseverávit usque ad regnum Darii, regnumque Cyri Persæ.

R. Apparuerunt. 329.

F E R I A T E R T I A.  
De Daniéle Prophéta.

Lectio j. Cap. 7.

**A**Nno primo Baltassar regis Babylónis, Dániel sòmniū vidit. Visio autem cápitis ejus in cubili suo : & sòmniū scribens, brevi sermóne comprehendit ; summáque perstringens, ait : Videbam in visióne mea, nocte ; & ecce quatuor venti cœli pugnábant in mari magno. Et quatuor béstia grandes ascendébant de mari, diversæ inter se. Prima quasi leæna, & alas habébat áquilæ : aspiciébam, donec evulsæ sunt alæ ejus, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hóminis datum est ei. Et ecce béstia ália similis urso in parte stetit : & tres órdenes erant in ore ejus, & in dentibus ejus ; & sic dicébant ei : Surge, cómede carnes plúrimas. Post hæc aspiciébam, & ecce ália quasi pardus ; & alas habébat quasi avis quatuor super se, & quatuor cápita erant in béstia ; & potestas data est ei. Posthæc aspiciébam in visióne noctis ; & ecce béstia quarta terribilis atque mirabilis, & fortis nimis.

R. Loquens rex, ait Daniéli. 329.

Lectio ij.

**A**Spiciébam ergo in visióne noctis : & ecce cum núbibus cœli quasi Filius hóminis veniébat, & usque ad Antiquum diérum pervénit ; & in conspectu ejus obrulé-runt eum. Et dedit ei potestatem, & honórem, & regnum ; & omnes pópuli, tribus & linguæ ipsi sérvient : potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferétur ; & regnum ejus, quod non corrumpétur. Hórruit spíritus meus : ego Dániel térritus sum in his, & visiónes cápitis mei conturbavérunt me. Accessi ad unum de assisténtibus, & veritatem quærébam ab eo de ómnibus his. Qui dixit mihi interpretatióne sermónum, & dócuit me : Hæ quatuor béstia magnæ quatuor sunt regna quæ confurgent de terra. Suscipient autem regnum Sancti Dei altíssimi ; & obrinébunt regnum usque in séculum, & séculum seculórum.

R. Exclamávit. 330.

Lectio iij.

**P**ost hoc volui diligenter discere de béstia quarta, quæ erat dissímilis valde ab ómnibus, & terribilis nimis : dentes & ungues ejus ferrei ; comedébat, & comminuébat, & reliqua pedibus suis conculcábat : & de cónibus decem quæ habébat in cápite, & de álio quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cónua ; & de cornu illo quod habébat óculos & os loquens grandia, & majus erat ceteris. Aspiciébam, & ecce cornu il-

lud faciēbat bellum adversus sanctos , & prævalēbat eis , donec venit Antiquus dierum , & iudicium dedit sanctis Excelsi ; & tempus advēnit , & regnum obtinuerunt sancti. Et sic ait : Bēstia quarta regnum quartum erit in terra , quod majus erit omnibus regnis , & devorabit univēsam terram , & conculcabit & comminuet eam. Porrò cornua decem ipsius regni decem reges erunt : & alius confur-

get post eos , & ipse potētiōr erit priōribus , & tres reges humiliabit , & sermōnes contra Excelsum loquētur , & sanctos Altissimi cōteret , & putabit quod possit mutare tēpora & leges ; & tradentur in manu ejus usque ad tempus , & tēpora , & dimidium tēporis. Et iudicium sedēbit ut auferatur potētia , & conteratur , & dispereat usque in finem.

℞. Benedictus Deus. 330.



# PROPRIUM SANCTORUM.

## PARS ÆSTIVA.

DIE XIX. MAII.

In Festo

S. CÆLESTINI, PAPÆ.

*Semiduplex.*

*Pridiè VESP. de Psalterio. A Capitulo de Communi sanctorum Pontificum, xvij. additis qua sequuntur. Oratio. Deus, qui populis. xxj.*

*IN NOCTUR. Lectio j. de Scriptura occurrente, è tribus una. Et sic in omnibus Semiduplicibus nisi aliter notetur.*

*Lectio ij.*

*Ex Petro Alliaco & aliis.*

**C**ælestinus quintus, Petrus de Murone ante Pontificatum appellatus, piis parentibus ex Apulia oriundus, à teneris annis deserta petiit. Tanta fuit ejus vitæ asperitas, ut dies ferè noctesque animum orationibus & legendo Psalterio intenderet, & jejuniis, labore manuum ac cilicio, adhibita etiam catenâ ferrèâ corpus domaret. Cumque multi ad eum, tantæ sanctitatis famâ permoti, confluerent, Congregationem Cælestinorum sub régula sancti Benedicti, statutis etiam ar-

MIR. Pars Æstiva.

ctioribus additis, instituit. Post mortem Nicolai quarti, cum Sedes Apostolica biennio & amplius vacasset, ad Pontificatum promotus est; cui se dignitati imparem existimans, post sex circiter menses eam abdicavit, ut rerum divinarum contemplationi liberius vacaret. Cum deserta repeteret, detentus & in custodiam missus, patientiæ coronam felici morte promeruit, anno ætatis octogésimo-quarto, quem miraculis conspicuum Clemens quintus Sanctorum numero adscripsit.

*De S. Yvone, Presbytero.*

*Lectio iij.*

*Ex Processu Canoniz. apud Bolland.*

**Y**vo in Diocesi Trecentensi nobilibus parentibus natus, Lutetia Parisiorum, deinde Aureliæ litteris operam dedit. Judex Ecclesiasticus ab Archidiacono Rhodensi primùm est constitutus, deinde etiam à duobus Trecentensibus Episcopis Alano scilicet & Gaufrédo; quod munus, ut rerum divinarum contemplationi & caritatis officiis liberius vacaret, abdicá-

vit. Duplicem Parochiam rexit, unam per octo annos, alteram per annos decem. Singulari in pauperes, viduas & orphanos caritate enituit, eorumque perpetuus fuit patronus vigilantissimus & indefessus. Orationi assidue vacabat sicut & verbi Dei predicatoni. Cum Aurelianus versaretur, cepit a carnibus & vino abstinere; quod per totum vitæ tempus observavit, sæpius pane solo contentus. Ejus domus publicum erat pauperum hospitium, in quorum usus quicquid sibi erat, expendebat. Aliquando bis & ter in die conciones habuit ad populum. Nunquam verò ad concionandum accedere, quin prius preces ad Deum fudisset, sæpius etiam lacrymis obortis; multoties quoque inter concionandum flere visus. Tanta in eo erat dicendi vis, ut ipse Spiritus sanctus loquenti verba suggerere videretur. Multa miracula per ipsum Deus operatus est. Prædiæ quam moreretur extremam unctiõnem maxima cum reverentia suscepit, stramine jacens. Obdormivit in Domino ætatis suæ anno circiter quinquagesimo. Quatuor ab hinc annis super quadraginta à Clemente sexto, instante Philippo Valésio, inter Sanctos solèmniter est relatus, anno Domini millesimo trecentésimo quadragésimo séptimo.

*Oratio.* Deus, qui populis. xxj.

*AD LAUD.* pro Commem. Sancti Yvonis, Ant. Ubi sum. V. Sacerdotes. xxxj.

*Oratio.*

**D**EUS, qui beatum Yvõnem presbyterum misericordiæ visceribus implevisti; præsta, quæsumus, ut quem pauperum patrem tuâ gratiâ effecisti, benignum apud te jûgiter habeamus intercessõrem. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus; per omnia sæcula seculõrum.

R. Amen.

*VESPERÆ de S. Cælestino, ut in Communi sanctorum Pontificum. xxj. Oratio.* Deus, qui populis. xxj.

D I E X X I V.

In Festo  
S. FRANCISCI REGIS,  
Presbyteri.  
*Semiduplex.*

*Omnia à Capit. I. Vesper. de Communi sanctorum Presbyterorum. xxxij.*

*Lectio prima de Scriptura occurrente, ex tribus una.*

*Lectio ij.*

**J**OANNES Franciscus Regis nobili genere, prope Carcassõnam natus, in oppidulo Narbonensis Galliæ, cui nomen Fons-coopertus, eximie sanctitatis à teneris annis indicia præbuit. Societatem Jesu ingressus Tolosæ anno ætatis decimo nono, omnibus excelluit vitæ religiõsæ virtutibus. Absolutis studiis totum se procurandæ animarum salutis penitus devovit. Velaunõrum & Forénsium montes, & ingentes Helviõrum tractus, eorumque colonos barbarie intractabiles suscepit

cēpit excolendos, eo successu, ut innumerābiles hōmīnes aut Calvinianā lue infectos, aut perditis mōribus corruptos, ad fidem catholicā, & ad Christianā pietatē traxerit.

*Lectio iij.*

**C**ampēstribus missionibus hyberno tempore perfectus, æstivo revertebatur Anicium; ibique per nosocomia in ægrotorum ministeriis, sustentandisque pauperibus strenuam exhibebat operam. Grassante peste infirmos eo morbo laborantes sedulo invisens, ardenti charitate reficiebat. Erga alios blandus, in se ipse sæviebat acerrime. Somnum humi carpens, semper abstemius, vili cibo victitans, divino amore sic erat incensus, ut illum unum spirare, loqui, cogitare videretur. Tandem miraculis clarus, in Viennensis Diocesis pago, cui nomen est Lalovecus, spiritum Creatori reddidit anno millésimo sexcentésimo quadragésimo, vitæ suæ quadragésimo quarto.

*Orat. Deus, qui in Ecclesiæ.*  
xxxj.

D I E X X V I.

In Festo

S. PHILIPPI NERII,  
Presbyteri.

*Simplex.*

*Pridie, VESPERÆ de Psalt. A Capitulo, de Communi Presbyter. xxviii. exceptis que sequuntur. Oratio, Deus, qui in Ecclesiæ. xxxj.*

*AD NOCT. Lectio prima de Script occur. ex tribus duæ.*

MIR. Pars Æstiva.

*Lectio iij.*

**P**hilippus Nérius, piis, honestisque parentibus Florentiæ natus ab ipsa incunte ætate non obscura dedit futuræ sanctitatis indicia. Adlescens ampla patrui hereditate dimissa, Romam se contulit; ubi Philosophia ac sacris litteris eruditus totum se Christo dicavit. Eâ fuit abstinentiâ, ut sæpè jejūnus triduum permanserit. Sacerdos ex obedientia factus, in animarum salute procuranda totus fuit, & in confessionibus audiendis ad extremum usque diem perseverans, innumeros penè filios Christi peperit: quos verbi Dei quotidiano pabulo, Sacramentorum frequentia, orationis assiduitate aliisque piis exercitationibus enutrirî cupiens Oratorii Congregationem instituit. Charitate Dei vulneratus languebat jūgiter: tantoque cor ejus æstuabat ardore, ut cum intra fines suos contineri non posset, illius sinum contractis atque elatis duabus costulis mirabiliter Dominus ampliaverit. Sacrum faciens aut ferventius orans, in æra quandoque sublatus, mira undique luce fulgere visus est. Egēnos & pauperes omni caritatis officio prosequeretur. Humilitati addictus, ab honoribus semper abhorruit, atque Ecclesiasticas dignitates etiam primarias, non semel ultro delatas, constantissime recusavit. Prophetiæ dono fuit illustis. Virginitatem perpetuo illibatam servavit. Absentibus interdum apparuit, iis-

que periclitantibus opem tulit. Aegrotos plurimos & morti proximos sanitati restituit. Mortuum quoque ad vitam revocavit. Anno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo-quinto, octavo Kalendas Junias, qua praedixerat hora, octogenarius obdormivit in Domino. Quem Gregorius decimus-quintus miraculis clarum, in sanctorum numerum retulit.

*Oratio.* Deus, qui in Ecclesiae. xxxj.

D I E X X V I I I.

In Festo

SANCTI GUILLELMI,

MONACHI.

*Semiduplex.*

*Pridie ad VESPER. Commem. S. Germani, Episcopi.*

*Ant. Elégit. V. Beatus. xvij.*

*Oratio propria, ut infra.*

*Lectio j. de Script. occur. ex tribus una.*

*Lectio ij.*

*Ex Vita S. Guillelmi.*

**G**uillelmus, patre Theodorico Comite, & matre Abdona natus, sub Carolo magno Aulae militiaeque mancipatus, primae cohortis fortitus est principatum. Deinde cum in tractandis rebus bellicis egregiam sibi laudem comparasset, ab eodem Imperatore, Aquitaniae Dux, Comesque Tolosanus renunciatus est. Tum, victis saepius barbaris, dilatatoque imperio Christiano, & pace constituta; sub disciplina sancti Benedicti Anianensis, totum se dedit operibus iustitiae, pietatis ac misericordiae. Nec multo post Mona-

sterium aedificari curavit in valle Gellonensi Diocesis Lodovensis, scopulis & montibus asperrima, quod nunc sancti Guillelmi in eremo nuncupatur. In aulam postea ab imperatore vocatus, hinc brevi discedendi licentiam impetravit; pergensque ad sanctum Benedictum, moram nullam fieri passus, habitu monachali induitur in Gellonensi monasterio, quod quidem jam antea amplius a se reditibus donatum fuerat. Ibi omnium deinceps virtutum splendore, ac potissimum humilitatis laude antecelluit; continua vacans orationi, jejuniis impensius favens, ac saepe noctes solitus insomnes ducere. Demum meritis plenus, praenuntiato mortis die, obdormivit in Domino quinto Calendas Junii, anno octogentesimo duodecimo. Ejus corpus in oratorio sancti Michaelis quod ipse construxerat, primo sepultum, deinde in majorem monasterii Gellonensis Basilicam translatum, sub altari conditum est, ubi etiamnum quiescit.

*Lectio iij.*

*Venant. Fortunat. Pict. Episc. secul. i. Bened.*

**G**ermanus apud Aduos natus Presbyter primum, & Monasterii sancti Symphoriani Aduensis Abbas, morum sanctitate ad Episcopatum Parisiensis Ecclesiae assumptus est. Nihil ibi remisit de vitae austeritate, quam in Monasterio egerat. Mira erat ejus in pauperes, maxime vero in servos

cæptivosque redimendos, beneficentia, & Childeberto regi tam probata, ut ex regio arario ad pias largitiones ingentem ei pecuniam subministraret. Caribertum unum è Francis regibus qui uxoris sororem duxerat, sacris interdixit. Sigbertum per litteras à cæde Chilperici fratris deterrere conatus est, & suis monitis reluctanter brevi moriturum prædixit. In Synodo Bituricensi plurimos Judæos Christo lucratus est. Sedit in Concilio Parisiensi tertio & quarto, & Turonensi secundo. Aliquot ante transitum diebus hæc verba, Quinto Calendas Junias: ad lectum suum scribi voluit; quâ die obiit.

*Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus, Domine, beatum confesorem tuum Guillelmum imitari; ut secularibus expediti negotiis, donis cælestibus te largiente ditæmur; Per Dominum nostrum.

*AD LAUDES. Fit Comm. S. Germani, Episcopi. Ant. Ego. ψ. Elégit. xxj.*

*Oratio.*

**D**Eus, Sanctorum tuorum splendor mirabilis, qui hunc diem beati Germani Pontificis depositione consecrasti: da Ecclesiæ tuæ in ejus natalitio exultanti, ut apud misericordiam tuam exemplis ejus protegatur & méritis; Per Dominum nostrum Jesum Christum.

## F E S T A J U N I I.

*D I E I I.*

In Festo SS. Martyrum  
POTHINI EPISCOPI,  
BLANDINÆ VIRG.  
& Sociorum.

*Semiduplex.*

*Omnia de Communi plurimum Martyrum, xij. additis qua sequuntur. Oratio, Martyrum tuorum. infra, 341.*

*AD NOCT. Lectio j. de Script. occur. à tribus fit una. Ex Epistola Ecclesiarum Vienneſis & Lugdunensis ad Ecclesias Asiae & Phrygiae. Euseb. hist. Eccles. L. 5. c. 1.*

*Lectio ij.*

**B**EATISSIMUS POTHINUS, Ecclesiæ Lugdunensis Episcopus, nonagenario major,

ob corporis infirmitatem vix spiritum trahens, sed præ cupiditate martyrii mirâ alacritate animi firmatus, ad tribunal trahebatur. Quò perlatus, prosequentibus ipsum Magistratibus civitatis, & universâ plebe variis eum clamoribus impetente, tanquam ipse Christus esset, egregium edidit testimonium. Interrogatus à Præside quisnam esset Christianorum Deus, respondit: Si dignus fueris, cognosces. Post hæc inhumane raptatus, & innumeris plagis affectus est; cum ii quidem qui propius astabant, calcibus & pugnis illum contumeliose appeterent; qui verò longius di-

stábant, quidquid ad manum erat in ipsum conjicerent; omnes denique gravissimi piaculi reos se existimarent, nisi pro sua quisque parte ei petulantè insultarent. Quippè hoc modo injúriam deórum suórum ultúros se arbitrabantur. Exinde vix adhuc spirans, in cárcerem projectus est; tandemque post bídium ánimam exhalávit. Matúrus verò neóphytus, & Sanctus Diáconus Viennensis cum Blandína ancilla, & Attalo, ducti sunt ad béstias in amphitheátrum. Et Matúrus quidem ac Sanctus consuéta illic flagrórum verbera pertulerunt, & bestiárum ipsos trahéntium morsus, ipsam postrémò férream cathedram; cui superpósita Mátyrum membra cum torrerentur, illórum nares molestíssimus nidor implébat. Hi ergo máximo certámine perfuncti, tandem juguláti sunt. Blandína autem ad palum suspensa, béstias objecta est. Quæ cum in crucis spéciem suspensa cernerétur, Deoque intentíssimè supplicáret, máximam alacritatem addébat certántibus; quippe qui sub sóroris persóna cernerent illum qui pro ipsis crucifixus est. Cumque nulla tunc béstia corpus ejus attigisset, depósita ex stípote, rursus in cárcerem conjicitur, in áliud certámen reserváta.

*Lectio iij.*

**A**Ttalus quoque cum per amphitheátrum circumducerétur, præcedente eum tabellâ, in qua Latíno sermóne scriptum erat: Hic est At-

talus Christiánus; Præses postquam civem Románum eum esse cõperit, reduci in custódiám jubet, litteris ad Cæsarem datis de his qui inclúsi tenebantur. Incunte igitur solemni apud nos mercatu, Præses addúci jubet Mátyres ad tribúnal, tanquam in theatráli pompa eos pópulis ostentans. Cumque illos dénuò interrogasset, quicumque cives Románi reperti sunt, cápite truncávit; reliquos tradidit béstiis. Céterum ingens glória accessit Christo per eos qui prius quidem negáverant, tunc verò confitebantur fidem. Quibus exámini subjectis, Alexander nátióne Phryx, professióne médicus, plures jam annos morátus in Gállis cum illos ad fidei confessiónem nútibus hortarétur, cunctis qui tribúnal circúndabant, tanquam partúriens videbátur. Instans illicò Præses interrogávit eum quis esset. Qui cum Christiánú se esse dixisset, irátus judex eum ad béstias damnávit. Postridie igitur uná cum Attalo ingressus est; nam & hunc Præses béstiis íterum tradiderat. Ambo itaque cum ómnia tormentórum génera in amphitheátro sustinuisent, gládio percussi sunt. Ultimo tandem spectaculorú die, Blandína rursus illáta est, uná cum Póntico adolescente quíndecim circíter annos nato. Et Pónticus quidem cuncta supplicia generosè perpeffus, emísit spíritum. Beáta verò Blandína post flagra, post béstias, post sartáginem, retículo inclúsa, tauro objecta

est, à quo diu in altum ja-  
ctata, tandem & ipsa instar  
victimæ jugulata est. ¶ Hæc  
ipsa etiam die, persequente  
Christiano Diocletiano, Mar-  
tyrio Romæ consummati sunt,  
Marcellinus Præbyter, & Pe-  
trus exorcista, quorum nomen  
quotidie in altaris sacrificio  
commemoratur.

## Oratio.

**M**artyrum tuorum Pothii  
Pontificis, Blandinæ  
virginis, & Sociorum solém-  
nia recensentes; supplices te,  
Domine, deprecamur, ut in  
caritate radicati & fundati,  
passiones hujus temporis,  
amorem illius gloriæ quæ reve-  
landa est in nobis invicto ani-  
mo sustinere valeamus; Per.

*Pro Commem. SS. Petri &  
Marcellini. Ant. Beati. ψ. E-  
ruct. Oratio. Deus. xv.*

*IN VESP. Commem. S. Clo-  
tildis. Ant. Sanctificatus est  
vir infidelis per mulierem fi-  
delem. I. Cor. 7.*

ψ. Anima ejus in bonis de-  
morabitur, R. Et semen ejus  
hereditabit terram.

*Oratio. Respice. infra 349.*

## D I E I I I.

## In Festo

SANCTÆ CLOTILDIS,  
Reginæ. *Simplex.*

*De Communi SS. Mulierum, I.  
Lectio iij.*

*Ex Gregor. Turon. & aliis  
scriptor. apud Duchesne.*

**C**lotildis Chilperici filia  
Clodoveo adhuc ethnico  
in conjugium data, primogé-  
nitum Ingomerem baptizari  
jussit. Cum autem infantis in  
Albis defuncti mortem bap-  
tismo tribueret Clodoveus,

*MIR. Pars Æstiva.*

graviter Clotildem objurgá-  
vit. At illa: Deo, inquit, om-  
nipotenti creatori omnium  
gratias ago, qui me non us-  
quequaque judicavit indig-  
nam, ut de útero meo géni-  
tum regno suo ascíret. Alte-  
rum quoque filium Clodóme-  
rem baptizári curávit, quo  
pariter ægrotante, irátus est  
rex: sed matris precibus con-  
váluit. Clotildis, quæ matri-  
mónio confénserat, eâ lege,  
ut abjectâ idololátriâ, verum  
Deum coleret Clodoveus, non  
cessabat hortári principem,  
ut staret promissis, ejusque  
conversionem ad fidem enixè  
postulabat à Deo. At rex Fran-  
corum rem protraxit, donec  
in expeditione Allemannica  
inclinatam cernens suorum  
aciem, implorato Christi  
auxilio, sese voto astrinxit ad  
suscipiendam veri Dei Reli-  
gionem, si victoriam de hó-  
stibus reportaret. Regina de  
rebus gestis certior facta, Re-  
gi læta occurrit apud Remos,  
& advocavit sanctum Remi-  
gium civitatis hujus Antísti-  
tem, à quo princeps fidem  
edoctus baptizatus est, &  
Chrismate sacro inunctus.  
Post Clodovei mortem, Tu-  
rones petiit Clotildis, ibique  
ad sancti Martini sepulchrum  
piis operibus intenta reliquum  
vitæ tempus exegit. Clodó-  
meris in bello Burgúndico  
occisi filios nepotes suos,  
Theobaldum, Guntarium, &  
Clodoaldum educavit: ac tan-  
dem plena dierum Turonis  
migravit ad Dóminum, & Pa-  
risios translata sepulta est à  
filiis Childeberto & Clotario

\* Y iij

régibus ad latus Clodovéi in sacrário basilicæ sancti Petri, nunc sanctæ Genovésæ.

*Ad Benedictus. Ant. 6. F.* Cùm invocasset ómnium rectorém & Salvatorem Deum, convertit Deus spíritum regis. *Esther 15.*

*Oratio.*

**R**espice, quæsumus, Dómine, ad Francórum benignus Impérium: & quibus per devótam sanctæ Clotildis instantiam donum fidei contulisti, iisdem nunc per ejus intercessiónem tribue sincerum christiánæ pietátis affectum; Per Dóminum.

D I E I V.

In Festo

SANCTI NORBERTI,  
Episcopi. *Semiduplex.*

*Oratio. Da, Ecclesiæ. ut infra.*

*Lectio ij.*

**N**orbertus Sanctis, Clíviæ oppido, in Diocésí Coloniaensi, nóbili profapiá ortus, cum à prima ætate Clero nomen dedisset, statim atque idóneos annos attigit, Subdiáconus média in aulá, necdum formátis ad gravitatem Ecclesiásticam moribus, ordinátus est. Sed in tempestáte deprehensus, & ictu súlminis ex equo dejectus, toto ánimo ad Deum conversus est. Tum relicta Imperatóris aulá, & majóribus quos háctenus suscipere distúlerat ordinibus iniatiús, verbi Dei prædicationem ferventi zelo aggredi cœpit. De quo tamen postea véritus, ne quid illegitimè à se præsumptum esset quòd uno die sacros diaconátus & presbyterií Ordines contra

Cánones accepisset, à Gelásio Papa secundo, ignorántiam confessus, véniam petiit, & regularem demum Evangelíci muneris confirmaciónem obtinuit. Abdicatis beneficiis ecclesiásticis quibus abundabat, & património paupéribus erogato, austeriorem vitam amplexus est. Innúmeros hæreticos ad fidem, peccatores ad pœniténtiam, dissidentes ad concórdiam revocavit. Cùm esset Laudúni, à Bartholomæo Episcopo rogátus ne ab ipsius Diocésí discederet, desertum in ea locum qui Præmonstrátus dicebátur, sibi delégit; ex quo totus Ordo, quem ibi sub régula sancti Augustini instituit, nomen accepit.

*Lectio iij.*

**S**acramentariam & Adamíticam Tanchelini hæresim Antuérpiæ grassantem, eò vocátus, profligavit: & qui multò antè oblatum sibi Cameracensem Episcopátum recusáverat, ad Magdeburgensem Archiepiscopátum postea raptus, Ecclesiásticam disciplinam, præsertimque sacrorum ministrórum cœlibátum constanter propugnávit. Remis in Concilio Innocéntium secundum egrégie adjúvit; & Romam cum aliis Episcopis profectus, schisma Petri Leónis compressit, Innocéntio suæ Sedi réddito. Exactis in Pontificátu annis ferè octo, abiit ad Dóminum anno milésimo centésimo trigésimo quarto, huncque Gregórius décimus-tértius anno millésimo quingentésimo octogésimo

mo secundo in Sanctorum ordinem retulit.

*Oratio.*

**D**A Ecclesie tue, misericors Deus, ut merita sancti Episcopi Norberti pietatem tuam pro ipsa semper exorent, & fructum in nobis laborum ejus custodiant; Per Dominum nostrum.

D I E X I.

In Festo

SANCTI BARNABÆ,

APOSTOLI.

*Duplex I. Ordinis.*

IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.*

*Antiph. Capitul. & R. ut in Communi Apostolorum, i.*

*Hymnus.*

**C**ÆLO datur quiescere,  
Terris relictis, Barnaba:  
Solemnis hæc affert tuis  
Finem dies laboribus.

QUEM propter, agro vendito,

Opes caducas deseris,  
Magno rependens fœnore  
En fundus ipse fit tuus.

Tu sacra per jejunia,  
Tu publicas inter preces,  
Jubente sancto Spiritu,  
Christi crearis nuntius.

QUAS non adis mundi plagas,

Pauli laborum particeps!  
Vos unus ambo spiritus,  
Vos una junxit caritas.

QUAM vestra gens Christi fidem

Luci rebellis repulit,  
Nil hæsitantes barbaris  
Portastis illam gentibus.

FAC, Christe, nostris se tuum

Cum lumen offert mentibus,

Amore ne noctis sue  
Cæleste donum respuant.

UNI sit & trino Deo  
Suprema laus, summum decus,

De nocte qui nos ad sue  
Lumen vocavit gloriæ.

Amen.

*Ps.* Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: *R.* In die mala liberabit eum Dominus. *Pf.* 40.

*Ad Magnificat. Ant.* 4. E. Joseph qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis, cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum. *Act.* 4.

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

AD OFFICIUM NOCTUR.

*Invit.* Caput corporis Ecclesie Dominum, \* Venite, adoremus. *Coloss.* 1.

*Pf.* 94. Venite. 2.

*Hymnus.* Supreme. *ut in Communi Apostolorum, ij.*

IN I. NOCTURNO.

*Ant.* 3. c. Barnabas apprehensum Saulum duxit ad Apostolos: & narravit illis quomodo in via vidisset Dominum, & quia locutus est ei. *Act.* 9.

*Ant.* 2. D. Quidam ex iis qui dispersi fuerant a tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, cum introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes Dominum Jesum. *Act.* 11.

*Ant.* 1. f. Miserunt Apostoli Barnabam usque ad Antiochiam; qui cum pervenisset, & vidisset gratiam Dei, gavisus est. *Act.* 11.

Y iv

ψ. Ego in Dómino gaudébo, R. Et exultábo in Deo Jesu meo. *Cant. Habac. 3.*

*Tres Lectiones de Scriptura occurrente.*

*Post j. Lect. R.* Barnabas hortabátur omnes in propósito cordis permanére in Dómino;

\* Quia erat vir bonus, & plenus Spíritu sancto & fide.

ψ. Mónita salutis dabat eis, & consolabátur eos; \* Quia erat. *Act. 11. Tob. 1.*

*Post. ij. Lect. R.* Cum invenisset Barnabas Saulum, perduxit Antiochiam; \* Et annum totum conversati in Ecclesia, docuerunt turbam multam: ita ut cognominarentur primum Antiochiæ Discipuli, Christiani. ψ. Annuntiaverunt opus quod operatus es, Deus, in diebus eorum; \* Et annum. *Act. 11. Ps. 43.*

*Post. iij. Lect. R.* Discipuli, prout quisque habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Judæa fratribus: quod & fecerunt, \* Mittentes ad seniores † Per manus Barnabæ & Sauli. ψ. Prædicatum est ut deferrent singuli præcium Dómino: latatique sunt cuncti, & ingressi contulerunt; \* Mittentes. Glória Patri. † Per manus Barnabæ & Sauli. *Act. 11. 2. Paral. 24.*

**IN II. NOCTURNO.**  
*Ant. 8. G.* Erant in Ecclesia quæ erat Antiochiæ, Prophætæ & Doctóres, in quibus Barnabas & Saulus. *Act. 13.*  
*Ant. 3. a.* Dixit Spíritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. *Act. 13.*

*Ant. 7. b.* Jejunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. *Act. 13.*

ψ. Dómini est assumptio nostra: R. Locutus es in visione sanctis tuis, Dómine. *Ps. 88.*

Ex Commentário sancti Joannis Chrysósti in Acta Apostolorum.

*Homil. 28. in Cap. 13.*

*Lectio iv.*

**B**arnabas & Saulus ordinati simul exierunt: & cum venissent Salamnam, prædicabant verbum Dei in metrópoli Cypri. Per annum manserunt Antiochiæ. Oportebat illò abire, nec semper hîc sedere. Majoribus opus habebant Doctóribus. Vide quómodo Seluciæ non moras trahant, scientes à vicina civitate multum utilitatis accepisse Seleucienfes; sed illic etiam festinant ad ea quæ magis urgebant. Nam ut venerunt ad metrópolim insulæ, Proconsulem emendare studebant. Quod autem non ex adulatione dicatur, Erat cum Proconsule viro prudente, ex re ipsa discere quómodo non multis sermonibus opus habuerit, quómodo voluerit ipsos audire. Et nihil quidem ad Magum dictum, donec ille occasionem daret. Quia enim alios attendentes videbat, id unum ille in scopo habebat, ne princeps persuaderetur. Et cur non aliud signum fecit? Quia nullum huic par erat quod inimicum caperet. Et statim credit Proconsul; non simplici-

ter, sed obstupescens. Vidit enim non hinc verba dari, neque fallacis rem agi. Vide quantum doctrinæ amorem habuit.

R. Proconsul Sérgius Paulus, accersitis Barnabâ & Saulo, desiderabat audire verbum Dei; sed \* Resistebat illis Elymas magus, & cecidit in eum caligo. Proconsul autem cum vidisset factum, credidit, admirans super doctrina Domini. ¶. Posuit Dominus in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra. \* Resistebat. Act. 13. Pf. 104.

*Lectio v.*

**R**ursus Pergen venientes prætercurrunt alias civitates: nam ad Pisidiæ metropolim Antiochiam festinabant. Secuti sunt autem eos multi Judæi, & pii advenæ, quos allocuti, persuadebant eis ut manerent in gratia Dei. Videntes autem Judæi, repleri sunt zelo, contradicentes ac blasphemantes. Hoc ipsos clariores reddebat, quod illi contradicerent. Cum fiducia verò loquentes Barnabas ac Paulus, dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternâ vitâ, ecce convertimur ad Gentes. Nec dixit, Indigni estis; sed, Indignos vos judicatis; ut non onerosus sermo esset. Quia verò repulistis illud, inquit, non nos, (non enim in nos contumelia vestra vertitur) convertimur ad Gentes. Multâ plenum mansuetudine hoc verbum. Non dicunt, Derelinquimus vos, innuentes

fieri posse ut revertèrentur. Et hoc non propter vestram contumeliam factum est, sic enim præceptum est nobis. Oportet adire Gentes: verum hoc non à nobis, sed à vobis factum est, quod à nobis fieri oportebat. Sic enim, inquit, præcepit nobis Dominus: Posui te in lucem Géntium, ut sis in salutem; hoc est, in cognitionem quæ sit ad salutem, non simpliciter Géntium, sed omnium géntium.

R. Replerti zelo Judæi contradicebant his quæ dicebantur, blasphemantes. \* Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes. ¶. Dederunt humerum recedentem, & cervicem suam induraverunt, nec audierunt. \* Tunc. Act. 13. 2. Esdr. 9.

*Lectio vj.*

**N**on expectarunt igitur, sed viderunt impetum. Judæi verò concitarunt mulieres religiosas, & persecutionem excitavere; id est, calumniati sunt Apostolos, de millibus eos accusantes. Viderunt impetum, & confugerunt ad civitates Lycaoniæ, Lystram & Derben, & universam in circuitu regionem, ubi etiam furorem suum exercere licebat illis. Vide Géntium simplicitatem, & Judæorum nequitiam. Opéribus declarabant Gentiles se dignos esse qui audirent: sicque illos ob sola signa honorabant. Alii ut deos colébant; alii ut perni-

ciósos pellébant. Et álii quidem non modò prædicatióni non obfistébant, sed étiam dicébant: Dii homínibus símiles descendérunt ad nos; Judæi verò scandalizabantur. Et vocábant, inquit, Bárnabam Jovem, Paulum verò Mercúrium. Mihi vidétur venerábilibus aspectu fuisse Bárnabas. Tentatío verò non módica ex immoderátò illo stúdio pròdiit: verùm étiam hinc Apostolorum virtus osténditur. Et vide quómodò ómnia Deo réferant. Hos & nos imitémur: nihil nostrum esse putémus; quando nec ipsa quidem fides nostra est, sed Dei.

*R.* Disseminabátur verbum Dómini: & \* Audientes Gentes gavísæ sunt, & glorificábant verbum Dómini; Judæi autem excitavérunt persecutióne in Paulum & Bárnabam, & ejecérunt eos de finibus suis. *Ps.* Ecce ego, dicit Dóminus, ecce ego ad gentem quæ non invocábat nomen meum; expandi manus meas totá die ad pópulum incrédulum. \* Audientes. Glória. \* Audientes. *Act.* 13. *Is.* 65.

### IN III. NOCTURNO.

*Ant.* 6. Bárnabas & Paulus, excusso púlvere pedum, venérunt Iconium; & illic fiduciáliter agébant in Dómino, testimónium perhibente verbo grátia suæ. *Act.* 13. & 14.

*Ant.* 5. a. Cúm factus esset ímpetus Gentilium & Judæorum, ut contuméliis afficerent & lapidarent eos, confugerunt ad civitátes Lycaóniæ; & ibi evangelizantes erant. *Act.* 14.

*Ant.* 4. E. Sacerdos Jovis volébat sacrificáre: quod ubi audierunt Bárnabas & Paulus, conscissis túnica suis, vix sedaverunt turbas, ne sibi immolárent. *Act.* 14.

*Ps.* Non nobis, Dómine, sed nómini tuo da glóriam, *R.* Super misericórdia tua & veritate tua. *Pf.* 113.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij.* Cap. 10.

**I**N illo tẽpore; Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

*In Matth. Homil.* 34. num. 1.

**P**ostquàm Dóminus omnem curam à discipulorum ánimis ejecerat, ac signórum spectáculo munierat, & quasi férreos adamantinosque reddiderat, secularibus ómibus superiores, & ab omni temporánea sollicitudine liberátos; demum illa prædicat mala quæ ipsos invasúra erant, non solum ea quæ paulò post futura, sed étiam ea quæ post multum tẽporis erant eventúra, diu ante illos ad bellum præparans contra diábolum suscipiendum. Multa enim hinc bona emergébant. Primò, quòd ipsius præsciéntiæ vim agnóscerent; secundò, quòd nemo suspicári posset hæc mala ob doctóris imbecillitatem evenire; tertio, ne ii qui hæc passuri erant, percellerentur, si hæc inexpectata & præter spem accidissent; quartò, ne hæc crucis tẽm-

pore audientes turbarentur.

R. Barnabas & Paulus exierunt in turbas, clamantes & dicentes: Viri, quid hæc facitis? \* Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum qui fecit cælum & terram. *ψ.* Omnes dii populorum, idola; Dominus autem cælos fecit; \* Et nos. *Act.* 14. 1. *Paral.* 16.

*Lectio viij.*

**J**AM verò ut intèlligant novam esse bellandi legem, & inauditum acièi modum, cum nudos mittat, unâ indutos tunicâ, sine calceis, sine virga, sine cingulo vel perâ, quos ali jubeat ab excipientibus, non hinc finem dicendi facit; sed suam ostendens ineffabilem potentiam, dicit: Sic abeuntes ovium mansuetudinem exhibete, etiam si contra lupos ituri, nec modò contra lupos, sed etiam in medio luporum. Neque tantum ovium mansuetudinem jubet habere, sed etiam simplicitatem columbar. Sic præsertim meam ostendam fortitudinem, cum oves lupos vicerint, etiam si in medio luporum sint, & innumeris morsibus lacerentur, nec modò non deleantur, sed etiam lupos convertant.

R. Numquid non habemus potestatem manducandi & bibendi, sicut & ceteri Apostoli: \* An ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Sed non usi sumus hæc potestate, ne quod offendiculum demus Evangelio.

*ψ.* Dixit Dominus ad Aaron: Pro officio sacerdotali accipies de his quæ sanctificantur & oblata sunt: in sanctuario comedes. \* An ego. 1. *Cor.* 9. *Num.* 10.

*Lectio ix.*

**M**AJUS certè atque mirabilius est voluntatem adversariorum mutare, animumque transformare, quam illos occidere: & hæc cum illi duodecim essent tantum, & totus orbis lupis esset plenus. Erubescamus igitur qui contra facientes quasi lupi inimicos invadimus. Quamdiu enim oves sumus, vincimus; atque etsi innumeris circumdati lupis, superamus. Si verò lupi efficiamur, vincimur: Pastoris quippe auxilio destituimur. Non enim ille lupos, sed oves pascit: tunc autem te relinquit, ac discedit; quia non finis illum virtutem suam ostendere.

R. Reversi sunt Barnabas & Paulus per civitates, confirmantes animas discipulorum, exhortantesque ut permanerent in fide, & \* Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. *ψ.* Vos scitis quanta fecimus, & angustias quales vidimus; \* Quoniam. Glòria Patri. \* Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. *Act.* 14. 1. *Mach.* 13.

Te Deum.

A D L A U D E S.

*Ant.* **B**arnabas & Paulus, 7. d. cum constituisent per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum jejuna-

tiónibus, commendaverunt eos Dómino, in quem crediderunt. *Act.* 14.

*Ant.* 8. c. Cùm venissent Antiochiam, unde erant traditi grátie Dei, in opus quod compleverunt, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Géntibus óstium fidei. *Act.* 14.

*Ant.* 6. Descendentes quidam de Judæa, docébant: Quia nisi circumcidámini, non potestis salvári. Facta est ergo disceptatio non minima Paulo & Barnabæ adversus illos. *Act.* 15.

*Ant.* 1. a. Statútum est ut ascenderent Paulus & Barnabas ad Apóstolos: illi ergo deducti ab Ecclesiá, pertransibant narrantes conversiónem Géntium. *Act.* 15.

*Ant.* 4. a. Cùm venissent Jerosólymam, suscepti sunt ab Ecclesiá, & ab Apóstolis, & á senióribus, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis. *Act.* 15.

*Capitulum.* *Act.* 15.

**T**Acuit omnis multitúdo, & audiébant Barnabam, & Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa & prodigia in Géntibus per eos.

*Hymnus.* Quem misit. *ut in Communi*, vj.

Ÿ. Annuntient nomen Dómini, & laudem ejus in Jerúsalem, *R.* In conveniendo pópulos in unum. *Pf.* 101.

*Ad Benedictus.* *Ant.* 1. D. Jacobus, Cephás & Joannes dextras dedérunt mihi & Barnabæ societátis; ut nos in Gentes, ipsi autem in circumcisiónem: tantum ut páupe-

rum memores essemus. *Gal.* 2.

*Oratio.*

**D**Eus, qui beátum Barnabam, plenum fide & Spiritu Sancto, ad opus conversiónis Géntium assumere dignatus es: concéde propitius, ut memores laboris & caritatis ejus, dignè Evangelio Christi, quod prædicávit, conversári mereámur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus; per ómnia sécula seculórum. *R.* Amen.

*A D P R I M A M.*

*Ant.* Barnabas & Paulus.

*A D T E R T I A M.*

*Ant.* Cùm venissent.

*Capitulum.* *Rom.* 9.

**G**entes quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam; justitiam autem quæ ex fide est. Israël verò sectando legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex opéribus.

*R.* *br.* Elégit nobis Dóminus \* Hæreditatem suam. Elégit. Ÿ. Subjecit pópulos nobis & gentes, \* Hæreditatem. Glória. Elégit. *Pf.* 46.

Ÿ. In conspectu géntium revelávit justitiam suam: *R.* Recordatus est misericórdiæ suæ. *Pf.* 97.

*A D S E X T A M.*

*Ant.* Descendentes.

*Capitulum.* *Galat.* 2.

**S**ubintroiérunt falsi fratres exploráre libertatem nostram quam habémus in Christo Jesu, ut nos in servitútem redigerent, quibus neque ad

horam céssimus subjecciónē,  
ut veritas Evángelii permá-  
neat apud vos.

*R. br.* Iniquè non égimus  
\* In testamento tuo, Dómine.  
Iniquè. *Ps.* Et non recessit  
retro cor nostrum, \* In te-  
stamento. Glória. Iniquè.  
*Pf.* 43.

*Ps.* Confirmáta est super nos  
misericórdia Dómini, *R.* Et  
veritas ejus manet in æter-  
num. *Pf.* 116.

A D N O N A M.

*Ant.* Cùm venissent.

*Capitulum.* 2. Cor. 4.

**A**bdicámus occulta dedé-  
coris, non ambulantes  
in astútia, neque adulteran-  
tes verbum Dei; sed in mani-  
festatióne veritátis commen-  
dantes nosmetipsos ad om-  
nem consciéntiam hóminum  
coram Deo.

*R. br.* In Deo \* Laudábimur  
totá die. In Deo *Ps.* Et in  
nómine tuo confitébimur in  
séculum: \* Laudábimur. Gló-  
ria. In Deo. *Pf.* 43.

*Ps.* Narrantes laudes Dó-  
mini, & virtútes ejus, *R.* Et  
mirabilia ejus quæ fecit.  
*Pf.* 77.

A D I I. V E S P E R A S.

*Ant.* **P**lacuit Apóstolis &  
8. G. **P**senióribus viros mít-  
tere Antiochiam cum Paulo &  
Bárnaba, scribentes per ma-  
nus eórum. *Act.* 15.

*Ant.* 3. c. Descendérunt An-  
tiochiam; & congregátâ mul-  
titudine, tradiderunt epísto-  
lam; quam cùm legissent ga-  
visi sunt super consolatióne.  
*Act.* 15.

*Ant.* 7. c. Paulus & Bárnabas  
demorabantur Antiochiæ, do-

centes & evangelizantes cum  
áliis plúribus verbum Dómi-  
ni. *Act.* 15.

*Ant.* 6. Dixit ad Bâr-  
nabam Paulus: Revertentes  
visitémus fratres, quibus præ-  
dicávimus verbum Dómini.  
*Act.* 15.

*Ant.* 2. D. Bárnabas, assum-  
pto Marco, navigávit in Cy-  
prum; Paulus verò, electo  
Sylâ, perambulábat Syriam.  
*Act.* 15.

*Capitulum.* 2. Cor. 2.  
**D**eo grátias qui semper  
triumphat nos in Christo  
Jesu, & odórem notítiæ suæ  
manifestat per nos in omni  
loco.

*Hymnus,* Cælo datur. *ut in*  
*I. Vesperis,* 345.

*Ps.* Dedisti nos tanquam oves  
escárum; *R.* Et in géntibus  
dispersisti nos. *Pf.* 43.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 1. D.  
Bárnabas & Paulus tradidé-  
runt ánimas suas pro nómine  
Dómini nostri Jesu Christi.  
*Act.* 15.

*Oratio, ut suprâ ad Laudes.*

D I E X V I.

In Festo Sanctorum  
CIRYCI ET JULITTÆ,  
MARTYRUM.

*Simplex.*

*Omnia à Capitulo de Com-  
muni Martyrum.* xij.

*Oratio, infra.*

*Lectiones duæ priores de Scri-  
ptura occurrente, ex tribus duæ.*

*Lectio iij.*

*Ex Act. apud Ruin. ad*  
*an. 305.*

**C**iryus & Julitta mater  
ejus, ex Lycaóniæ civitate  
Iconio nobili genere oriundi,  
Tarsi in Ciliciâ, Diocletiano

imperante, Martyrii coronam adepti sunt. Ciryus triennis puerulus cum Julittam matrem crudis nervis, jubente Præside propter confessionem Christi, discissam lugeret, & se quoque Christianum clamaret, à Præside ex alto tribunali in subjectos gradus lapideos projectus & contritus, interiit. Julitta verò in ligno suspensa, ferreis pectinibus dilaniata; & fervidâ pice perfusa, martyrium tandem capitis obtruncatione complèvit. Celebrima est per totam Galliam horum Martyrum memoria, ex quo sanctus Amator, Autisiodorensis Episcopus, ex Orientali peregrinatione redux, eorum corpora ex Antiochia detulisse traditur.

*Oratio.*

**P**ietatem tuam, Domine, supplices deprecamur; ut dum sanctorum Ciryi & Julittæ matris ejus passionem colimus, peccatorum veniam consequamur; Per Dominum.

D I E X I X.

In Festo SS. Martyrum

G E R V A S I I

&amp; P R O T A S I I.

*Simplex.*

Ex Epistola sancti Ambrósii Episcopi ad Marcellinam sororem. *Epist. 22.*

*Lectio iij.*

**P**incipes populi quos alios nisi sanctos Martyres æstimare debemus, quorum jam in numerum diu antè ignorati Protasius Gervasiusque proferruntur, qui sterilem Martyribus Ecclesiam Mediolanensem, jam plurimorum matrem filiorum, lætari passio-

nis propriæ fecerunt & titulis & exemplis? Grâtiâs tibi, Domine Jesu, quòd hoc tempore tales nobis sanctorum Martyrum spiritus excitasti, quo Ecclesia tua præsidia majora desiderat. Cognoscant omnes quales ego propugnatores requiram, qui propugnare possint, impugnare non soleant. Hos ego acquisivi tibi, plebs sancta, qui profint omnibus, nemini noceant. Eruuntur nobiles reliquæ è sepulcro ignobili; ostenduntur cælo trophæa; sanguine tumulus madet; apparent cruoris triumphalis notæ; inviolatæ reliquæ loco suo & ordine repertæ; avulsam humeris caput. Nunc senes repetunt audisse se aliquando horum Martyrum nomina, titulumque legisse. Perdiderat civitas suos Martyres, quæ rapuit alienos. Et si hoc Dei munus est, tamen gratiam quam temporibus sacerdotii mei Dominus Jesus tribuit, negare non possum: & quia ipse martyr esse non mereor, hos vobis Martyres acquisivi. Succedant victimæ triumphales in locum ubi Christus hostia est: sed ille super altare, qui pro omnibus passus est; isti sub altari, qui illius redempti sunt passione.

*Orat.* Deus, invisibilis. xv.

D I E X X I I.

In Festo

S A N C T I P A U L I N I,

Episcopi. *Semiduplex.**Lectio ij.*

**P**aulinus, consulâri & patricio genere natus Hebrômagi in Santonia, patrio

in oppido ad Garumnam Fluvium haud procul à Burdigala, rhetoricis & poeticis artibus ab Aufonio institutus est. Patrimonio peramplo positus, ac in ipso juventutis flore Consulatum consecutus, Therasiam piam ac locupletem mulierem uxorem duxit, è qua post longa vota filius ei in Hispania, quò cum uxore ob negotia profectus fuerat, natus est; qui sub octavum ab ortu diem Compluti obiit. Circa annum vitæ suæ trigésimum-octavum à Delphino Burdigalensi Episcopo baptizatus, relicta cognatione, in Hispaniam soli Deo vacaturus rediit, Therasia à viri proposito non dissentiente. Sed cum virtus ejus latere non posset, Barcinone, facto in eum multitudinis impetu, die Natalis Domini presbyterum se ordinari à Lampio Barcinonensi Episcopo passus est, eam tamen lege ut Ecclesiæ Barcinonensi non alligaretur, in sacerdotium tantum Domini, non in locum Ecclesiæ consecratus.

*Lectio iij.*

**I**nde, post facultates, etiam conjugales, in Gallia potissimum pauperibus erogatas, in Italiam profectum, ut Nolæ, juxta quam prædium ipsi erat, ad tumulum sancti Felicis reliquum vitæ Deo servireret, sanctus Ambrósus Clero suo adscribere voluit; ut etsi diversis in locis degeret, ipsius presbyter censeretur. Romæ, multorum de Clero invidia laboravit. Nolæ denique postquam per sexdecim annos

Mónachi vitam egisset, ejusdem civitatis Episcopatum suscipere coactus est. Vastantibus postea Nola Gothis, Paulinus ex opulentissimo divite, ut sanctus Augustinus scribit, voluntate pauperimus, & copiosissime sanctus, cum ab eis teneretur, sic in corde suo precabatur: Domine, non excrucier propter aurum & argentum; ubi enim sunt omnia mea tu scis. Tandem cum laterum dolore correptus esset, cubiculum in quo jacebat, terræ motu contremuit; ac paulò post animam Deo reddidit, anno salutis quadringentesimo trigésimo primo. Multa eleganter scripsit versibus & soluta oratione. Hunc S. Martinus discipulis imitandum proponebat, suumque seculum felix judicabat tantæ fidei virtutisque documento. Hunc & S. Hieronymus ferventissimæ fidei presbyterum; beatus autem Euchérius Lugdunensis peculiare Galliæ exemplum, ac uberrimum eloquentiæ fontem appellabat. Ejus reliquiæ, post multos annos Romam delatæ, in Ecclesiâ S. Adalberti, quæ nunc S. Bartholomæi in Insula dicitur, collocatæ sunt.

*Oratio.*

**D**Eus, qui omnia pro te relinquentibus, in hoc seculo centuplum, & in futuro vitam æternam promissisti: concede propitius, ut sancti Pontificis Paulini vestigiis inhaerentes, peritura contemnamus, & ad sola mansura suspiremus; Per Dominum nostrum Jesum Christum.

D I E X X I I I.

In Vigilia Nativitatis  
S. JOANNIS BAPTISTÆ.*Officium de Feria occurrente, exceptis qua sequuntur.**AD NOCT. Lectiones duæ priores de Scriptura occur. è tribus sunt duæ.**Duo RR. priora de Temp.*  
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.*Lectio iij. Cap. i.*

**F**uit in diebus Herodis regis Judææ Sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia; & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Elizabeth. Erant autem justi ambo ante Deum. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii  
Episcopi.*Comment. in Luc. Lib. 1.*

§. 15. &amp; 16.

**D**ocet nos Scriptura divina non solum mores in iis quæ prædicabiles sunt, sed etiam parentes oportere laudari; ut veluti transmissa immaculatæ puritatis hæreditas in iis quos volumus laudare, præcellat. Quæ enim alia intentio hoc loco sancti Evangelistæ, nisi ut sanctus Joannes Baptista nobilitetur parentibus, miraculis, moribus, munere, passione? Sic etiam sancti Samuel mater Anna laudatur, sic Isaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam posteris dereliquit. Sacerdos itaque Zacharias, nec solum sacerdos, sed etiam de vice Abia, id est, nobilis inter superiores

familias. Et uxor, inquit, ejus de filiabus Aaron. Non solum igitur à parentibus, sed etiam à majoribus sancti Joannis nobilitas propagatur; non seculari potestate sublimis, sed religionis successione venerabilis. Tales enim majores habere debuit prænuntius Christi, ut non repente conceptam, sed à majoribus acceptam, & ipso infusam jure naturæ prædicare fidem Dominici videretur adventus.

*R.* Ne timeas, Zacharia; quoniam exaudita est deprecatio tua: & \* Uxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & † Vocabis nomen ejus Joannem. *ψ.* Dixit Deus: Benedicam uxori tuæ, & ex illa dabo tibi filium cui benedicturus sum: \* Uxor tua. Glória. † Vocabis nomen. *Luc. 1. Gen. 17.*

*Post Antiph. ad Benedictus. quæ sumitur ex Psalterio, dicuntur Preces flexis genibus.*

*Oratio.*

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut familia tua per viam salutis incédât; & beati Joannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit secúra perveniat, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti.

*Deinde sunt Commemorationes communes.*

*AD HORAS, Preces flexis genibus.*



## IN NATIVITATE

## S. JOANNIS BAPTISTÆ.

## SOLEMNE II. ORDINIS.

## IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Feria.*

*Ant.* CUM sacerdotio fun-  
8.G. geretur Zacharias in  
ordine vicis suæ, apparuit illi  
Angelus Domini stans à dex-  
tris altaris incensi. *Luc. 1.*

*Ant. 3. a.* Ne timeas, Za-  
charia; exaudita est deprecá-  
tio tua: & uxor tua Elizabeth  
pariet tibi filium. *Luc. 1.*

*Ant. 1. D.* Vocabis nomen  
ejus Joannem: & erit gau-  
dium tibi, & exultatio; &  
multi in nativitate ejus gau-  
debunt. *Luc. 1.*

*Ant. 5. a.* Vinum & siceram  
non bibit; & Spiritu sancto  
replebitur adhuc ex útero ma-  
tris suæ. *Luc. 1.*

*Ant. 4. D.* Multos filiorum  
Israël convertet ad Dóminum  
Deum ipsorum, & præcedet  
parare Dómino plebem per-  
fectam. *Luc. 1.*

*Capitulum. Malach. 4.*

ECCe ego mittam vobis  
Eliam Prophétam, ante-  
quam veniat dies Dómini  
magnus & horribilis; & con-  
vertet cor patrum ad filios,  
& cor filiorum ad patres eó-  
rum: ne fortè veniam, & per-  
cútiam terram anathémate.

*R.* Erit magnus coram Dó-  
mino: \* Et ipse † Præcedet  
ante Dóminum in spiritu &  
virtute Eliæ, ut convertat cor-

*MIR. Pars Æstiva.*

da patrum in filios, & incré-  
dulos ad prudentiam justó-  
rum. †. Scriptus est Elias in  
judiciis temporum lenire ira-  
cundiam Dómini, conciliare  
cor patris ad filium, & re-  
stituítere tribus Jacob. \* Et.  
Glória. † Præcedet. *Luc. 1.*  
*Eccli. 48.*

*Hymnus.*

CHRISTE, prolapsi repará-  
tor orbis,

Ut tuum casto celebrémus  
omnes

Ore Baptistam, máculas  
profani

Eluc cordis.

HUNC paratúrum Dómino se-  
quenti

Sémitam prisca cecinere va-  
tes:

Vatibus cunctis fuit ipse  
major,

Júdice Christo.

HIC & inclúsus genitrícis  
alvo,

Sentit exultans Dóminum  
latentem;

Jamque cœlesti trépídat ve-  
nire

Obvius Agno.

QUID fide pendes dúbiâ, Sa-  
cerdos?

Muta torpébit tibi vox: at  
infans

Prótinus nascens pátriæ re-  
solvet

Víncula linguæ.

\*Z

QUIN repromissam, súbitus  
 Prophéta,  
 Cernis humano géneri sa-  
 lútem;  
 Nuntias pacem, referasque  
 fatís  
 Grándibus ora.

GAUDET admirans pópulus  
 stupetque:

Quis puer, clamant, erit  
 iste, cujus

Se statim prodit manifesta  
 tantis

Glória signis?

LAUS sit æternæ sua Trinitáti,  
 Quæ novam mundo peritúra  
 lucem,

Prævium Soli voluit Joan-  
 nem

Surgere sidus. Amen.

Ÿ. Suscepisti me, Dómine,  
 de útero matris meæ: R. Con-  
 fitébor tibi, quia mirabilia  
 ópera tua. *Pf.* 138.

*Ad Magnificat. Ant.* 6. Di-  
 xit Zacharías ad Angelum:  
 Unde hoc sciam? Et respon-  
 dens Angelus, dixit: Ecce non  
 poteris loqui usque in diem  
 quo hæc fiant, pro eo quòd non  
 credidisti verbis meis. *Luc.* 1.

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM,  
*super Psalmos.*

*Ant.* 7. d. Pósuí verba mea  
 in ore tuo & in umbra manus  
 tuæ protexi te.

AD OFFICIUM NOCTUR.

*Invit.* Agnum Dei à Joan-  
 ne demonstrátum, \* Veníte,  
 adorémus. *Joan.* 1.

*Pf.* 94. Veníte. 2.

*Hymnus.*

EXIIT cunis pretiósus in-  
 fans,  
 Munus excelsi: venit ut te-  
 nello

Cópori robur, nova ditat  
 intus

Grátia mentem.

JAMQUE conventus fugiens  
 profános,

Hórridis blandâ procul ur-  
 be lustris,

Mílitem Christo parat, in-  
 nocentes

Sævus in artus.

CINCTUS hirsúti spóliis ca-  
 méli,

Arido vitam toleráre victu  
 Gaudet, insulfas medicans

agresti

Melle locustas.

SCILICET, sacrâ stimulante  
 flammâ,

Pérfidam natus renováre  
 gentem,

Ad patrum mentes revocá-  
 bit olim

Corða nepótum.

QUI creat mundum, sit honos  
 Parenti:

Laus tibi compar, Repará-  
 tor orbis:

Æquus ambórum sit honos  
 per omne

Tempus Amóri. Amen.

IN I. NOCTURNO.

*Psalmi de Dominica, & sic  
 in reliquo Officio.*

*Ant.* 1. D. Zacharías & uxor  
 illius Elifabéth erant justí an-  
 te Deum, incedentes in ómni-  
 bus mandátis Dómini. *Luc.* 1.

*Ant.* 2. D. Non erat illis  
 filius, eò quòd esset Eliza-  
 beth stérilis, & ambo proces-  
 sissent in diébus suis. *Luc.* 1.

*Ant.* 4. E. Et ecce Elízabeth  
 concépit filium in senectúte  
 sua; quia non erit impossíbile  
 apud Deum omne verbum.  
*Luc.* 1.

Ÿ. Adhuc multiplicabuntur

in senecta úberi, R. Et bene patientes erunt. *Pf. 91.*

Ex Jeremía Prophéta.

*Lectio j.*

Cap. i.

**F**Actum est verbum Dómini, ad me dicens: Priusquam te formárem in útero novi te: & ántequam exíres de vulva sanctificávi te, & Prophétam in géntibus dedi te. Et dixi: A, a, a, Dómine Deus: Ecce nescio loqui, quia puer ego sum.

R. Concépit Elizabeth, & occultábat se ménsibus quinque, dicens: \* Quia sic fecit mihi Dóminus in diébus quibus respexit auferre opprobrium meum inter hómínes. *Ps. Exaltabitur senectus mea in misericórdia úberi; \* Quia. Luc. i. Pf. 91.*

*Lectio ij.*

**E**T dixit Dóminus ad me: Noli dicere: puer sum, quóniam ad ómnia quæ mitram te ibis, & universa quæcumque mandávero tibi loqueris. Ne timeas à faciè eórum: quia tecum ego sum, ut éruam te, dicit Dóminus. Et misit Dóminus manum suam, & tétigit os meum, & dixit Dóminus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo.

R. Intrávit María in domum Zachariæ, & salutávit Elizabeth; \* Et factum est ut áudívit salutatióem Mariæ Elizabeth, exultávit infans in útero ejus. *Ps. Prævenisti eum, Dómine, in benedictiónibus dulcédinis. \* Et. Luc. i. Pf. 20.*

*Lectio iij.*

**L**oquere ad eos ómnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à faciè eórum: nec enim

MIR. *Pars Æstiva.*

timére te faciám vultum eórum. Ego quippe dedi te hódie in civitatem munitam, & in columnam férream, & in murum æreum, super omnem terram, régibus Juda princípibus ejus, & Sacerdótibus & pópulo terræ. Et bellábunt adversum te & non prævalébunt; quia ego tecum sum, ait Dóminus, ut liberem te.

R. Repléta est Spíritu sancto Elizabeth, & exclamávit voce magnâ: Unde hoc mihi, ut véniat mater Dómini mei ad me? \* Ecce † Exultávit in gáudio infans in útero meo. *Ps. Experimento didici quia benedixerit mihi Deus propter te. \* Ecce. Glória Patri. † Exultávit. Luc. i. Gen. 30.*

IN II. NOCTURNO.

*Ant. 3. a. Elizabeth implétum est tempus pariendi, & péperit filium. Luc. i.*

*Ant. 1. g. Audiérunt vicíni & cognáti ejus, quia magnificávit Dóminus misericórdiá suam cum illa; & congratulábantur ei. Luc. i.*

*Ant. 6. Venérunt circumcídere púerum; & mater ejus dixit: Vocábitur Joannes. Luc. i.*

*Ps. O Dómine, quia ego servus tuus: R. Ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ. Pf. 115.*

Sermo sancti Augustíni  
Epíscopi.

*Serm. 292. de Nativ. S. J. B.*

*Lectio iv.*

**N**ativitátis Joannis dies hodiernus tráditur, hódie celebrátur. Hoc majórum rraditióne suscépimus; hoc ad pósteros imítamur.

\* Z ij

dâ devotiōne transmīttimus. Quâ re pôsitâ, occurrit quæstio non prætereunda : Quare natâlem, quo est ortus ex útero Joannes, pôtius celebrâmus, quàm cujûslibet Apóstoli, vel Prophetæ ? Quantum mihi videtur, hæc causa est : Discipuli Dómini nati sunt, & per ætatis accessum ad annos capaciōres perducti, in discipulâtum assumpti sunt : illórum pôsteâ fides Dómino adhæsit, sed nullius illórum nativitas Dómino militâvit. Recordémur & Prophetas, recolâmus Patriarchas : nati sunt, ut pôsteâ prophetarent. Joannis autem ipsa nativitas Dñm Christum prophetâvit, quem conceptum ex útero salutâvit.

Rz. Innuébant patri ejus, quem vellet vocâri eum. Et pôstulans pugillârem, scripsit : \* Joannes est nomen ejus : & mirâti sunt universi. *ÿ.* Vocâbitur nomen quod os Dómini nominâbit. \* Joannes. *Luc. 1. Is. 62.*

*Lectio v.*

**D**iscipulos habébat Christus, discipulos habébat Joannes : docébat Christus, docébat Joannes. Quid jam dicam ? Baptizâbat Joannes, baptizâbat Christus. Plus hîc de baptismo dico : à Joanne baptizâtus est Christus. Magna jam eminere causa cœpit, quâ fúerat & Christus à Patre mittendus, & Joannes à Christo præmittendus. Prior missus est Joannes ; sed sicut ab obsequéntibus antecéditur judex. Postérior homo creâtus est Christus ; sed Joannem creâvit Deus Christus.

Rz. Apertum est illicó os Zachariæ, & replétus est Spîritu sancto ; & prophetâvit, dicens : Tu, puer, Prophéta Altissimi vocâberis ; \* Præbis enim ante faciém Dómini parâre vias ejus. *ÿ.* Noli dicere : Puer sum, dixit Dóminus ; quóniam ad ómnia quæ mittam te, ibis : \* Præbis. *Luc. 1. Jerem. 1.*

*Lectio vj.*

**E**Rat igitur Joannes homo perfectus quidem, & cujus tanta grâtia commendâta est, ut ipse de illo Dóminus diceret : In natis mulierum nemo exurrexit major Joanne Baptista. Ilte ergo tam magnus agnoscit homo eum qui vénerat homo Deus. Si enim in hominibus, nemo exurrexit major Joanne Baptista ; quisquis Joanne plus est, non tantum homo, sed & Deus est. Débuit ergo tantus iste & discipulos próprios habere, & cum discipulis suis magistrum ómniû Christum cognoscere.

Rz. Puer crescêbat, & confortabâtur spîritu : \* Et † Erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israël. *ÿ.* Crevit puer, & benedixit ei Dóminus, cœpitque Spîritus Dómini esse cum eo ; \* Et. Glória Patri. † Erat. *Luc. 1. Judic. 13.*

**IN III. NOCTURNO.**

*Ant. 7. d.* Factum est verbum Dómini super Joannem in deserto, & venit in omnem regiōnem Jordânis, prædicans baptismû pœnitentiæ. *Luc. 3.*

*Ant. 8. c.* Ipse Joannes habébat vestimentum de pilis camelórum, & zonam pellis-

team circa lumbos suos; esca autem ejus erat locustæ, & mel sylvestre. *Matth. 3.*

*Ant. 5. a.* Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini; exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerúsalem. *Is. 40.*

ψ. Vox Domini in virtute: R. Vox Domini in magnificentia. *Pf. 28.*

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 1.*

**E**lizabeth implerum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audiverunt vicini & cognati ejus quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa; & congratulabantur ei. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

*In Luc. Lib. 2. n. 30.*

**H**abet sanctorum editio laritiam plurimorum, quia commune est bonum; justitia enim communis est virtus. Et ideo in ortu justi futuræ vitæ insigne præmittitur, & gratia secuturæ virtutis exultatione vicinorum præfigurante signatur. Pulcrè autem tempus quo fuit in útero Prophéta, describitur, ne Mariæ præsentia taceatur; sed tempus siletur infantia, eò quòd præsentia Domini matris in útero roboratur, qui infantia impedimenta nescivit. Et ideo in Evangelio nihil super eo legimus, nisi ortum ejus, & oraculum, exultationem in útero, vocem in deserto. Neque enim ullam infantia sensit ætatem, qui

supra naturam, supra ætatem, in útero situs matris, à mentura perfectæ coepit ætatis plenitudinis Christi.

R. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes: \* Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. ψ. Surrexit quasi ignis; & verbum ipsius quasi facula ardebat. \* Non. *Joan. 1. Eccli. 48.*

*n. 31.*

*Lectio viij.*

**M**irè sanctus Evangelista præmittendum putavit, quòd plurimi infantem patris nomine Zachariæ appellandum putaverint: ut advertas matri non nomen alicujus displicuisse degeneris, sed id ei sancto infusum Spiritu, quòd ab Angelo antè Zachariæ fuerat prænuntiatum. Et quidem ille mutus intimæ vocabulum filii nequivit uxori; sed per prophetiam Elizabeth didicit quòd non didicerat à marito.

R. Joannes testimonium perhibet de Verbo, & clamat, dicens: Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat; \* Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus. ψ. Ego novissimus, in benedictione Dei & ipse speravi. \* Et de plenitudine. *Joan. 1. Eccli. 33.*

*n. 32.*

*Lectio ix.*

**J**oannes est, inquit, nomen Jesus; hoc est, non nos ei nomen imponimus, qui jam à Deo nomen accepit. Habet vocabulum suum quòd agnovimus, non quòd elegimus. Habent hoc mérita Sanctorum, ut à Deo nomen acci-

pian. Sic Jacob Israël dicitur, quia Deum vidit. Sic Dominus noster Jesus nominatus est antequam natus, cui non Angelus, sed Pater nomen imposuit. Nec mireris si nomen mulier quod non audivit asseruit, quando Spiritus ei sanctus, qui angelo mandaverat revelavit. Neque poterat Domini ignorare prænuntium, quæ prophetaverat Christum.

Rz. Qui misit me, ille mihi dixit: \* Super quem videris Spiritum descendantem, & manentem super eum, † Hic est qui baptizat in Spiritu sancto. † Dominus formans me ex utero servum sibi, ut redúcám Jacob ad eum, factus est fortitudo mea; & dixit: \* Super quem videris. Glória Patri. † Hic est qui baptizat in Spiritu sancto. *Joan. 1. If. 49.*

Te Deum.

A D L A U D E S.

*Ant.* **E**Xistimante populo 7. d. de Joanne, ne forte esset Christus, respondit: Veniet fortior me, cujus non sum dignus sölvere corrigiam calceamentórum. *Luc. 3.*

*Ant.* 4. E. Confessus est: Non sum ego Christus: ego vox clamantis in deserto, Dirigite viam Domini. *Joan. 1.*

*Ant.* 1. a. Prædicabat, dicens: Ego baptizavi vos aquâ; ille verò baptizabit vos Spiritu sancto. *Marc. 1.*

*Ant.* 5. a. Vidit Jesum.

*Canticum.* *If. 40.*

**S**uper montem excelsum ascende tu, \* qui evangelizas Sion.

Exalta in fortitudine vocem tuam, \* qui evangelizas Jerúsalem.

Exalta, noli timere; \* dic civitatibus Juda: Ecce Deus vester.

Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, \* & bráchium ejus dominabitur.

Ecce merces ejus cum eo, \* & opus illius coram illo.

Sicut pastor gregem suum pascet: \* in bráchio suo congregabit agnos, & in sinu suo levabit; fortas ipse portabit.

*Ant.* Vidit Jesum, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est. *Joan. 1.*

*Ant.* 2. D. Lex & Prophætæ, usque ad Joannem: ex eo regnum Dei evangelizatur, alleluia. *Luc. 16.*

*Capitulum.* *Act. 19.*

**J**oannes baptizavit baptismum poenitentiae populum, dicens: In eum qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Jesum.

*Hymnus.*

**N**UNC suis tandem novus è latebris

Prodit Elías, populisque Christum

Clamat, exprobrans sua viperinæ

Crimina proli.

EN Deus judex, Deus en propinquat

Ventilans fruges: superis recondet

Triticum-cellis, paleasque diros

Tradet in ignes.

HUIUS adventu, rigidum superbi

Déprimant montes caput ;  
erigantur  
Vállium passim cava : cor-  
rigan-  
Prava viárum.

SANCTE Præcurfor , date præ-  
co lucis,  
Excitet fomno tua vox iner-  
tes ;  
Ut graves olim fugiámus  
Agni  
Vindicis iras.

SUMMA laus Patri , genitó-  
que Verbo :  
Æquus ambórum sit honos  
Amóri ,  
Qui sacrum Christi púgi-  
lem potenter  
Ungit & armat.  
Amen.

Ÿ. Docébo iniquos vias tuas ;  
R. Et impii ad te converten-  
tur. *Pf.* 50.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. a.  
A diébus Joannis Baptistæ  
regnum cælórum vim páti-  
tur , & violenti rápiunt illud.  
*Matth.* 11.

*Oratio.*

**D**Eus, qui præsentem diem  
honorábilem nobis in  
beáti Joannis Nativitate feci-  
sti : da pópulis tuis spiritua-  
lium grátiam gaudiórum , &  
ómnium fidélium mentes dí-  
rige in viam salutis æternæ ;  
Per Dóminum nostrum Jesum  
Christum , Fílium tuum , qui  
tecum.

A D P R I M A M.

*Ant.* Existimante pópulo.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Confessus est.

*Capitulum.* *II.* 52.

**G**Audéte , & laudáte simul ,  
deserta Jerúsalem ; quia  
consolátus est Dóminus popu-

lum suum, redémit Jerúsalem.  
Parávit Dóminus bráchium  
sanctum suum in óculis óm-  
nium géntium ; & vidébunt  
omnes fines terræ salutare Dei  
nostri.

*R.* *br.* Vox Dómini \* con-  
cutientis desertum, \* Allelúia,  
allelúia. Vox Dómini. Ÿ. Vox  
Dómini revelábit condensá,  
\* Allelúia. Glória Patri. Vox.  
*Pf.* 28.

Ÿ. Dabit Deus voci suæ  
vocem virtútis : R. Date gló-  
riam Deo super Israél. *Pf.* 67.

A D S E X T A M.

*Ant.* Prædicábat.

*Capitulum.* *Act.* 13.

**D**Eus ex sémine David se-  
cundum promissionem  
eduxit Israél salvátorem Je-  
sum , prædicante Joanne ante  
faciem adventus ejus baptis-  
mum pœnitentiæ omni popu-  
lo Israél.

*R.* *br.* Altíssimus \* dedit vo-  
cem suam, \* Allelúia, allelúia.  
Altíssimus. Ÿ. Et apparuerunt  
fontes aquárum , \* Allelúia.  
Glória. Altíssimus. *Pf.* 17.

Ÿ. Vox Dómini super aquas :  
R. Dóminus dilúvium inha-  
bitáre facit. *Pf.* 28.

A D N O N A M.

*Ant.* Lex & Prophétæ.

*Capitulum.* *Act.* 13.

**C**UM impléret Joannes cur-  
sum suum, dicébat: Quem  
me arbitrámini esse , non sum  
ego ; sed ecce venit post me ,  
cujus non sum dignus calcea-  
menta pedum sölvere.

*R.* *br.* Parávi lucernam \*  
Christo meo , \* Allelúia, al-  
lelúia. Parávi. Ÿ. Super ip-  
sum efflorébit sanctificatio  
mea , \* Allelúia, allelúia.

Z iv

Glória Patri. Parávi lucernam  
\* Christo meo, \* Allelúia,  
allelúia. *Pf.* 131.

Ψ. Prótegam eum, quóniam  
cognóvit nomen meum: R. Et  
ostendam illi salutáre meum.  
*Pf.* 90.

## AD II. VESPERAS.

*Ant.* **C**æpit Jesus dicere ad  
6. Turbas de Joanne:  
Quid existis vidére? Prophé-  
tam? Etiam dico vobis, &  
plusquàm Prophétam. *Matth.*  
11.

*Ant.* 5. C. Hic est de quo  
scriptum est: Ecce ego mitto  
Angelum meum ante faciẽm  
tuam, qui præparábit viam  
tuam ante te. *Matth.* 11.

*Ant.* 7. d. Amen dico vobis:  
Non surrexit inter natos mu-  
lierum major Joanne Baptista.  
*Matth.* 11.

*Ant.* 4. E. A ventre matris  
consecrátus est Prophéta, evér-  
tere, & erúere, & pérdere,  
& iterum renováre. *Eccli.* 49.

*Ant.* 1. D. Si vultis recípe-  
re, ipse est Elías qui ventúrus  
est. *Matth.* 11.

*Capitulum.* *Eccli.* 46.

**I**n fide sua probátus est Pro-  
phéta, & cónitus est in  
verbis suis fidélis; quia vidit  
Deum lucis.

*Hymnus.*

**Q**uid moras nectis? Dó-  
mino jubenti

Cede: qui sacro lavat igne  
corda,

Hic tuis ardet máribus,  
Joannes,

Amne lavári.

**Q**uis fuit sensus tibi, cùm  
vidéres

Súpplicis ritu dare colla  
pronum,

Cui pedum summo réputes  
honóri

Sólvere lora?

**CERNIS** ut, nimbo rutilante,  
Christo

Spiritus, Patris comitante  
voce,

Incubat; sese Triadisque  
tota

Pandit imágo?

**DILIGENS** instas óperi mi-  
nister:

Víctimam mundi scelus au-  
ferentem

Prædicas agnum, digitó-  
que fidus

Indice monstras.

**IMMEMOR** laudis própriae,  
magistro

Débitos Christo própéras  
alumnos

Rédde: ardébas mínui,  
decébat

Créscere Christum.

**NEC** fidem vitá sat erit pro-  
basse;

Vídicem læsi rígídum pu-  
doris

Te manet carcer: Dómino  
cruentá

Morte præibis.

**LÆTUS** æternum célebrét Pa-  
rentem

Orbis: æternum célebrét  
Parentis

Fílium: par sit tibi laus per  
omne,

Spiritus, ævum.

Amen.

Ψ. Loquébar de testimóniis  
tuis, Dómine, R. Et non con-  
fundébar. *Pf.* 118.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 7. G.

Joannes testimónium perhi-  
buit veritáti; ille erat lucer-  
na ardens & lucens. *Joan.* 5.

*Oratio, ut supra ad Laudes.*

DIEBUS

INTRA OCTAVAM  
S. Joannis Baptista.*Semiduplex.**Omnia dempto ritu solemnibus, ut in die, exceptis quæ sequuntur.*AD NOCT. Antiphona, *ψ.*  
*Et RRRR. diei secundum Ferriam.*AD LAUDES, *unica Antiphona super Psalmos, quæ quarta Laudum diei.*

AD HORAS non dicitur Alleluia, in RRRR. br.

AD VESP. *unica Antiphona super Psalmos, quæ prima Vesperarum diei.*

DOMINICA intrâ Octavam omnia de Dominica occurrente cum Commemoratione Octava.

DIE XXV.

DE OCTAVA

S. Joannis Baptista.

Sermo S. Augustini Episcopi.

*Serm. 290. num. 1.**Lectio ij.*

SANCTUS Joannes Baptista missus est ante faciẽm Christi preparare vias ejus. Testimonium Christi de Joanne est: In natis mulierum non surrexit major Joanne Baptista. Testimonium Joannis de Christo est, qui venit post me major me est, cujus non sum dignus corrigiam calcamenti solvere. Utrumque testimonium consideremus quod perhibuit Dominus servo & quod perhibuit servus Domino. Si in natis mulierum non surrexit major Joanne Baptista, qui major illo est, quid est? Joannes magnus

MIR. Pars Æstiva.

homo, sed homo: Christus Joanne major, quia Deus & homo. Ambo mirabiliter nati, præco & judex, lucerna & dies, vox & verbum, servus & Dominus.

*Lectio iij.*

DE sterili servus, de Virgine Dominus. Ipse Dominus fecit sibi servum in utero sterili, de sene patre, & de aniculâ matre. Et idem ipse Dominus fecit sibi carnem in utero Virginis, sine homine patre, qui fecit primum hominem sine patre & matre. Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista. Tam magnus visus est Joannes ut à nonnullis etiam Christus putaretur. Nec in superbia sua alienum sequutus est errorem, nec ausus est dicere: Sum quod putatis; sed quod bonum erat ei, se agnovit, ut ad pedes Domini, & ad corrigiam servus humiliaretur, nec vento superbiae lucerna extingueretur.

AD VESPER. *Commem. SS. Joannis & Pauli, Martyrum. Ant. Cum vos. ψ. Viriliter. xij. Oratio propria, ut infra.*

DIE XXVI.

DE OCTAVA

S. Joannis Baptista.

Ex libro tertio sancti Irenæi Episcopi & Martyris contra Hæreses.

*cap. II. num. 4.**Lectio ij.*

PRÆCURSOR Joannes, qui testatur de lumine, à quo missus est? utique ab eo, cujus Gabriel est Angelus, qui etiam evangelizavit genera-

\*

tionem ejus; qui & per Prophetas promisit Angelum suum missurum ante faciem Filii sui, & preparaturum viam ejus, hoc est testificationem de lumine in spiritu & virtute Eliæ. Elias autem rursus, cujus Dei servus & Propheta fuit? ejus qui fecit cœlum & terram, quemadmodum & ipse confitetur. A conditore igitur & fabricatore hujus mundi missus Joannes: propter hoc Dominus plussquam Prophetam dixit eum habuisse. Reliqui enim omnes Prophetæ annuntiaverunt adventum paterni luminis; concupierunt autem digni esse videre eum quem prædicabant. Joannes autem & prænuntiavit similiter sicut alii, & advenientem vidit & demonstravit, & credere in eum suavit multas; ita ut & Prophetæ & Apóstoli locum haberent.

De SS. Joanne & Paulo.

Lectio iij.

Ex Sacram. Gelasii, & Greg. magni, & ex Greg. Turon.

SANCTI MÀRTYRES Joannes & Paulus isto die memorantur; quorum constantiam adversus renascentem sub Juliáno apóstata idololatriam Romæ celebrari testis est Gregorius Turonensis. Horum mártirum nómina ad altáris sacrificium tota jam Latína Ecclesiá commemorat: unde eórum veneratio sensim per omnes Occidentis Ecclesiás propagata est.

AD LAUDES, Commem.

SS. Joannis & Pauli. Ant. Beati ꝑ. Eruct. xv.

Oratio.

QUÆSUMUS, omnipotens Deus, ut nos geminata lætitia hodiernæ festivitatis excipiat, quæ de beatorum Joannis & Pauli glorificatione procedit, quos eadem fides & passio verè fecit esse germanos; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitate Spiritus sancti Deus, per ómnia sècula seculórum.

AD II. VESP. Commem. S. Irenai, Episcopi & Sociorum ejus Martyrum. Ant. Cum vos. ꝑ. Viriliter. xij. Oratio. Deus, invisibilis. xv.

D I E X X V I I.

In Festo

S. IRENÆI, EPISCOPI, & Eccles. Doct. & Sociorum ejus Martyrum.

Semiduplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum. xij. additis quæ sequuntur.

IN NOCT. Lectio prima de Scriptura occurrente, ex tribus una.

Ex Epístola S. Irenai Episcopi & Mártiris, ad Florinum, de Monarchia.

Euf. Hist. Eccl. Lib. 5. C. 20.

Lectio ij.

FLORINE, vidi te, cum adhuc puer essem: in inferiore Asia apud Polycarpum, splendide agentem in palatio, & magnopere laborantem ut te illi approbares. Etenim ea quæ tunc temporis gesta sunt, melius memoriã teneo, quam illa quæ nuper acciderunt: adeo ut & locum ipsum possem dicere in quo beatissimus Polycarpus sedens

differēbat, processus quoque ejus & ingressus, vitæque totius formam, & corporis speciē; sermōnes denique quos ad populum habēbat, & familiārem consuetudinē quæ illi cum Joanne, ut narrābat, & cum reliquis qui Dōminum vidissent, intercēsserat; & qualiter dicta illōrum commemorābat, & quæcumque de Dōmino ab iisdem audierat: de miraculis quoque illius ac de doctrina, prout ab iis qui Verbum vitæ ipsi conspēxerant, Polycarpus accēperat, eodē profus modo referēbat, in omnibus cum Scripturis consentiens. Hæc ego, divinā mihi largiente misericordiā tunc studiōsius audiebam, non in charta, sed in corde meo audita describens: eademque per Dei grātiā assiduē repeto ac revolve.

Ex libro sancti Hieronymi Presbyteri, de Scriptōribus Ecclesiasticis.

*Lectio iij.* Cap. 45.

**I**renæus, Pothini Episcopi qui Lugdunensem in Gallia regēbat Ecclesiam, presbyter, à Martyribus ejusdem loci ob quasdam Ecclesiæ quæstiones legatus Romam missus, honorificas super nomine suo ad Elutherum Episcopum perfert litteras. Postea, jam Pothino propè nonagenario, ob Christum martyrio coronato, in locum ejus substituitur. Scripsit quinque adversus hæreses libros; & contra Gentes, volumen breve; & de Disciplina, aliud; & ad Marcianum fratrem, de Apostolica prædicatione; & librum va-

MIR. Pars Æstiva.

riorum tractatum; & ad Blastum, de Schismate; & ad Florinum, de Monarchia, sive quod Deus non sit conditor malorum; & de Octonario, egregium commentarium. Feruntur ejus & aliæ ad Victorē Episcopum Romanum, de quæstione Paschæ epistolæ, in quibus commonet eum non facile debere unitatem collegii scindere: siquidem Victor multos Asiæ & Orientis Episcopos, qui à decima-quarta luna cum Judæis Paschā celebrabant, damnandos crediderat. In qua sententiā ii qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus. Floruit maxime sub Commodō Principe, qui Marco Antonino Vero in Imperium successerat. Hæc sanctus Hieronymus. Martyrium verò sancti Præfulis, & ejus Sociorum, his verbis describit sanctus Gregorius Turonensis. Veniente persecutione talia Lugduni diabolus bella per tyrannum exercuit, & tanta ibi multitudo Christianorum ob confessionem Dominici nominis est jugulata, ut per plateas flumina currerent de sanguine christiano: quorum nec numerum, nec nomina colligere potuimus; Dominus enim eos in libro vitæ conscripsit. Beatum Irenæum diversis in suâ carnifex præsentia panis affectum, Christo Dōmino per martyrium dedicavit.

*Oratio.* Deus, invisibilis. xv.

*Commem. Octava in Laudibus & Vesperis.*

\*

D I E X X V I I I .

In Vigilia

SS. PETRI ET PAULI.

*Officium de Feria occurrente, exceptis qua sequuntur.**Lectio j. & ij. de Scriptura occurrente; è tribus fiunt dua.**Priora duo RR. de Tempore.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio iij. Cap. 16.*

**I**n illo tempore; Venit Jesus in partes Cæsariæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

*In Matth. Lib. 3.*

**P**etrus ex persona omnium Apostolorum profitetur, Tu es Christus filius Dei vivi. Respondens autem Jesus dixit ei: Beatus es Simon Barjona. Testimonio de se Apostoli reddit vicem. Petrus dixerat, Tu es Christus filius Dei vivi: mercedem recepit vera confessio; Beatus es Simon Barjona. Quare? Quia non revelavit tibi caro & sanguis, sed revelavit Pater. Quod caro & sanguis revelare non potuit, Spiritus sancti gratia revelatum est. Illud quoque quod ait, Quia caro & sanguis non revelavit tibi, apostolica narrationi comparatur in qua ait, Continuo non acquievi carni & sanguini; carnem ibi & sanguinem Judæos significans: ut hic quoque sub alio sensu demonstratur, quod ei non per doctrinam Phariseorum sed per

Dei gratiam Christus Dei filius revelatus sit. Et ego dico tibi. Quid est quod ait, Et ego dico tibi? Quia tu mihi dixisti, Tu es Christus filius Dei vivi; & ego dico tibi, non sermone casso & nullum habente opus, sed dico tibi, quia meum dixisse, fecisse est: Quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Sicut ipse lumen Apostolis donavit, ut lumen mundi appellarentur; ceteraque ex Domino sortiti sunt sunt vocabula: ita & Simoni qui credebatur in petram Christum, Petri largitus est nomen. Ad hæc secundum metaphoram petrae, rectè dicitur ei: Ædificabo Ecclesiam meam super te. Et portæ inferi non prævalent adversus eam. Ego portas inferi reor vitia atque peccata: vel certè hæreticorum doctrinam per quas illecti homines ducuntur ad tartarum. Nemo itaque putet de morte dici, quod Apostoli conditioni mortis subjecti non fuerint, quorum martyria videat coruscare.

*RR.* Vocabo servum meum & potestatem dabo in manum ejus: & dabo clavum domus David super humerum ejus: \* Servus meus † Apériet, & non erit qui claudat; claudet & non erit qui apériat. † Dixit Jesus Petro: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis. \* Servus. Glória. † Apériet. *Is. 32. Matth. 16.*

*Post Antiph. ad Benedictus*

qua sumitur ex Psalterio, dicuntur preces, nisi Vigilia evenerit intra Octavam Corporis Christi.

*Oratio.*

**D**EUS, qui nobis beatorum Apostolorum Petri & Pauli natalitia prævenire concedis: tribue nos, quæsumus, semper & eorum beneficiis confoveri, & orationibus adjuvari; Per Dñm.

*Pro Comm. Oct. Ant.* A diebus Joannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud. *Matth. 11.*

Ÿ. Docēbo iniquos vias tuas. R. Et impij ad te convertentur. *Pf. 50.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Joannis Nativitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ; Per.

*Non dicuntur Suffragia.*

*AD HORAS omnia ut in Psalterio.*

*Orat. Deus, qui nobis. supra.*  
*VESPER. de Sequenti.*

D I E X X I X.

IN FESTO SS. APOSTOLORUM  
PETRI ET PAULI.

SOLEMNE II. ORDINIS.

IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Feria, & sic ad Completorium.*

*Ant.* **R**espiciens Joannes I. D. Jesum, dicit: Ecce Agnus Dei. Et audiērum cum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Jesum. *Joan. 1.*

*Ant. 2. D.* Erat Andréas frater Simónis Petri, unus ex duobus qui audierant à Joanne, & secuti fuerant Jesum. *Joan. 1.*

*Ant. 3. a.* Invenit hic primum fratrem suum Simónem, & dixit ei: Invenimus Messiam. *Joan. 1.*

*Ant. 4. E.* Adduxit Andréas Simónem fratrem suum ad Jesum. *Joan. 1.*

*Ant. 5. a.* Intuitus Simónem Jesus, dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephias, quod interpretatur Petrus. *Joan. 1.*

*Capitulum.*

I. Cor. 1.

**I**gnobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret; ut non gloriētur omnis caro in conspectu ejus.

R. Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dñs, & piscabuntur filios Israël; \* Et ostendam eis manum meam; & † Scient quia nomen mihi Dñs. Ÿ. Vidit Jesus Simónem & Andréam fratrem ejus, & dixit eis: Faciam vos fieri piscatores

hominum ; \* Et. Glória Patri.  
† Scient. Jer. 16. Marc. 1.

*Hymnus.*

**Q**UOS junxit unus , vita  
dum mansit , labor ,  
Quos una clarat morte pal-  
ma Mártyres ,  
Ambo sacráti príncipes  
exercitús ,  
Cælo receptos una vos co-  
lit dies.

**V**OS , anguláris cui subest  
Christus lapis ,  
Fundátis Ædem : mystico  
vos corpóri ,  
Cui præsidére gaudet augu-  
stum Caput ,  
Fulgére clara jussit ambo  
lumina.

**I**N te potestas cláviúm , Petre ,  
éminet ;

Te , Paule , flumen irrigat  
sciéntiæ :

Uterque Pastor , & magi-  
ster , & parens ,

Olimque mundo destináti  
júdices.

**I**NFIRMITATEM carnís experti  
tamen ,

Nostris cadúcam fictilis te-  
stam luti ;

Et consecúti grátiam , clién-  
tibus

Præstátis ultro quam pié  
poscunt opem.

**V**OS ergo votis súpplicum  
solemnibus

Adeste : lapsis impetráte  
grátiam ;

Ut Christianis assequámur  
móribus ,

Quæ sancta mundo tradidi-  
stis dógmata.

**S**IT sempiterno sempiterna  
laus Patri :

Petro supernus quem reve-  
lávit Pater ,

Æterne Fili , laus tibi sit ,  
máxima :

Sit par suprémó laus decus-  
que Flámini. Amen.

Ÿ. Súscitans Dóminus à ter-  
ra inopem , &c. Ut còllocet eum  
cum principibus. Ps. 112.

*Ad Magnificat. Ant. 8. G.*

Ait Jesús Simóni qui vocátur  
Petrus , & Andréæ fratri ejus :  
Veníte post me. Illi continuò ,  
relictis rétibus , secúti sunt  
eum. *Math. 4.*

*Oratio , ut infra ad Laudes.*

*Fit Comm. Gc. S. Joan. 360.*

**AD COMPL. Super Psal-  
mos. Ant. 6.** Estis superædifi-  
cáti super fundamentum Apo-  
stolorum. *Ephes. 2.*

**AD OFFICIUM NOCTUR.**

*Invit.* Christum Apostoló-  
rum Magistrum & Dóminum ,  
\* Veníte , adorémus. *Joan. 13.*

*Hymnus.*

**O**RBE nunc toto celebren-  
tur ambo

Príncipes , orbis decus at-  
que lumen ,

Mille qui Christo peperére  
verbi

Sémine gentes.

**A**UCTOR inccepti Deus : ille  
terras

Incolens , primas tibi , Pe-  
tre , desert :

Mox vocat Paulum , súpe-  
ras regressus

Victor ad arces.

**A**LTER æterni Patris eruditur  
Voce delapsâ : super astra  
raptus

Alter arcánæ sacra veritátis  
Flúmina potat.

**Q**UANTA sub vili látitat po-  
testas

Córpore ! infirmos tua fa-  
nat umbra ,

Petre : letháles tua, Paule,  
pellunt  
Líntea morbos,

MERGITUR ponto superante  
Petrus :

Náufragum Paulus súitat  
per æquor :

Christe , ades , sævosque  
jubes utrique  
Párcere fluctus.

HEU ! fidem cernis titubáre  
nostram :

Tu vacillantes rege , Chri-  
ste , gressus !

Fac , Deus , tantos dócili  
sequámur

Corde magistros.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

*Psalmi de Dominica , & sic  
in reliquo Officio.*

*Ant. 7. d.* Ascendens Jesus in  
navim quæ erat Simónis, dixit:  
Duc in altum, & laxáte récia  
vestra in captúram. *Luc. 5.*

*Ant. 1. g.* Respondens Si-  
mon, dixit illi : Præceptor,  
per totam noctem laborantes  
nihil cépimus; in verbo au-  
tem tuo laxábo rete. *Luc. 4.*

*Ant. 8. G.* Cùm hoc fecif-  
sent, conclusérunt píscium  
multitúdinem copiósam; rúm-  
pebátur autem rete eórum.  
*Luc. 5.*

Ÿ. Ipsi vidérunt ópera Dó-  
mini, R. Et mirábilia ejus in  
profundo. *Pf. 106.*

De Actibus Apostolorum.

*Lectio j. Cap. 3.*

**P**etrus & Joannes ascen-  
debant in templum ad  
horam oratiónis noná.  
Et quidam vir, qui erat clau-  
dus ex útero matris suæ, baju-  
labátur : quem ponébant quo-  
tidie ad porram templi quæ

MIR. Pars Æstiva.

dicitur Speciósá, ut péteret  
eleemósynam ab introeúnti-  
bus in templum. Is cum vidif-  
set Petrum & Joannem inci-  
pientes introire in templum,  
rogábat ut eleemósynam acci-  
peret. Intuens autem in eum  
Petrus cum Joanne, dixit res-  
pice in nos. At ille intendébat  
in eos, sperans se áliquid ac-  
ceptúrum ab eis.

R. Stupor circumdédérat  
Petrum, & omnes qui cum il-  
lo erant in captúra píscium.  
Quod cùm vidisset Petrus,  
prócidit ad génua Jesu di-  
cens : \* Exi à me, quia homo  
peccátor sum, Dómine. Ÿ.  
Quis póterit stare in conspe-  
ctu Dómini Dei sancti ? \* Exi.  
*Luc. 5. 1. Reg. 6.*

*Lectio ij.*

**P**etrus autem dixit : Argen-  
tum & aurum non est mi-  
hi : quod autem hábeo, hoc  
tibi do. In nómine Jesu Chri-  
sti Nazaréni surge & ámbula.  
Et apprehensá manu ejus dex-  
terá, allevávit eum : & pró-  
tinus consolidátæ sunt bases  
ejus & plantæ. Et exiliens ste-  
tit, & ambulábat : & intrávit  
cum illis in templum ámbu-  
lans, & exiliens, & laudans  
Deum. Et vidit omnis pópulus  
cum ambulantem, & laudan-  
tem Deum. Cognoscébant au-  
tem illum, quod ipse erat qui  
ad eleemósynam sedébat ad  
Speciósam portam templi : &  
impléti sunt stupóre, & éxtasi  
in eo quod contígerat illi.

R. Petrus dixit ad Jesum :  
Dómine, si tu es, jube me ad  
te venire super aquas. Jesus ait:  
Veni. Et \* Descendens de na-  
vícula, ambulábat super aquá

\*

ut veniret ad Jesum. *Ps.* Dediti, Domine, & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam. \* Descendens. *Matth.* 14. *Sap.* 14.

*Lectio iij.*

**C**UM teneret autem Petrum & Joannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum quæ appellatur Salomonis, stupentes. Videns autem Petrus respondit ad populum: Viri Israëlitarum, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit Filium suum Jesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti. Vos autem sanctum & justum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: Auctorem vero vitæ interfecistis, quem Deus suscitavit, cujus nos testes sumus. Et in fide nominis ejus, hunc quem vos vidistis & nostis, confirmavit nomen ejus: & fides quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.

*R.* Videns Petrus ventum validum, timuit; & cum cepisset mergi, clamavit. Et Jesus apprehendit eum, & ait: \* Modicæ fidei, quare dubitasti? *Ps.* Noli timere: vocavi te nomine tuo, meus es tu: cum transieris per aquas, tecum ero; \* Modicæ. Gloria. *Modicæ. Matth.* 14. *Is.* 43.

*IN II. NOCTURNO.*

*Ant.* 6. Multi discipulorum abiierunt retro. Dixit ergo Je-

sus ad duodecim: Numquid & vos vultis abire? *Joan.* 6.

*Ant.* 5. a. Respondit Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. *Joan.* 6.

*Ant.* 3. a. Nos credidimus & cognovimus quia tu es Christus Filius Dei. *Joan.* 6.

*Ps.* Magnus es tu, & faciens mirabilia: *R.* Tu es Deus solus. *Pf.* 85.

Sermo sancti Leonis Papæ. *Serm.* 1. in Nativitate Apost. Petri & Pauli.

*Lectio iv.*

**O**MNIUM quidem sanctarum solemnitarum, dilectissimi, totus mundus est particeps; & unius fidei pietas exigit, ut quidquid pro salute universorum gestum recolitur, communibus ubique gaudiis celebratur. Verumtamen hodierna festivitas præter illam reverentiam quam toto terrarum orbe promeruit, speciali & propria nostræ urbis exultatione veneranda est: ut ubi præcipuorum Apostolorum glorificatus est exitus, ibi in die Martyrii eorum sit lætitiæ principatus. Isti enim sunt viri, per quos tibi Evangelium Christi, Roma, replenduit; & quæ eras magistra erroris, facta es discipula veritatis.

*R.* Dicit Jesus discipulis: Quem me esse dicitis? \* Respondens Petrus, dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. *Ps.* Quis ascendit in cælum, atque descendit? Quod nomen est ejus, & quod nomen Filii ejus, si nosti? \* Respondens. *Matth.* 16. *Prov.* 30.

*Lectio*

## Lectio v.

**I**sti sunt patres tui verique pastores, qui te regnis cœlestibus inferendam multo melius, multoque feliciter condiderunt, quam illi quorum studio prima mœnium tuorum fundamenta locata sunt; ex quibus is qui tibi nomen dedit, fraternam te cœde fœdavit. Isti sunt, qui te ad hanc gloriam provererunt; ut gens sancta, populus electus, civitas sacerdotalis & regia, per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta, latius præfideres religione divinâ, quam dominatione terrênâ. Quamvis enim multis aucta victoriis, jus imperii tui terra marique protuleris; minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subjecit.

*R.* Beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis; & ego dico tibi \* Quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. *ÿ.* Tibi dabo claves regni cœlorum. \* Quia tu es Petrus, & super hanc. *Matth.* 16.

*Post pauca. Lectio vj.*

**D**isposito namque divinitus operi maxime congruebat, ut multa regna uno confœderarentur imperio; & citò pervios haberet populos prædicatio generalis, quos unius teneret regimen civitatis. Hæc autem civitas ignorans suæ profectionis autorem, cum pene omnibus dominaretur gentibus, omnium

*MIR. Pars Æstiva.*

gentium serviebat erroribus; & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem. Unde quanto erat per diabolum tenacius illigata, tanto per Christum est mirabilius absoluta.

*R.* Simon, ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: \* Et tu † Aliquando conversus, confirma fratres tuos. *ÿ.* Convertam te, & ante faciem meam stabis, & quasi os meum eris. \* Et tu. Gloria Patri. † Aliquando. *Luc.* 22. *Jerem.* 15.

## IN III. NOCTURNO.

*Ant.* 6. Dicit Jesus: Adhuc modicum vobiscum sum: quò ego vado, vos non potestis venire. *Joan.* 13.

*Antiph.* 2. D. Dixit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis? Respondit Jesus: Quò ego vado, non potes me modo sequi; sequeris autem postea. *Joan.* 13.

*Ant.* 4. E. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? Tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. *Joan.* 13.

*ÿ.* Nonne qui oderunt te, Domine, oderam? *R.* Scito cor meum, & cognosce semitas meas. *Pf.* 138.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

*Lectio vij. Cap. 21.*

**I**n illo tempore; Dixit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Et reliqua.

Homília sancti Augustini  
Episcopi.

Serm. 296. n. 3.

**R**esurgit Dóminus, appáret discipulis. Videt jam Petrus viventem, cui morienti timúerat. Videt non Dóminum occisum, sed mortem in Dómino occisam. Jam ergo confirmátus exemplo carnis ipsius Dómini mortem non esse usque ad eò metuendam, docétur amáre. Modò opus est ut amet, jam viso Dómino vivo post mortem: modò amet, modò securus amet; securus quia secuturus. Dóminus ergo: Petre, amas me? Et ille: Amo, Dómine. Et iterum hoc, & tertio hoc; ut ter confiteretur amor, quod ter negáverat timor. Videte, percipite, discite. Non aliud quam, Amas? interrogátur: non aliud quam Amo, respondetur. Respondenti dicitur: Pasce oves meas.

℞. Christus resurrexit tertiã die secundum Scripturas; & \* Visus est Cephæ, & post hoc Undecim, deinde Apóstolis omnibus. ψ. Præoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat. \* Visus est. 1. Cor. 14. Sap. 6.

n. 3. & 4. Lectio viij.

**C**om mendatís Petro óvibus suis, & commendáto sibi Petro cum óvibus suis, jam prænúntiat passiónem, & dicit: Cúm esses júnior, cingébas te, & ibas quò velles; cúm autem sénior factus fúeris, alter te cinget, & feret quò tu non vis. Hoc autem dicébat, ait

Evangélista, significans quã morte clarificaturus esset Deũ. Vidétis hoc pertinére ad pasceñas oves Dómini, ut non recusétur mors pro óvibus Dómini. Pasce oves meas. Commendat oves idóneo, an minús idóneo? Primò, quas oves commendat? Præiósas, emptas non auro, non argento, sed sânguine. Si dóminus homo commendáret servo suo oves suas, procul dúbio cogitáret utrùm pecúlium servi illius idóneum esset prætium óvium suárum, & diceret: Si perdíderit, si dissipáverit, si consumpserit, habet unde reddat. Commendáret ergo servo idóneo oves suas, & servi facultates in pecúniã quæreret pro óvibus quas pecúniã comparávit.

℞. Dicit Simóni Petro Jesus: Simon Joannis, amas me? Dómine, tu omnia nosti; tu scis quia amo te. Dixit ei: \* Pasce oves meas. ψ. Tu pasces pópulum meum Israël, & tu eris dux super Israël. \* Pasce oves meas. Joan. 21. 2. Reg. 5.

n. 4. & 5. Lectio ix.

**N**unc verò Dóminus Jesus Christus, quia servo commendat oves quas sânguine comparávit, idoneitatem servi in passióne sânguinis quærít. Tanquam diceret: Pasce oves meas, commendo tibi oves meas. Quas oves? Quas emi sânguine meo. Mórtuus sum pro eis. Amas me? Móreré pro eis. Et quidem servus ille hóminis homo pecúniã redderet pro consumptis óvibus;

Petrus reddidit sanguinem pro óvibus conservátis. Eia, fratres, áliquid pro tempore volo dicere. Quod Petro commendátum est, quod Petro mandátum est, non Petrus solus, sed étiám álii Apóstoli audiérunt, tenuérunt, servavérunt, maximèque ipse confors sánguinis & diéi Paulus Apóstolus. Audiérunt ista, & ad nos audienda transmiserunt. Páscimus vos, páscimur vobiscum. Det nobis Deus vires sic amandi vos, ut possimus étiám mori pro vobis, aut effectú aut affectu.

Rz. Dixit Jesus Petro, significans quâ morte clarificáturus esset Deum: Cùm senúeris, \* Extendes manus tuas, & álius te cinget, & ducet quò tu non vis. *ÿ*. Ecce data sunt super te vincula, & ligábunt te in eis; & non egrediéris de médio córum: \* Extendes. Glória. \* Extendes. *Joan.* 21. *Ezech.* 3.

Te Deum.

#### AD LAUDES.

*Ant.* 1. a. **F**Acta est vox ad Petrum: Surge & mandúca: quod Deus purificávit, tu commúne ne dixeris. *Act.* 10.

*Ant.* 3. a. Apériens Petrus os suum, dixit: In veritate cómperi, quia non est personárum acceptor Deus. *Act.* 10.

*Ant.* 6. Adhuc loquente Petro, cécidit Spíritus sanctus super omnes qui audiébant verbum. *Act.* 10.

*Ant.* 4. D. Obstupuérunt ex circumcisióne fideles qui vé-

nerant cum Petro, quia & in nationes gráciã Spíritus sancti effúsa est. *Act.* 10.

*Ant.* 5. a. Glorificavérunt Deum, dicentes: Ergo & Géntibus poeniténtiam dedit Deus ad vitam. *Act.* 11.

*Capitulum.* *Act.* 10.

**A**Udiébant illos loquentes linguis & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus: Numquid aquam quis prohibére potest, ut non baptizentur hi qui Spíritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizári in nómine Dómini Jesu Christi.

*Hymnus.*

**J**AM nil Hébræis, Géntium plebs, invide,  
Dignáta eisdem, fausta plebs, honóribus:  
Ovíle summus Pastor expandit suum,  
Novusque primo grex adunáris gregi.

PROMISSA Patrum, Christe, natus éxequi,  
De stirpe Jacob quaris amissas oves;  
Petrumque, primo quem locavisti gradu,  
Tanto labóri sufficis vicárium.

DIVINA Gentes at simul clé-  
méntia  
Respectat, illis, Paule, Doctor mitteris:  
Arcána profers tu Dei mystéria:  
Tu Christiánæ præco fulges gráciæ.

UTRIMQUE fervet úberi fructu labor:  
Judæus, an sis bárbarus,  
nil interest:

Diversa quamquam fors  
duobus obrigit,  
Par universi cura succendit  
gregis.

SIT sempiterno sempiterna  
laus Patri :

Petro supernus quem reve-  
lavit Pater,  
Æterne Fili, laus tibi sit  
máxima :

Sit par suprémó laus decus-  
que Flámini. Amen.

ÿ. Constitues eos principes  
super omnem terram : R. Mé-  
mores erunt nóminis tui.  
Ps. 44.

*Ad Benedictus. Ant. D.* Dei  
sumus adjutores : nemo glo-  
rietur in hominibus ; omnia  
enim vestra sunt, sive Pau-  
lus, sive Cephás : vos autem  
Christi, Christus autem Dei.  
1. Cor. 3.

*Oratio.*

**D**Eus, qui hodiernam diem  
Apostolorum tuorum Pe-  
tri & Pauli martyrio conse-  
crasti : da Ecclesiæ tuæ eorum  
in omnibus sequi præceptum,  
per quos religionis sumpsit  
exórdium ; Per Dóminum no-  
strum Jesum Christum Filium  
tuum.

*Commemor. Octava sancti  
Joannis. Antiph. A* diebus.  
ÿ. Docébo. *Oratio.* Deus, qui  
præsentem. 359.

A D P R I M A M.

*Ant.* Facta est vox.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Apériens.

*Capitulum.* Act. 10.

**I**N omni gente, qui timet  
Deum & operatur justitiam,  
acceptus est illi. Verbum  
misit Deus filiis Israël, an-  
nuntians pacem per Jesum

Christum : hic est ómnium  
Dóminus.

R. br. Deus excelsus \* sub-  
jécit pópulos nobis, \* Allelúia,  
allelúia. Deus. ÿ. Et gentes  
sub pédibus nostris, \* Alle-  
lúia. Glória. Deus Ps. 46.

ÿ. Benedícite, gentes, Deum  
nostrum ; R. Et auditam fácite  
vocem laudis ejus. Ps. 65.

A D S E X T A M.

*Ant.* Adhuc loquente Pe-  
tro.

*Capitulum.* Act. 15.

**A**B antiquis diébus Deus  
in nobis elégit per os  
meum audire Gentes verbum  
Evangélii, & credere : & qui  
novit corda Deus, testimó-  
nium perhibuit, dans illis  
Spirítum sanctum sicut & no-  
bis.

R. br. Annuntiavérunt cœ-  
li \* justitiam ejus, \* Allelúia,  
allel. Annuntiavérunt. ÿ. Vi-  
dérunt omnes pópuli gló-  
riam ejus, \* Allelúia. Glória.  
Annuntiavérunt. Ps. 96.

ÿ. Afferte Dómino, patriæ  
géntium, R. Afferte Dómino  
glóriam & honórem. Ps. 95.

A D N O N A M.

*Ant.* Glorificavérunt.

*Capitulum.* Act. 15.

**N**ihil discrevit Deus inter  
nos & illos, fide puri-  
ficans corda eorum. Nunc  
ergo quid tentátis Deum, im-  
ponere jugum super cervi-  
ces discipulorum, quod ne-  
que patres nostri, neque  
nos portare potuimus ? Sed  
per grátiam Dómini Jesu  
Christi credimus salvári,  
quemádmodum & illi.

R. br. Tu es, Deus, \* qui  
facis mirábilia, \* Allelúia al-

Ielúia. Tu es. *ψ.* Notam fecisti in pópulis virtútem tuam, \* Allelúia. Glória. Tu es, Deus. *Pf.* 76.

*ψ.* Non nobis, Dómine, sed nómini tuo da glóriam *R.* Super misericórdia tua & veritate tua. *Pf.* 113.

## AD II. VESPÉRAS.

*Ant.* **J**ustum árbitor, quándiu sum in hoc tabernáculo, suscitáre vos in commonitióne. 2. *Petr.* 1.

*Ant.* 3. a. Velox est depositio tabernáculi mei, secundum quod & Dóminus noster Jesus Christus significávit mihi. 2. *Petr.* 1.

*Ant.* 7. a. Dabo óperam & frequenter habére vos post óbitum meum, ut horum memóriam faciátis. 2. *Petr.* 1.

*Ant.* 4. E. Properantes in adventum diéi Dómini, satágitte immaculáti & invioláti ei inveniri in pace. 2. *Petr.* 3.

*Ant.* 1. D. Dómini nostri longanimitátem, salútem arbitrémini; sicut & caríssimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapiéntiam, scripsit vobis. 2. *Petr.* 3.

*Capitulum.* 2. *Petr.* 3.

**V**estram éx cito in commonitióne sincéram mentem, ut mémores sitis eórum quæ prædixi verbórum à sanctis Prophétis, & Apostolorum vestrórum, præceptórum Dómini & Salvatóris.

*Hymnus.*

**T**Andem labórum, gloriósi Príncipes,  
Fructum tenétis: fana passum córruunt:

Quin ipsa latè Roma victrix géntium,

Se Christiáno jam stupet subdi jugo.

**S**ÆVIT Tyrannus; at triumphant víctimæ:

Alter per ense victor, alter per crucem,

Cælo corónam laureáti pòssident,

Fususque sanguis Christiános sémínat.

**S**UPERBA sordent Cæsares cadávera,

Quæis urbs litábat impii cultús ferax:

Apostolorum gloriátur óssibus,

Fixamque adórat cóllibus suis crucem.

**N**UNC, ó cruóre purpuráta nobili,

Novisque felix Roma conditóribus,

Horum trophæis aucta, quantò vérius

Regína fulges orbe toto civitas!

**S**IT sempiterno sempiterna laus Patri:

Sit sempiternum Filio Patris decus:

Qui nectis ambos, æquus ambóbus, tibi,

Divine, sit laus sempiterna, Spíritus. Amen.

*ψ.* Príncipes populórum congregáti sunt. *R.* Cum Deo Abraham. *Pf.* 46.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 5. C. Príncipes & ínclyti Israel, amábiles & decóri in vita sua, in morte quoque non sunt divisi. 2. *Reg.* 1.

*Oratio, ut supra ad Laudes.*

*Fit Comm. Octava S. Joannis.* 361.

*Deinde S. Martialis, Episcopi. Ant. Elégit. V. Beátus. xvij. Oratio. Deus, fidélium. xxj.*

D I E X X X.

In Commemoratione  
S A N C T I P A U L I,  
A P O S T O L I.

Duplex I. Ordinis.

[ *Si transferatur, & I. Vesp. non habeat ob concurrentiam majoris Festi, fit ejus Commemoratio per Ant. 2. D. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apóstolus, quóniam persecutus sum Ecclesiam Dei; grátia autem Dei sum id quod sum, alleluia. 1. Cor. 15.*

*V. Quis Deus magnus sicut Deus noster? R. Tu es, Deus, qui facis mirabilia. Ps. 76.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

*Si habeat I. VESPERAS, Antiph. super Psalmos Feriales cum Capitulo sumuntur de Laudibus. R. primi Noct. Pósitus. addendo Glória Patri. Hymnus, Sat, Paule, infra. V. & Ant. ad Magnificat. ut supra, quando tantum fit ejus Commemoratio.*

*In utroque illo casu, fit Commem. S. Petri, ut infra. Ant. Simon Joannis. V. Elégit. 381.*

*Orat. Deus qui beáto. 379. AD OFFICIUM NOCTUR.*

*Invit. Christum qui vocavit Paulum per grátiam suam, \* Veníte, adoremus. Galat. 1. Ps. 94. Veníte. 2.*

SAT, Paule, sat terris datum:  
Post multa te certamina,

Cursu peracto, debita  
Coróna jam cœlo manet.

Quot tu mari periculis,  
Terrâque jactatus malis!  
Quot saxa, virgæ, côm-  
pedes!

Quot damna, curæ, fú-  
nera!

Nunc ille confixum suæ  
Qui te cruci dudum tener,  
Te Christus ad vitam vo-  
cat;

Tibique lucrum jam mori.

SED caritatis viscera  
Strictis coarctant nexibus;  
Christoque quos tu partu-  
ris,  
Patrem reposcunt filii.

VERUM paratur jam tibi  
Finis laboris ardui,  
Mercesque: bisseños thro-  
nus

Te poscit inter iudices.

UNI sit & trino Deo  
Suprema laus, summum de-  
cus:

De nocte qui nos ad suæ  
Lumen vocavit glóriæ.

Amen.

*Psalmi de Feria & sic in toto  
Officio.*

I N I. NOCTURNO.

*Ant. 4. E. Grátia data est  
mihî à Deo, ut sim minister  
Christi Jesu in gentibus, san-  
ctificans Evangelium Dei.  
Rom. 15.*

*Ant. 1. f. Qui operatus  
est Petro in Apostolorum cir-  
cumcisionis, operatus est &  
mihî inter Gentes. Galat. 2.*

*Ant. 7. ç. Nonne Chri-  
stum Jesum Dóminum no-  
strum vidi? Nonne opus  
meum vos estis in Dómino?  
Mea defénsio hæc est. 1.  
Cor. 9.*

Ÿ. Eripiés me, Dómine, de contradiccionibus pópuli: R. Constitúes me in caput géntium. *Pf. 17.*

*Lectiones de Scriptura occurrente.*

*Post. j. Lect. R.* Pósitus sum ego prædicátor, & Apóstolus, & magister Géntium: ob quam causam \* Párior, sed non confundor; scio enim cui crédidi. Ÿ. Ipse Deus meus, & Salvátor meus: in Deo glória mea, & spes mea in Deo est. \* Párior. 2. *Tim. 1. Pf. 61.*

*Post. ij. Lect. R.* Evangélium quod evangelizátum est à me, non est secundum hóminem; \* Neque enim ego ab hómine accépi illud, neque didici, sed per revelatió-nem Jesu Christi. Ÿ. Dixit Dóminus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te super gentes. \* Neque. *Galat. 1. Jerem. 1.*

*Post. iij. Lect. R.* Non judicávi me scire aliquid, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum; \* Et † Sermo meus non in persuasibilibus humanæ sapiéntiæ verbis, sed in ostensióne spíritus & virtútis. Ÿ. Mihi dedit Deus dicere ex senténtia, & præsumere digna horum quæ mihi dantur; quóniam ipse sapiéntiæ dux est. \* Et. Glória. † Sermo. 1. *Cor. 2. Sap. 7.*

## IN II. NOCTURNO.

*Ant. 2. D.* Omnia fácio propter Evangélium, ut párticeps ejus efficiar. 1. *Cor. 9.*

*Ant. 4. a.* Ego libentíssimè impendam, & superimpendar ipse pro animábus vestris 2. *Cor. 12.*

*Ant. 5. a.* Sic curro, non quasi in incertum: sed castigo corpus meum, & in servitútem rédigo; ne fortè, cum aliis prædicáverim, ipse réprobus efficiar. 1. *Cor. 9.*

Ÿ. Pes meus stétit in directo: R. In ecclésiis benedicam te, Dómine. *Pf. 25.*

Sermo sancti Joannis Chry-sóstomi.

*Advers. vitup. vita monast. Lib. 1. Lectio iv.*

**C**Um beátus Paulus pélicem quam Nero deperibat, fidei sacramenta suscipere induxisset, simul persuáserat impúrum illum congressum declináre. Ille corruptórem & impostórem Paulum vócitans, primùm quidem eum conjécit in víncula: cum verò illi persuadére non posset ut puellæ hæc mónita dare desineret, necávit tandem. Quid igitur ex hoc cóntigit, vel detrimenti ei qui mortem passus est, vel emolumenti ei qui intulit? Imò, quid non emolumenti fuit tunc necáto Paulo? quid non detrimenti necánti Neróni?

R. Omnia detrimentum feci, \* Ut Christum lucrifá-ciam, ad cognoscendum illum & societátem passiónum illius, configurátus morti ejus. Ÿ. Principes persecútí sunt me gratis, & à verbis tuis formidávit cor meum; \* Ut. *Philip. 3. Pf. 118.*

*In 2. Ep. ad Tim. Cap. 2.*

*Hom. 4. Lectio v.*

**P**Aulus Cilix erat, péllium sutor, inops, imperítus externæ sapiéntiæ: homo

sæpè cum fame luctatus, & cui vestitus necessarius sæpè déerat. Neque hoc solùm; sed in vinculis quoque cum latronibus & homicidis, Nerone jubente, cædebatur tanquam maléficus. Quis igitur illústrior, quis gloriósior, qui cætenam circumferébat, vinculusque trahebatur ex carcere, an qui superabatur in purpura? qui contemnebatur imperans, an qui jussus nihil curabat jubentis imperium? qui, solus cum esset, vicit; an qui innúmero vallatus exercitu victus est? Cujus, inquam, sortem quispiam cupiat magis, Nerónis an Pauli? Illius nempe neque sepulchrum cuiquam notum: at contra, hic régibus omnibus splendidior, régiâ in urbe in qua vicit, cõditus est: hic per ora omnium ubique celebratur, coronatusque prædicatur; ille contra, maledictis lacéssitur innúmeris.

℞. In labore fui & ærumnâ, in vigiliis multis, in fame & siti, in frigore & nuditate. \* Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiârum. ψ. Die noctuque æstu urébar & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. \* Præter illa. 2. *Cor.* 11. *Gen.* 31.

*In Epist. ad Rom. Cap. 16.*

*Hom. 32. Lectio vj.*

**Q**uis mihi dabit circumfundi corpore Pauli, affigi sepulcro, videre pulverem corporis illius, quæ adhuc in Christo déerant adimplentis, stigmata illius ge-

stantis, prædicationem Evangelii ubique seminantis? Pulverem, inquam; oris illius per quod magnalia & ineffabilia Christus locutus est, & admiranda illa oracula orbi protulit Spiritus sanctus? Quid enim os illud sanctum non effecit? Dæmones expulit; peccata absolvit; tyrannos compescuit; philosophorum linguas obseravit; orbem Deo adduxit; barbaros philosophari persuasit; omnia coaptavit quæ in terra; & quæ in cælis, ad quem voluit modum, disposuit. Non solùm autem oris, sed & cordis illius pulverem videre vellem. Cor istud adeo fuit latum, ut in se susceperit, & integras urbes, & populos, & gentes: cor cælis sublimius, orbe latius, radiis solaribus splendidius, igne ferventius, adamante solidius. Cor Pauli, cor erat Christi, & tabula Spiritus sancti atque gratiæ volûmen. Quid opus est singula recensere? Vellem videre sepulcrum quo recondita sunt arma illa justitiæ, arma lucis, membra in quibus vivebat Christus; quæ templum fuerunt Spiritus sancti. Hoc corpus Romam munit, & cum isto corpus etiam Petri.

℞. Cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem: \* Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. ψ. Videte quoniam non soli mihi laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem: \* Omnibus. Glória. \* Omnibus. 1. *Cor.* 9. *Eccli.* 24.

## IN III. NOCTURNO.

*Ant. 6.* Vincula & tribulationes me manent; sed nihil horum véreor, dummodò consummem ministérium verbi quod accépi. *Act. 20.*

*Ant. 3. c.* Ego non solùm alligári, sed & mori parátus sum propter nomen Dómini Jesu. *Act. 21.*

*Ant. 8. G.* Etsi ímmolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo, & congrátulor omnibus vobis. *Philip. 2.*

Ÿ. Dóminus protector vitæ meæ: R. A quo trepidábo? *Pf. 26.*

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

*Lectio vij. Cap. 10.*

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum; estóte ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Et reliqua.

Homília sancti Joannis Chrysóstiomi.

*Homil. 33. in Matth.*

**S**ic dicere vidétur: Nolite turbári, sic cum vos inter lupos mitto, tanquam oves & columbas esse jubeo: nam etsi possum contrárium quoque præstare, & non permittere ut grave aliquid patiámini, nec lupis tanquam oves subjecti sitis, sed efficere ut leónibus terribilióres evadáris; tamen sic expedit fieri: hoc & vos quoque illustrióres faciet, & meam declarábit virtutem. Sic enim póstea dixit Paulo: Súfficit tibi grátia mea; nam

*MIR. Pars Æstiva.*

virtus mea in infirmitate perficitur. Ipse igitur vos mansuetudine oves effeci. Cum enim ait: Ego mitto vos sicut oves, illud occultè innuit: Ne igitur ánimo dejiciámini; certe enim scio hæc potissimum mansuetudine ubique invictos vos esse futuros.

R. Deus nos Apóstolos novissimos ostendit, tanquam morti destinatos; \* Quia spectáculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Ÿ. Propter te, Dómine, mortificámur tota die: æstimáti sumus sicut oves occisiónis; \* Quia. *1. Cor. 4. Pf. 43.*

*Lectio viij.*

**N**on enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Habebant reges in médio sui duodecim homines idiotas, quos vinculis, flagellis, carcéribus, ut silerent, comminabantur: sed sicut radii solares vinciri nequeunt, sic lingua eorum ligari non poterat. Quod ita fiebat, quia non ipsi erant qui loquebantur, sed virtus Spiritus sancti. Quam virtute Paulus Agrippæ ministros, ipsumque Nerónem omnium hominum flagitiosissimum facile superavit. Dóminus enim mihi astitit, ait, & confortavit me, & eruit me de ore leónis.

R. Mihi absit gloriári nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi, \* Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ÿ. Quid mihi est in cælo? & a te quid volui super terram? Deus cordis mei, \* Per. *Gal. 6. Pf. 72.*

\*

[ *Si transferatur,*  
*Lectio ix.*

**R**es útique magna, virum circa stagna versari solum, circa pelles, & telonii mensam, sedéntibus tyrannis & sátrapis, astántibus satellitibus strictis gládiis, cum omnes dénique pro tyrannis starent, solum ingressum, ligátum, prono cápite, potuisse vel os aperire. Etenim nec loquendi, nec dógmata defendendi locum illis dabant; sed tanquam commúnes orbis pestes suppliciis deputábant. Hi omnes, aiébant, contra decreta Cæsaris faciunt, regem álium dicentes esse esum.]

*De sancto Martiali.*

*Lectio ix.*

Ex libro sancti Gregórii Turonensis, de glória Confessorum.

C. 27. 28.

**M**artialis Episcopus à Romanis missus Episcopis, in urbe Lemovicina prædicare exorsus est; everisique simulachrorum ritibus, replétâ jam credulitate Dei urbe, migravit à sæculo. Erant tunc temporis cum eo duo Presbyteri, quos secum ab oriente adduxit in Galliam. Verum ubi compléti sunt dies eorum, ut & ipsi vocarentur de hoc sæculo, conjunctis Sarcophagis in eadem crypta in qua sanctus Episcopus, sunt sepulti. Puella quædam, cui, nescio quo existente peccato, manus una dirigit, ac digiti palmæ defixi erant, ad ejus sepulchrum advénit, confisa de virtute confessoris. Celebratis ergo vigiliis in ipsa nocte festivitatis, dum at-

tentè juxta sepulchrum orat manum suam, directis digitis, pópulo teste sanátam miráitur.

2. In Evangelio labóro usque ad vincula, quasi malè operans: sed \* Verbum Dei non est alligátum. *ÿ.* Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundébar; & respondébo exprobrántibus mihi verbum. \* Verbum. Glória Patri. \* Verbum. 2. *Tim.* 2. *Pf.* 118.

Te Deum.

A D L A U D E S.

*Ant.* **N**ihil minus fui ab iis qui sunt suprâ modum Apóstoli, tamen nihil sum. 2. *Cor.* 12.

*Ant.* 7. d. Secundum revelationem mihi data est grátia hæc, in Géntibus evangelizare investigábiles divitias Christi. *Ephes.* 3.

*Ant.* 1. a. Signa Apostolatús mei facta sunt in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtútibus. 2. *Cor.* 12.

*Ant.* 3. a. Dòminus mihi ástitit, & confortávit me, ut per me prædicatio impleátur, & áudiant omnes gentes. 2. *Tim.* 4.

*Ant.* 2. D. Abundantiús ómnibus laborávi; non ego autem, sed grátia Dei mecum. 1. *Cor.* 15.

*Capitulum.*

Rom. 1.

**S**ic prædicávi Evangelium hoc, non ubi nominátus est Christus, ne super aliénun fundaméntum ædificárem: sed sicut scriptum est: Quibus non est annuntiátum de eo, vidébunt; & qui non audierunt, intélligent.

*Hymnus.*

**S**UDORE sat tuo fides,  
Crucisque crevit gloria;  
Multoque per te fenore  
Impléta Christi passio.

PER sacra sese jam tuæ  
Impressa carni stigmata,  
Suoque totum Spiritu  
In te Magister exprimit.

SIC, Paule, non vivis; lo-  
quens

Sed ipse Christus in tuo  
Agenisque vivit pectore:  
Sat ergo, sat terris datum.

AUDITA quondam tertio  
Arcana cælo, nunc tibi  
Fruendo se pleno palam  
De fonte produnt luminis.

HINC lacte verbi nos tui  
Ciboque faxis crescere;  
Christumque tritos, quæ do-  
ces

Praisque, per calles sequi.

HOC præstet almo cum Pa-  
tre

Natoque nobis Spiritus,  
Tres, Numen unum; cui  
decus,

Virtusque sit per secula.

Amen.

ψ. Confiteantur tibi populi,  
Deus: R. Confiteantur tibi  
populi omnes. *Pf.* 66.

*Ad Benedictus. Ant.* 5. C.  
Gaudeo in passionibus, & ad-  
impleo ea quæ defunt passio-  
num Christi in carne mea,  
pro corpore ejus, quod est  
Ecclesia, cujus factus sum ego  
minister. *Coloss.* 1.

*Oratio.*

**D**Eus, qui multitudinem  
Gentium beati Pauli  
Apostoli prædicatione docui-  
sti: da, quæsumus, ut cujus  
natalitia colimus, ejus apud  
te patrocina sentiamus; Per.

*Fit Commem. Octava S.  
Joannis. Ant.* A diebus. ψ.  
Docébo. *Orat.* Deus, qui  
præsentem. 359.

*Deinde sancti Petri.* Simon,  
ego rogavi pro te, ut non  
deficiat fides tua; & tu ali-  
quando conversus confirma  
fratres tuos. *Luc.* 22.

ψ. Posui adjutorium in Po-  
tente; R. Et exaltavi electum  
de plebe mea. *Pf.* 88.

*Oratio.*

**D**Eus qui beato Petro Apó-  
stolo tuo, collatis clé-  
vibus regni cælestis ligandi  
atque solvendi Pontificium  
tradidisti; concède ut inter-  
cessionis ejus auxilio à pecca-  
torum nostrorum nexibus li-  
berémur; Qui vivis & re-  
gnas.

*Tum S. Martialis, Episc.*  
*Ant.* Ego. ψ. Elégit. *Oratio.*  
Deus, fidélium. xxj.

A D P R I M A M.

*Ant.* Nihil.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Secundum.

*Capitulum.* 2. Cor. 12.

**S**CIO hómitem in Christo  
sante annos quatuordecim  
sive in corpore nescio, sive ex-  
tra corpus nescio, Deus scit,  
raptum hujusmodi usque ad  
tertium cælum. Et scio hujus-  
modi hómitem, sive in cor-  
pore, sive extra corpus, nescio,  
Deus scit, quoniam rap-  
tus est in Paradisum, &  
audivit arcana verba, quæ  
non licet hómitem loqui.

R. br. Ecce, Dómine, \* Ve-  
ritatem dilexisti. Ecce. ψ. In-  
certa & occulta sapiéntiæ tuæ  
manifestasti mihi. \* Veri-  
tatem. Glória. Ecce. *Pf.* 50.

Ÿ. Introibo in potências  
Dómini, R. Usque in altíssi-  
ma quæ fecisti magnália.  
*Pf. 70.*

A D S E X T A M.

*Ant. Signa.*

*Capitulum. Rom. 15.*

**H**Abeo glóriam in Christo  
Jesu ad Deum. Non enim  
áudeo áliquid loqui eórum  
quæ per me non éfficít Chri-  
stus in obediéntiam Géntium,  
verbo & factis, in virtúte si-  
gnórum & prodigiórum, &  
in virtúte Spiritús sancti; ita  
ut ab Jerúsalem per circú-  
tum, usque ad Illyricum re-  
pléverim Evangélium Christi.

R. *br.* Ecce cognóvi \* Quó-  
niam Deus meus es. Ecce co-  
gnóvi. Ÿ. In Deo laudábo  
verbum, in Dómino laudábo  
fermónem; \* Quóniam. Gló-  
ria Patri. Ecce. *Pf. 55.*

Ÿ. Posuisti super me manum  
tuam, Dómine: R. Mirábi-  
lis facta est sciéntia tua.  
*Pf. 138.*

A D N O N A M.

*Ant. Abundántius.*

*Capitulum. 2. Cor. 11.*

**E**Xistimo nihil me minus  
fecisse à magnis Apósto-  
lis. Nam etsi imperítus ser-  
móne, sed non sciéntiâ; in  
ómnibus autem manifestáti  
sumus vobis.

R. *br.* Benedixit Dóminus,  
\* Et multiplicáti sunt nimis.  
Benedixit. Ÿ. Et pósuit si-  
cut oves famílias, \* Et. Gló-  
ria. Benedixit. *Pf. 106.*

Ÿ. Confitébor nómini tuo  
super misericórdia tua; R.  
Quóniam magnificasti su-  
per omne, nomen sanctum  
tuum. *Pf. 137.*

A D II. V E S P E R A S.

*Ant. I*N defensiónem Evan-  
1. D. gélii pósitus sum: pro  
quo legatióne fungor in caté-  
na; ita ut in ipso áudeam,  
prout oportet me loqui. *Phi-  
lip. 1. Ephes. 6.*

*Ant. 3. a.* Quæ circa me  
sunt, magis ad profectum ve-  
nerunt Evangélii; ita ut víncula  
mea manifesta fierent in om-  
ni prætorio; & plures in Dó-  
mino confidentes vínculis  
meis, abundantius auderent  
sine timóre verbum Dei loqui.  
*Philip. 1.*

*Ant. 4. D.* Omnia sustíneo  
propter electos, ut ipsi salú-  
tem consequantur, quæ est in  
Christo Jesu, cum glória cæ-  
lesti. 2. *Tim. 2.*

*Ant. 5. C.* Magnificábitur  
Christus in corpore meo, sive  
per vitam, sive per mortem:  
mihi enim vívere Christus  
est, & mori lucrum. *Phi-  
lipp. 1.*

*Ant. 6.* Responsum mor-  
tis in nobismetipsis habú-  
imus, ut non simus fidentes in  
nobis, sed in Deo qui súscit-  
at mortuos. 2. *Cor. 1.*

*Capitulum. 2. Tim. 4.*

**E**Go jam delíbor, & tem-  
pus resoluciónis meæ in-  
stat. Bonum certámen certávi,  
cursum consummávi, fidem  
servávi. In réliquo repósita est  
mihi coróna justitiæ, quam  
reddet mihi Dóminus in illa  
die justus iudex.

*Hymnus. Sat, Paule. 380.*

Ÿ. Sitívit ánima mea ad  
Deum fortem, vivú. R. Quan-  
do véniam & apparebo ante  
faciem Dei! *Pf. 41.*

*Ad Magnificat. Ant. J. Quæ*

audistis & vidistis in me, hæc ágite; & Deus pacis erit vobiscum. *Philipp.* 4.

*Oratio ut supra ad Laudes.*

*Fit Commem. Octava sancti Joannis. Ant. Joannes. V. Loquébar. 360. Orat. Deus, qui. 359.*

*Deinde sancti Petri. Ant. Simon Joannis, amas me? Dómine tu ómnia nosti, tu scis quia amo te, Pisce oves meas. Joan. 21.*

*V. Elégit cum Dóminus, R. Páscere hæreditátem suam.*

*Oratio. Deus qui beáto Petro, ut supra ad Laudes. 379.*

## FESTA JULII.

DIE I. JULII.

Octava

S. JOANNIS BAPTISTÆ.

*Duplex II. Ordinis.*

*Omnia dempto ritu solemni, ut in die 353; exceptis qua sequuntur.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectiones de Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

*Serm. 288. in Nat. S. J. Bapt. 2.*

*Lectio iv.*

**V**Ox Joannes, Verbum Christus. Queramus quid intersit inter vocem & verbum. Intelligitis quia verbum erat in corde meo ántequam sibi adhiberet vocem in qua procederet ad aures vestras. Puto quia intelligant hómines omnes, quia quod mihi áccidit, hoc omni loquenti. Ecce jam scio quod volo dicere; corde téneo; ministériú vocis inquiró: ántequam sonet vox in ore meo, jam tenetur verbum in corde meo.

Præcessit ergo verbum vocem meam, & in me prius est verbú, postérior vox: ad te autem ut intélligas, prior venit vox auri tuæ ut verbum insinuétur menti tuæ. Nosse enim non posses quod in me fúerat ante vocem, nisi in te fúerit post vocem. Ergo si vox Joannes, verbum Christus. Ante Joannem, Christus; sed apud Deum: post Joannem, Christus; sed apud nos. Magnum sacramentum, fratres: attendite, accípите magnitudinem rei.

*Lectio v.*

**P**ERSONAM gerébat Joannes vocis in sacramento: nam non ipse solus vox erat; omnis enim homo annuntiátor Verbi, vox Verbi est. Quod enim est sonus oris nostri ad verbum quod in corde gestamus, hoc omnis ánima pia prædicátrix ad illud verbum de quo dictum est; in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud Deum.

*Lectio vj.*

**Q**uanta verba, imò quantas voces facit verbum corde conceptum! quantos prædicatores fecit Verbum apud patrem manens! Misit Patriarchas, Prophetas, misit tot & tantos prænuntiatores suos. Verbum manens voces misit, & post multas præmissas voces, unum ipsum Verbum venit tanquam in vehiculo suo, in voce sua, in carne sua. Collige ergo tanquam in unum omnes voces quæ præcesserunt Verbum, & eas omnes constitue in persona Joannis. Harum omnium sacramentum ille gestabat; harum omnium persona sacra & mystica ille unus erat. Ideo proprie dictus est Vox, tanquam omnium vocum signaculum atque mysterium.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. i.*

**E**lisabeth implētū est tempus pariendi, & peperit filium: & audierunt vicini, & cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa; & congratulabantur ei. Et reliqua.

De Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

*Lib. 2. in Luc.*

**B**ene additur quia nemo in cognatione ejus vocabatur hoc nomine: ut intelligas nomen non generis esse, sed vatis. Zacharias quoque nutu interrogatur; sed quia incredulitas ei affatum eripuerat & auditum; quod

voce non poterat, manu & litteris est locutus. Scripsit autem; Joannes est nomen ejus. Et hic nomen non imponitur, sed astringitur: meritoque continuo resoluta est lingua ejus; quia quam vixerat incredulitas, fides solvit. Credamus & nos igitur ut loquamur; ut lingua nostra quæ incredulitatis vinculis est ligata, rationis voce solvatur. Scribamus spiritu mysteria, si volumus loqui: scribamus prænuntium Christi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui Joannem loquitur, Christum prophetat.

*Lectio viij.*

**ET** Zacharias pater ejus replētus est Spiritu sancto & prophetabat dicens: Benedictus Dominus Deus Israël. Vide quam bonus Deus, & facilis indulgere peccatis. Non solum ablata restituit, sed etiam imperata concedit; ille dudum mutus, prophetat: Hæc enim gratia Dei maxima, quod eum qui negaverat confitetur. Nemo ergo diffidat, nemo veterum conscius delictorum præmia divina desperet. Novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris emendare delictum.

*Lectio ix.*

**ET** tu, puer, propheta Altissimi vocaberis. Pulchre cum de Domino prophetaret, ad Prophetam sua verba convertit, ut hoc quoque beneficium esse Domini designaret: ne cum publice enumeraret sua, quasi ingratus tacuisse videretur quæ agnoscebat in

filio. Sed fortasse aliqui quasi irrationabilem mentis excessum putent, quod octo dierum allôquitur infantem. Verum, si teneamus, intelligemus profectò quod potuit vocem patris natus audire, qui Mariæ salutationem antequam nasceretur audivit.

AD LAUD. *Fit Commem. Oâ. SS. Petri & Pauli. Ant. Dei. ψ. Constitues. Orat. Deus, qui hodiernam.* 372.

AD HORAS. *Omittitur Alleluia. in REPERE. br. Vespera de sequenti.*

D I E I I.

In Festo

VISITATIONIS  
B. MARIÆ VIRGINIS.

Solemne III. Ordinis.

IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Feria.*

*Ant.* Quæ est ista, quæ pro-  
i. g. **Q**uæ creditur, quasi aurora  
conspurgens, pulchra ut  
luna, electa ut sol? *Cant. 6.*

*Ant. 3. a.* Ascendit per desertum  
sicut virgula fumi ex aromaribus  
Mirrhæ & Thuris. *Cant. 3.*

*Ant. 5. c.* Quàm pulchri sunt  
gressus tui, filia principis!  
*Cant. 7.*

*Ant. 6.* Sonet vox tua in auribus  
meis: vox enim tua dulcis,  
& facies tua decora. *Cant. 2.*

*Ant. 8. c.* Veniat Arca fœderis  
Dòmini in médium nostri,  
ut salvet nos. *1. Reg. 4.*

*Capitulum. Gal. 4.*

**U**bi venit plenitudo temporis  
misit Deus Filium suum,  
factum ex muliere,

factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret.

*R.* Lauda, filia Sion; lætare,  
& exulta in omni corde, filia  
Jerúsalem: \* Rex Israël, Dòminus  
in médio tui. *ψ. Beata quæ credidisti,  
quoniam quæ dicta sunt tibi perficiuntur  
à Dòmino. \* Rex Israël. Glòria. \* Rex Israël. Soph. 3. Luc. 1.*

*Hymnus.*

**Q**uo sanctus ardor te rapit,

O Virgo, flos ô Virginum?  
Quò tendis & cito gradu  
Conscendis alta montium?

URGET facer te Spiritus  
Toto replètam Nùmine:  
Matris Dei jam dignitas  
Nil caritati detrahit.

TIBI propinquam sanguine

Matrem puella visitas,  
Concessa cui divinitus  
Gratâris alvi mûnera.

O QUANTA matrum gaudia!

Stupente naturâ, gravem  
Anum stupes, quæ Virginem  
Fœtam Deo te prædicat.

ABSCONDITUM sub intimo  
Ceum nube portabas sinu  
Solem, suo qui pròtinus  
Lustrabit orbem lumine.

MUNDO redemptor qui venis,

Fili, tibi laus máxima  
Cum Patre: nec tibi minor  
Laus, utriusque Spiritus.

Amen.

ψ. Visita nos in salutari tuo,  
Dòmine, *R.* Ad videndum  
in bonitate electòrum tuòrum.  
*Pf. 105.*

*Ad Magnificat. Ant. 3. a.*  
Tantum in te est Deus, &

non est absque te Deus. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël salvator. *Is. 45.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

*Fit Commem. Octava SS. Petri & Pauli. Ant. Principes & inclyti. V. Principes populorum. 373. Oratio. Deus qui hodiernam. 372.*

AD COMPLET. *Ant. 1. a. Ponam visitationem tuam pacem. Isai. 60.*

AD OFFICIUM NOCTUR.

*Invit. Jesum de Maria natum, \* Venite, adorèmus. Matth. 1.*

*Pf. 94. Venite. 2.*

*Hymnus.*

**M**ONTES, superbum verticem,  
Qua Virgo transit, subdite,  
Cui se libenter sternerent  
Vel ipsa caeli sidera.

OCCULTA quae latet domi,

Audet foras se prodere:  
Semper sibi timens pudor  
Se caritate protegit.

IT illa, non necitat moras:  
Fugit vidèri, nec minus  
Fugit vidère, ne suo  
Quidquam pudori detrahat.

BEATA quam pressit pede,  
Tellus! beata semita!  
Colles beati, qui simul  
Cum matre sensistis Deum!

BEATIORES hospites,  
Vos o quibus caelestia,  
Loquente matre Virgine,  
Audire verba contigit!

MUNDO redemptor qui venis,

Fili, laus tibi maxima  
Cum Patre: nec tibi minor  
Laus, utriusque Spiritus.

Amen.

*Psalmi ut in Officio parvo.*

IN I. NOCTURNO.

*Ant. 2. D. Concepit Elizabeth, & occultabat se mensibus quinque, dicens: Quia respexit Dominus auferre opprobrium meum. Luc. 1.*

*Ant. 8. G. In mense sexto missus est Angelus Gabriel à Deo ad Mariam Virginem desponsatam Joseph. Luc. 1.*

*Ant. 7. d. Ingressus Angelus ad eam, dixit: Ecce concipies in utero & paries filium; & vocabitur Altissimi Filius. Luc. 1.*

*V. Elégit eam Dominus. R. In habitationem sibi. Pf. 131.*

*Tres Lectiones de Scriptura occurrente.*

*Post j. Lect. R. Ecce Elizabeth cognata tua concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus est illi quae vocatur sterilis; \* Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. V. Plantati in domo Domini, adhuc multiplicabuntur in senecta uberi; \* Quia. Luc. 1. Pf. 91.*

*Post ij. Lect. R. Christi generatio sic erat: Mater ejus \* Maria inventa est in utero habens de Spiritu sancto. V. Prope timentes Dominum salutare ipsius. \* Maria inventa. Matth. 1. Pf. 84.*

*Post iij. Lect. R. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet ergo filium; \* Ipse enim † Salvum faciet populum suum à peccatis eorum. V. Parturiens pariet, & reliquiae fratrum ejus convertentur; \* Ipse. Gloria Patri. † Salvum. Matth. 1, Mich. 5.*

IN

## IN II. NOCTURNO.

*Ant. 6.* Ponam visitationem tuam, pacem, dicit Dominus; & occupabit salus muros tuos. *Is. 60.*

*Ant. 8. c.* Effundam Spiritum meum super semem tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. *Is. 44.*

*Ant. 1. a.* Hodie salus domui huic facta est; venit enim Filius hominis quaerere, & salvum facere quod perierat. *Luc. 19.*

ψ. Visitasti terram, Deus salutaris noster? R. Multiplicasti locupletare eam. *Pf. 64.*

Sermo sancti Ambrosii  
Episcopi.

In *Luc. lib. 2. n. 19.*

*Lectio iv.*

**M**Orale est omnibus ut qui fidem exigunt, fidem astruant. Et ideo Angelus, cum abscondita nuntiaret, ut fides astrueretur exemplo, senioris feminae sterilisque conceptum virgini Mariae nuntiavit, ut possibile Deo omne quod ei placuerit assereret. Ubi audivit hoc Maria, non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuntio, nec quasi dubitans de exemplo; sed quasi laxa pro voto, religiosa pro officio, festina praegaudio, in montana perrexit. Quo enim, jam Deo plena, nisi ad superiora, cum festinatione contenderet? Nescit tarda molimina sancti Spiritus gratia.

R. Exurgens Maria abiit in montana \* Cum festinatione, in civitatem Juda. ψ. En di-

MIR. Pars festiva.

lectus meus loquitur mihi: Surge prospera, amica mea, \* Cum festinatione. *Luc. 1. Cant. 2.*

*Lectio v.*

**I**N montana Virgo cum festinatione, Virgo officii memor, injuriae immemor, affectu vigente, non sexu, relicta perrexit domo. Discite, virgines, non circumcurrare per alienas domos, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festinat in publico. Didicistis, virgines, pudorem Mariae; discite humilitatem. Venit propinqua ad proximam, junior ad seniores; nec solum venit, sed etiam prior salutavit: decet enim ut quanto castior virgo, tanto humilior sit. Sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis. Est & causa pietatis, est etiam norma doctrinae. Contuendum est enim quia superior venit ad inferiorum, ut inferior adjuvetur: Maria ad Elizabeth, Christus ad Joannem.

R. Intravit Maria in domum Zachariae, & salutavit Elizabeth; \* Et exultavit infans in utero ejus. ψ. Factum est verbum tuum, Domine, in gaudium & letitiam cordis; \* Et exultavit. *Luc. 1. Jerem. 15.*

*Lectio vj.*

**C**ito quoque adventus Mariae, & praesentiae Dominicae beneficia declarantur. Simul enim ut audivit salutationem Mariae Elizabeth, exultavit infans in utero ejus;

Bb

& repléta est Spírítu sancto. Vide distinctionem, singulorumque verbórum proprietates. Vocem prior Elizabeth audivit, sed Joannes prior grátiam sensit. Illa naturæ ordine audivit, iste exultávit ratióne mystérii. Illa Mariæ, iste Dómini sensit adventum. Istæ grátiam loquuntur, illi intus operantur, pietatisque mystérium maternis adoriuntur profécibus, duplicique miraculo prophétant matres spírítu parvulorum. Exultávit infans, repléta est mater. Non prius mater repléta, quam filius; sed cum filius esset replétus Spírítu sancto, replévit & matrem.

R. Ut audivit salutatióem Mariæ Elizabeth, exultávit infans in útero ejus; \* Et repléta est Spírítu sancto Elizabeth. *Ps.* Benedixit Dóminus domui ejus, & ómnibus quæ habébat: \* Et. Glória. \* Et. *Luc. 1. 1. Paral. 13.*

### IN III. NOCTURNO.

*Ant. 5. a.* Venit mihi gáudium à Sancto super misericórdia quæ véniet ab Æterno salutári nostro. *Baruch. 4.*

*Ant. 4. a.* Ecce Deus salvátor meus, & factus est mihi in salutem. *Is. 12.*

*Ant. 3. g.* Dóminus factus est fortitúdo mea. *Is. 49.*

*Ps.* De ventre matris meæ, R. Tu es protector meus. *Pf. 70.*

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio viij. Cap. 8.*

**E**Xurgens María in diébus illis, ábiit in montána cum festinatióne, in civitatem

Juda; & intrávit domum Zachariæ, & salutávit Elizabeth. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbátis.

De 12. Prærogat. B. M. V.

n. 10.

**I**N omni textu quátuor Evangeliorum, si bene meminimus, non nisi quater Maria loquens auditur. Primò quidem ad Angelum, sed cum jam semel atque iterum allocútus eam fuisset: secundò ad Elizabeth, quando vox salutatióis ejus Joannem exultáre fecit in útero, & eâ magnificante Mariam, ipsa magis Dóminum magnificáre curávit: tertio ad Filium, cum jam esset annorum duódecim, quod ipsa & pater ejus dolentes quæssissent eum: quartò in nuptiis ad Filium, & ministros. Si Mariam diligitis, si conténditis ei placére, amulámini modestiam ejus. Nec in sola tamen Mariæ taciturnitate commendátur humilitas, sed evidéntius résonat in sermone. Audierat, Quod ex te nascétur Sanctum, vocábitur Filius Dei; & nihil aliud quam ancillam ejus se esse respondit. Inde ventum est ad Elizabeth, & continuò Virginis glória singularis eidem per Spírítum reveláitur. Dénique & mirábitur personam venientis, dicens: Unde hoc mihi, ut véniat mater Dómini mei ad me?

R. Exclamávit Elizabeth voce magnâ & dixit: \* Et unde hoc mihi ut véniat mater Dñi mei ad me? *Ps.* Quid est

homo, Dómine, quòd memor es ejus? aut filius hóminis, quóniam visitas eum?  
\* Et unde hoc mihi. *Luc. 1. Ps. 8.*

*Lectio viij.*

**C**ommendábat & vocem salutantis, adjiciens: Ut facta est vox salutatiónis tuæ in auribus meis, exultávit in gáudio infans in útero meo. Et beatificábat fidem credentis: Beáta, inquires, quæ credidisti; quóniam perficietur in te quæ dicta sunt tibi a Dómino. Magna quidem præcónia; sed & devóta humilitas nihil sibi passa retinere, in eum magis universa refudit, cujus in se beneficia laudabantur. Tu, inquit, magnificas matrem Dómini; sed, Magnificat ánima mea Dóminum. In voce mea filium perhibes exultasse in gáudio; sed, Exultávit spíritus meus in Deo salutári meo; & ipse quoque, tanquam amicus sponsi, gáudio gaudet ad vocem sponsi. Beátam esse dicis quæ credidisset; sed credulitátis & beatitudinis causa respectus est supernæ pietátis, ut ex hoc magis beátam me dicant omnes generatiónes, quia ancillam humilem & exiguam respexit Deus.

*R.* Ait Maria: \* Magnificat ánima mea Dóminum, & exultávit spíritus meus in Deo salutári meo. *Ps. Venite, audite; & narrábo, omnes qui timétis Deum quanta fecit ánima mea.* \* Magnificat ánima mea Dóminum, & exultávit spíritus meus in Deo salutári meo. *Luc. 1. Ps. 65.*

*MIR. Pars Æstiva.*

*Lectio ix.*

**V**erúm tamen numquid putámus, fratres, Elizabeth sanctam in eo quod per Spíritum útique loquebátur, errasse? Absit, Beata planè quam respexit Deus, & beáta quæ credidit. Hic enim magnus divinæ respectiúnis éxstitit fructus. Ineffabili siquidem artificio Spíritus supervenientis tantæ humilitati magnanimitas tanta in secretario virginis cordis accessit, ut hæ quoque nihilóminus fiant stellæ ex respectu mútuoclariores; quod videlicet nec humilitas tanta minuit magnanimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem. Agit hoc nimirum in cordibus electórum grátia prærogativa divinæ, ut eos nec humilitas pusillánimes faciat, nec magnanimitas arrogantes; magis autem cooperentur sibi, ut non solum nulla ex magnanimitate subintret elatio, sed hinc máximè provehátur humilitas: ut inveniantur eò amplius timorati, & largitori munerum non ingrati: ac vicissim ex occasiúnne humilitatis pusillanimitas nulla subrepat; sed quò minus de sua quisque vel in minimis præsumere consuévit, eò amplius de divina virtute confidat.

*R.* Habitávit Arca Dómini in domo Obédedom tribus ménsibus, \* Et † Benedixit Dóminus omnem domum ejus propter illam. *Ps. Mansit María cum Elizabeth quasi ménsibus tribus.* \* Et. Glória. † Benedixit. 2. *Reg. 6. Luc. 1.*

*Te Deum.*

\* B b ij

## A D L A U D E S.

*Psalmi de Dominica, & ad Horas diei. Sed ad II. Vesperas Psalmi de Officio parvo.*

*Ant.* **V**idérunt eam, & i. f. **V**beatissimam prædicaverunt, & laudaverunt eam. *Cant. 6.*

*Ant. 4. A.* Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc. 1.*

*Ant. 5. a.* Ecce ut facta est vox salutarionis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. *Luc. 1.*

*Ant. 4. E.* Amicus sponsi.

*Canticum.* Judith. 13.

**A**perite portas, quia nobiscum est Deus, \* qui fecit virtutem in Israël.

Laudate Dominum Deum nostrum, \* qui non deseruit sperantes in se.

Et in me ancillam suam adimplevit misericordiam suam, \* quam promissit domui Israël.

Et interfecit in manu mea \* hostem populi sui.

Confitemini illi, omnes; quoniam bonus, \* quoniam in seculum misericordia ejus.

*Ant.* Amicus sponsi qui audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. *Joan. 14.*

*Ant. 7. c.* Benedictus Dominus Deus Israël, qui misit te; & benedictum eloquium tuum. 1. *Reg. 25.*

*Capitulum.* Prov. 3.

**V**ia sapientiae, via pulcræ; & omnes semitae illius pacificae: lignum vitae est illis qui apprehenderint eam; & qui tenuerint eam, beatus.

*Hymnus.*

**A**d prima verba Virginis, Intus movente Spiritu,

In matris alvo conditus  
Infans Joannes gestit.

**AGNOVIT** infantem Deum:  
Quem sensit, ardet prodere:  
Vates & infans, quæ potest,  
Adesse Christum nuntiat.

Hic jam Redemptoris vi-  
ces,

Præconis ille sustinet:  
Materna claustra non vetant  
Quin ambo munus impleant.

**FELIX** puer, felix parens,  
Felix sacerdos, & domus,  
Qui per parentem Virginem  
Deo fruuntur hospite!

**MUNDO** redemptor qui ve-  
nis,

Fili, tibi laus maxima  
Cum Patre: nec tibi minor  
Laus utriusque Spiritus.

Amen.

**Ï.** Benedixisti, Domine,  
terram tuam: **R.** Avertisti ca-  
ptivitatem Jacob. *Pf. 84.*

*Ad Benedictus. Ant. 1. D.*  
Benedictus Dominus Deus  
Israël, quia visitavit & fecit  
redemptionem plebis suæ.  
*Luc. 1.*

*Oratio.*

**A**desto Ecclesiae tuæ, mi-  
sericors Deus, & filios  
adoptionis jugiter in ejus sinu  
purifica, qui Mariæ clausus  
utero, Joannem in sinu Eli-  
zabeth sanctificasti; Qui.

*Commem. Octav. SS. Petri  
& Pauli. Ant. Dei. Ï.* Con-  
stitues. *Oratio.* Deus, qui ho-  
diernam. 372.

*AD HORAS, in fine Hym-  
norum dicitur Doxologia:*

**MUNDO** redemptor, &c. ut  
*suprà.*

**A D P R I M A M.**

*Ant.* Vidérunt.

*In R. br. Ï.* Qui natus es.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Benedicte tu.

*Capitulum.* Genes. 22.

**B**enedicam tibi, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, eo quod obedisti voci meae.

*R. br.* Benedicentur in ipso omnes tribus terrae, \* Alleluia, alleluia. Benedicentur. *Ps.* Omnes gentes magnificabunt eum, \* Alleluia. Gloria Patri. Benedicentur. *Pf.* 71.

*Ps.* Ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum: *R.* Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis. *Pf.* 44.

A D S E X T A M.

*Ant.* Ecce.

*Capitulum.* Joel. 2.

**S**ciatis quia in medio Israel ego sum: & ego Dominus Deus vester, & non est amplius: & non confundetur populus meus in aeternum. Et erit post haec: Effundam Spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filiae vestrae.

*R. br.* Vox exultationis & salutis, \* Alleluia, alleluia. Vox exultationis. *Ps.* In tabernaculis iustorum, \* Alleluia. Gloria. Vox. *Pf.* 117.

*Ps.* Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine: *R.* Dedisti laetitiam in corde meo. *Pf.* 4.

A D N O N A M.

*Ant.* Benedictus.

*Capitulum.* Tob. 12.

**B**enedicite Deum caeli, & coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

*R. br.* In Domino laudabi-

tur anima mea, \* Alleluia, alleluia. In Domino. *Ps.* Audiant mansueti & latentur, \* Alleluia. Gloria Patri. In Domino.

*Ps.* Magnificate Dominum mecum; *R.* Et exaltemus nomen ejus in idipsum. *Pf.* 33.

A D I I. V E S P E R A S.

*Ant.* **R**espexit Deus humilitatem ancillae suae: ex hoc beatam me dicent omnes generationes. *Luc.* 1.

*Ant.* 1. D. Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. *Luc.* 1.

*Ant.* 4. E. Misericordia ejus a progenie in progenies timementibus eum. *Luc.* 1.

*Ant.* 5. C. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos, & exaltavit humiles. *Luc.* 1.

*Ant.* 8. G. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae, sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini ejus. *Luc.* 1.

*Capitulum.* 1. Petr. 5.

**D**eus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exalter in tempore visitationis.

*Hymnus.*

**C**ETERI nunquam, nisi vagiendo,

Primitus vocem pueri profundunt:

Unus in cunctis alacris  
Joannes

Prævenit ortum.

HUNC sibi nondum genitum  
sacrauit

Patris aeterni Genitus Pro-

phetam:

Spiritu gaudens canit hinc  
 futura  
 Utraque mater.  
 Ecce quam fructu génitrix  
 utrôque  
 Digna! quam fructus génitricæ dignus  
 Hæc Deum Virgo, stérilis  
 recondit  
 Illa Prophétam.  
 FAC tuos puris hódie clien-  
 tes,  
 Virgo, collustret rádiis Re-  
 demptor  
 Ille, quem prodit nova nas-  
 cituro  
 Grátia Vati.  
 DET sequi certo pede quà  
 præstisti,  
 Dum Patris summi paritúra  
 prolem,  
 Vilis ancillæ titulum mo-  
 desto  
 Pectore præfers.  
 SUMMA laus Patri, genitôque  
 Verbo;  
 Et tibi compar, utriusque  
 nexus,  
 Spiritus semper, Deus unus,  
 omni  
 Tèmporis ævo.  
 Amen.  
 V. Exultabit cor meum in  
 salutári tuo: R. Cantábo Dó-  
 mino qui bona tribuit mihi.  
 Ps. 12.  
 Ad Magnificat. Ant. 7. G.  
 Mansit María cum Elizabeth  
 quasi menses tribus, & re-  
 versa est in domum suam.  
 Luc. 1.  
 Oratio, ut suprâ ad Lau-  
 des.  
 Commem. Octava SS. Petri  
 & Pauli. Ant. & V. Principes.  
 373. Orat. Deus, qui ho-  
 diernam. 372.

## DIEBUS

## INTRA OCTAVAM

SS. Apostolorum Petri &amp; Pauli.

*Semiduplex.**Omnia dempto ritu solemni, ut in die, exceptis qua sequuntur.*

AD NOCT. Antiphona, V. &amp; R. diei secundum Feriam.

AD LAUDES, unica Ant. super Psalmos qua quarta laudum diei.

AD HORAS non dicitur Alleluia in R. br.

AD VESP. unica Antiphona super Psalmos, qua prima Vesperarum diei.

DOMINICA intrâ Octav. omnia de Dominica occurrente Comm. Octava.

## DIE III.

## DE OCTAVA

SS. Petri &amp; Pauli.

Ex Epistola sancti Clementis Papæ &amp; Martyris, ad Corinthios.

Cap. 5. Lectio ij.

Petrus ob iniquam æmulationem & invidiam, non unum aut alterum, sed multos sustinuit labores; atque ita martyr effectus, discessit ad debitum gloriæ locum. Propter æmulationem Paulus patientiæ præmium obrinuit, cum catenas septies portasset, vapulasset, lapidatus esset; præco factus in Oriente ac Occidente, eximium fidei suæ decus accepit; totum mundum docens iustitiam: & ad Occidentis terminum veniens, sub principibus martyrii passus, ita è mundo migravit; at-

que in locum sanctum abiit,  
patientiae magnum exemplar  
factus.

Ex Epistola sancti Dionysii  
Corinthiorum Episcopi ad  
Romanos.

Apud Euseb. L. 2. Hist. C. 25.

Lectio iij.

**V**Os tantam admonitionem  
vestram, sementem quam  
Petri & Pauli satione succre-  
verat, Romanos scilicet & Co-  
rinthios simul commiscuistis.  
Ambo enim illi in urbem no-  
stram Corinthum ingressi,  
sparsa Evangelicae doctrinae  
semine, nos instituunt, & in  
Italiam simul profecti, cum  
vos similiter instituissent, eod-  
dem tempore martyrium per-  
tulerunt.

DIE IV.

DE OCTAVA

Sanctorum Petri & Pauli.

Sermo sancti Bernardi  
Abbatis.

In Festo Apostolorum.

Lectio ij.

**G**loriosa nobis solemnitas  
illuxit, quam praecleari  
Martyres, Martyrum duces,  
Apostolorum principes morte  
clarissimam consecraverunt. Isti  
sunt Petrus & Paulus duo ma-  
gna luminaria quos Deus in  
Corpore Ecclesiae suae consti-  
tuit quasi geminum lumen  
oculorum. Hi mihi traditi sunt  
in magistros & in mediatores,  
quibus secure me committere  
possim; quia & notas mihi fe-  
cerunt vias vitae; & mediantibus  
illis ad illum mediatorem  
ascendere poterem, qui venit  
pacificare per sanguinem suum  
& quae in caelis & quae in  
terris sunt.

Lectio iij.

**T**ales decebat humano ge-  
neri doctores constitui,  
qui & dulces essent, & po-  
tentes, & nihilominus sapientes:  
dulces ut me blandem mi-  
sericorditerque susciperent;  
potentes ut fortiter protegerent;  
sapientes, ut ad viam,  
& per viam ducerent quae ducit  
ad civitatem. Hi sunt Magistri  
nostri, quae Magistro  
omnium vias vitae plenius di-  
dicerunt, & docent nos usque  
in hodiernum diem.

DIE V.

DE OCTAVA

Sanctorum Petri & Pauli.  
De Expositione sancti Joannis  
Chrysostomi in Epistolam  
ad Romanos.

In caput 16. Homil. 32.

Lectio ij.

**E**go tamen Romam laudare  
queam a magnificentia,  
ab antiquitate, a pulchritudine,  
a multitudine, a potentatu,  
a divitiis, & a rebus in  
bello fortiter gestis; his tamen  
omissis, ob id illam beatam  
praedico, quod erga illos  
Paulus, dum viveret, adeo  
fuit benevolus, adeo illos  
amavit; & coram discessit, &  
postremo vitam apud eos finivit;  
cujus sanctum corpus ipsi  
possident: & propterea civitas  
illa hinc facta est insignis  
magis, quam ab aliis rebus  
omnibus: & tanquam corpus  
magnum ac validum duos habet  
oculos fulgentes, sanctorum  
videlicet horum corpora.

Lectio iij.

**N**on ita caelum splendet  
quando radios sol demittit,  
quemadmodum Ro-

manórum urbs duos istos fulgóre ubique terrárum emittens. Hinc rapiétur Paulus, hinc Petrus. Consideráte, & mirámini, quale spectáculum visúra sit Roma: Paulum videlicet repentè ex theca illa cum Petro resurgentem in occursum Dómini sursum ferri. Qualem rosam Christo mittet Roma? Quálibus coronis duabus ornátur urbs ista? quálibus caténis áureis cincta est? quales habet fontes? Propterea admiror hanc urbem, non propter cópiam auri, non propter columnas, neque propter áliam quamcunque rerum spéciem, sed propter columnas illas Ecclesiæ.

AD VESPERAS, *Antiphona, Capitulum, B. Hymnus, &c. ut in I. Vesperis Festi. 366. Orat. Deus, cujus, ut infra.*

D I E V I.

In Octava

SS. PETRI ET PAULI,  
*Duplex II. Ordinis.*

*Omnia dempto ritu solemni, ut in die, exceptis que sequuntur.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectioes de Scriptura accurrente.*

IN II. NOCTURNO.

Ex libro sancti Hierónymi  
Presbyteri de Scriptóribus  
Ecclesiásticis.

*Lectio iv.*

**S**imon Petrus, filius Joannis, provinciæ Galilææ, vico Bethsáida, frater Andréæ Apóstoli, & princeps Apóstolorum; post Episcopátum Antiochenis Ecclesiæ, & prædicatióem dis-

persiónis eórum qui de circumcisióne crediderant, in Ponto, Galátia, Cappadócia, Asia Bithynia; secundo Cláudii anno, ad expugnandum Simónem Magum, Romam pergit, ibique viginti-quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, usque ad últimum annum Nerónis, id est, decimum quartum; à quo affixus cruci, martyrio coronátus est, capite ad terram verso, & in sublímè pedibus elevatis, áfferens se indignum quòd crucifigeretur ut dónus suus. Sepultus Romæ in Vaticano juxta viam Triumphálem, totius orbis veneratióne celebrátur.

*Lectio v.*

**P**aulus Apóstolus, qui ante Saulus, extra númerum duódecim Apóstolorum, de Benjamin & oppido Judææ Gischalis fuit; quo à Románis capto, cum paréntibus suis Tarsum Ciliciæ commigrávit; à quibus, ob stúdia legis, missus Jerosólymam, à Gamaliéle viro doctissimo, cujus Lucas méminit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci mártiris Stéphanis, & acceptis à Pontífice Templi epístolis ad persequendos eos qui Christo crediderant, Damascum pérgeret: revelatióne compulsus ad fidem, quæ in Actibus Apóstolorum scribitur, in vas electiόνis de persecutore translátus est. Cumque primùm ad prædicatióem ejus Sérgius Paulus, Proconsul Cypri, credidisset; ab eo, quod cum Christi fidei subégerat, fortitus est no-

men Paulus : & juncto sibi Barnaba, multis urbibus peragratis, revertensque Jerosolymam, a Petro Jacoboque & Joanne Gentium Apostolus ordinatur.

*Lectio vij.*

**E**T quia in Actibus Apostolorum plenissime de ejus conversatione scriptum est, hoc tantum dicam, quod post Passionem Domini vicésimoquinto anno, id est secundo Nerónis, eo tempore quo Festus Procurator Judææ successit Felici, Romam vincus mittitur: & biennium in libera manens custodia, adversus Judæos de adventu Christi quotidie disputavit. Sciendum autem in prima satisfactione, necdum Nerónis imperio roborato, nec in tanta erumpente scælera quanta de eo narrant historiæ, Paulum à Nerone dimissum, ut Evangelium Christi in Occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse scribit in secunda Epistola ad Timotheum. Hic decimo-quarto Nerónis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatus, sepultus est via Ostiensi, anno post passionem Domini tricésimo-séptimo.

**IN III. NOCTURNO.**

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 14.*

**I**N illo tempore, Compulit Jesus discipulos ascendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

*In Matth. Lib. 2.*

**D**iscipulus præcepit transfretare, & compulit ut ascenderent naviculam; quo sermone ostenditur invitos eos à Domino recessisse, dum amore præceptoris ne punctum quidem temporis ab eo volunt separari. Navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Rectè quasi inviti & retractantes Apostoli à Domino recesserant, ne illo absente naufragia sustinerent. Denique Domino in montis cacumine commorante, statim ventus contrarius oritur & turbat mare, & periclitantur Apostoli: & tandiu imminens naufragium perseverat, quando Jesus veniat. Quartà autem vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare. Stationes & vigiliæ militares in terna horarum spatia dividuntur. Quando ergo dicit, quartam vigiliam noctis venisse ad eos Dominum, ostendit totam noctem periclitatos & extremo noctis atque in consummatione mundi eis auxilium præbiturum.

*Post pauca. Lectio viij.*

**R**espondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. In omnibus locis ardentissimæ fidei invenitur Petrus. Interrogatis discipulis quem homines dicerent Jesum, Dei filium confitetur. Volentem ad Passionem pergere, prohibet; & licet erret in sensu, tamen non

errat in affectu, nolens eum mori quem Filium Dei fuerat paulò ante confessus. In montem cum salvatore inter primos primus ascendit, & in passione solus sequitur. Peccatum negationis quod ex repentino timore descenderat, amaris statim abluit lacrymis. Post Passionem cum essent in lacu Genézareth & piscarentur & Dominus staret in littore, ille non patitur moras; sed accinctus epéndyte suo, statim precipitatur in fluctus. Eodem igitur fidei ardore quo semper, nunc quoque ceteris tacentibus credit se posse facere per voluntatem magistri, quod ille poterat per naturam.

*Paulò post. Lectio ix.*

**E**T cum cepisset mergi, clamavit dicens: Domine, salvum me fac. Ardébat animi fides; sed humana fragilitas in profundum trahébat. Paululum ergo relinquitur tentationi, ut augeatur fides, & intelligat se non facilitate postulationis sed potentia Domini conservatum. Et continuo Jesus extendens manum apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Si Apóstolo Petro (de cuius fide & ardore mentis supra diximus, qui confidenter rogáverat Salvatorem dicens: Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquas) quia paululum timuit, dicitur: Modicæ fidei, quare dubitasti? quid nobis dicendum est, qui hujus modicæ fidei ne minimam quidem habemus portiunculam?

*Oratio.*

**D**Eus, cujus dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit; & coapóstolum ejus Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede, ut amborum méritis æternitatis glóriam consequámur; Qui vivis & regnas, &c.

**D I E X.**

*In Festo*

**SS. SEPTEM FRATRUM, ET SANCTÆ FELICITATIS eorum matris, Martyrum.**

*Semiduplex.*

*Pridiè in VESP. Commem.*

*SS. Rufina & Secunda, Virg. & Martyrum. Ant. Corpora. V. Virgines. xlv. Oratio, ut infra.*

*Lectio ij.*

*Ex Actis apud Ruinart. & al.*

**S**EPTem Fratres filii sanctæ Felicitatis, Romæ in persecutione Marci Antonini, à Públío Præfecto primùm blanditiis, deinde terroribus tentati sunt, ut, ejuratâ Christi fide, idólis sacra facerent. Adhortante matre, tantam hausere constantiam, ut à religionis sanctæ proposito, nec spe, nec metu deterreri potuerint. Itaque in fidei confessione perseverantes, varia tormentorum & mortis gênera perpeffi sunt. Januarius plumbatís casus est, Felix & Philippus fustibus contúsi; Silvanus ex altissimo loco præceps dejectus: Alexandro, Vitali & Martiáli caput amputatum. Mater eorum quinto post mense, abscisso capite, eam-

dem martyrii glóriam consecuta est.

*De SS. Rufinâ & Secundâ Martyribus.*

*Lectio iij.*

**R**ufina & Secunda Virgines & Mátyres ex Senatorio genere ortæ, tam lege naturæ quam fidei constantiâ sorores Germanæ, magna semper jam tum ab antiquissimis retro lapsæ ætatis temporibus in veneratióne fuere. In eorum actis legitur Verinum & Amentarium quibus desponsatæ erant, fide, quam uterque profitebatur, ob instantem Valeriani persecutió-nem ejuratâ, ipsis persuadere conatos esse ut eorum sequerentur exemplum; eas vero ut illorum improbas instigatiónes declinarent, Romam fugisse; suorum autem desponsorum curâ milliario quarto decimo ab urbe comprehensas & ad Donatum præfectum adductas, qui variis eas suppliciiis cruciari ac in fide constantes demum capite truncari jussit. Passæ sunt anno ducentésimo quingentésimo séptimo.

*Oratio.*

**D**a nobis, misericors Deus, unánimes in fide & dilectiône tua perseverare, qui sanctos Mátyres tuos esse tribuisti sincerâ caritate in vita concordés, & gloriósâ confessiône in morte conjunctos; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

*Pro Commem. sanctarum Rufina & Secunda, Virgin. & Martyr. Ant. Exaltavit. V. Sitivit. xlvij.*

*Oratio.*

**F**ac nos, Deus, sanctarum Virginum & Mátyrum tuarum Rufinæ & Secundæ intercessiõibus adjuvâri; ut simus in fide stâbiles & earum exemplis accendâmur; Per Dóminum.

*VESPERÆ de S. Benedicto ut in Comm. Abbatum. xxxij.*

*Oratio.* Deus, qui beatum, ut infra.

*Fit Commem. SS. septem Fratrum & sanctæ Felicitatis.*

*Ant. Date. V. In æternum, xij. Oratio, ut supra.*

**D I E X I.**

In Festo

**SANCTI BENEDICTI**  
Abbatis.

*Duplex II. Ordinis.*

*Omnia de Communi Abbatum, xxxiv. additis qua sequuntur.*

**IN I. NOCTURNO.**

*Lectiões de Scriptura occurrente.*

**IN II. NOCTURNO.**

*Lectio iv.*

*Ex S. Greg. magno, Lib.*

*Dial. &c.*

**B**enedictus Nursiæ in Sabínis claro genere ortus, relictis quibus Romæ instituebatur liberalibus disciplinis, ut totum se Christo daret, in altíssima spelunca eo loco qui Sublucus dicitur, per triennium delituit. Sed jam erumpente ex illis latebris famâ ejus sanctitatis, quidam monachi se illi instituendos tradiderunt: qui postea cum regularem ejus disciplinam ferre non possent, venenum ipsi miscere in potu constituunt. Ille poculum oblatum crucis

signo confrégit, ac relicto monasterio, in solitudinem se recépit: Sed cum multi ad eum quotidie discipuli confluerent, duódecim monasteria ædificávit.

*Lectio v.*

**P**osteà migrávit ad Cassinum, anno quingentésimo vigésimo-nono, ubi simulácrum Apóllinis comminuit, & aram evertit: ibique sancti Joannis Baptistæ & Martini sacella construxit. Incolas autem christiánis præceptis imbuít. Scripsit Monachórum régulam quam Sanctus Gregórius discretiónem præcipuam, sermóne luculentam appellat. Multa prophético spírítu ventúra prædixit. Aliquot antè ménsibus quam è vita migráret, præmónuit discipulos quo die esset moritúrus; ac sepulcrum in quo suum corpus condi vellet, sex ante diebus quam eò inferrétur, jussit aperiri.

*Lectio vj.*

**S**exto die deferri voluit in Soratorium, ubi Dominici corporis & sanguinis perceptiónem munitus, sublátis in cælum manibus orans, inter manus discipulórum animam efflavit vigésimo-primo die Mártii, anno salutis quingentésimo quadragésimo tertio. Sancti viri ossa una cum reliquiis sororis ejus è Cassinensi Monasterio à sancto Aigulfo Mártire in Gállia advecta, atque in cænóbium Floriacense, nunc sancti Benedicti ad Ligerim, in Provincia Ecclesiástica Parisiensi, circa annum sexcentésimum quinquá-

gésimum tertium trasláta sunt undécimâ die Julii.

*IN III. NOCTURNO.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.*

*Lectio vij. Cap. 10.*

**I**n illo tempore; Cœpit Petrus dicere ad Jesum: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Et reliqua.

*Homilia sancti Paulini Episcopi.**Epist. 24. ad Sulpit. Sever. aliàs 2. §. 5. 6.*

**B**ona quæ nobiscum non intulerámus in hunc mundum, nec poterámus efferre, quasi mutuata reddidimus; nec ut cutem à carne distráximus, sed ut vestem à corpore deposuimus. Nunc opus est, ut quæ verè nostra sunt, dependámus Deo, hoc est, cor & animam, & corpora nostra exhibentes in hostiam vivam, ut scriptum est, Dómino; nosque ipsos ædificantes ei in templum sanctum, in ipso lapide angulá-ri, qui nobis sanctificatiónis nostræ fórmulam in semetipso dedit, & ait: Sancti estote, quóniam ego sanctus sum. Quæ igitur nobis grátia, si in aliéno tantum fideles fuerimus, nisi de próprio serviamus, id est, de libero voluntatis arbitrio, ex toto corde nostro, ex totis animæ nostræ, ut scriptum est, viribus diligentes Deum?

*§. 7. 8.**Lectio viij.*

**Q**uamobrem temporálium quæ in hoc sæculo habentur bonórum relíctio, sive distráctio; non decursus stádi, sed ingressus; nec ut meta,

sed ut janua est. Non enim athleta tum vincit, cum exiit; qui ideo nudatur, ut incipiat dimicare, cum legitime certaverit coronandus. Et nator amnem interpositum superaturus, exiit; nec tamen hoc tanto apparatu quod se despoliaverit, transnabit, nisi totius corporis nisu torrentis impetum scindat, & laborem natationis exauriat. Video & in Jacob hujus expeditionis ordinem prolusisse; cum illum lego, posteaquam torrente transmissio, praemissis curarum suarum oneribus, id est, facultatum & necessitudinum impedimentis, solus in tabernaculi loco remanserat, Deo colluctatum.

*Lectio ix.*

**I**Taque ad corripiendam vitae viam, capiendumque Dei verbum, & prevalendum in regnum caelorum, quod a diebus Joannis vim patitur, & a diripientibus obtinetur, idonei esse non possumus, nisi omnia quae vel amore, vel cura, si in itinere istius seculi nobis adhaereant, impediunt & retardant, ante obitum nostri vesperam praemittamus, & inde per totam hujus seculi noctem apprehendere, & tenere Christum sollicita spiritalium operum ac studiorum contentione luctemur: nec divellamur a caritate Christi, sicut Jacob ab ejus amplexu, nisi extorqueamus benedictionem. Atque utinam ad salutaris insigne luctaminis, nervum femoris nostri majestatis suae timore percipiat; quo obstupescente, infirmabitur

virtus carnis, & spiritalis gratia convalescet.

*Oratio.*

**D**Eus, qui beatum Benedictum Abbatem, de ejus quae in mundo est concupiscentiae corruptione ereptum, Christo fideliter adherere fecisti: quaesumus, ut contra seculi hujus illecebras tuae virtute roborati, bravium supernae vocationis constanter persequi, & feliciter assequi valeamus; Per eundem.

## D I E X I I I.

*In Festo*

S A N C T I S I L A E,  
Socii Apostoli Pauli.

*Simplex.*

*Omnia de Communi Apostolorum.*

*Lectio iij.*

*Ex Actis Apostol. Epist. Petri & Pauli & Ussuardo.*

**S**ilas qui & Silvanus ab Apostolis electus est qui cum Juda epistolam perferret Antiochiam, & referret de gestis a Synodo Jerosolymitana. Quam epistolam cum legissent fratres gavisi sunt super consolatione. Judas autem, & Silas, & ipsi cum essent Prophetae, consolati sunt eos & confirmaverunt. Inde Silas cum Apostolo Paulo profectus, perambulavit Syriam & Ciliciam. Philippis comprehensi, virgis caesi, multisque plagis affecti, missi sunt in carcerem, strictis ligno pedibus. Quibus orantibus Deum, aperta sunt ostia carceris, & captivorum omnium vincula soluta. Quo ingenti miraculo factum est ut custos carceris cum omni domo sua

baptizaretur. Cum autem perambulassent Amphipolim, Apolloniam, Berocam, ubique predicantes Evangelium Dei; Paulus Athenas profectus est, Sila & Timotheo remanentibus, quos Paulus ad se celeriter venire precepit. Cumque ad eum de Macedonia Corinthum venissent, instabat verbo Paulus, ipsis adjuvantibus. Scripserunt etiam una cum Paulo Silas & Timotheus utramque ad Thessalonicenses epistolam. Silas denique consummato Evangelicæ predicacionis munere in passione sua Christum glorificans, requievit.

*Oratio.*

**D**Eus, qui beatum Silam ab Apostolo tuo Paulo ad Evangelii predicacionem Socium eligi voluisti; da nobis ejus intercessione Evangelica mandata ita servare, ut vitam consequamur æternam; Per.

**D I E X I V.**

*In Festo*

**S. BONAVENTURÆ,**  
Episcopi & Doctoris.

*Semiduplex.*

*VESPERÆ de Psalterio; à Capitulo de Communi Doctorum. xxij. exceptis quæ sequuntur. Oratio, Omnipotens. xxvj.*

*AD NOCT. de Scripturâ occurrente; ex tribus una.*

*Lectio ij.*

*Ex ejus vita apud Surium.*

**B**onaventura Balneoregii in Etruria natus, anno ætatis vigesimo-secundo in Ordinem Fratrum Minorum ascribi voluit; ubi Alexandro Alensi magistro usus, tantos pro-

gressus fecit, ut septimo post anno libros Sententiarum Parisiis publicè interpretatus sit, & lauream doctoralem adeptus. Minister generalis septimus post sanctum Franciscum electus, Ordinem in Provinciis Custodiasque divisit, & singularem in Ordinis administratione prudentiam ac sollicitudinem adhibuit. Archiepiscopatum Eboracensem in Anglia sibi à Clemente quarto oblatus recusavit. Hunc Gregorius decimus, Clementis successor, honores licet fugientem, in Cardinalium collegium, & ab ipso initio (quod dudum desuetum erat) in Episcoporum ordinem coarctavit, propter eximias virtutes, novo, ut tum visum est, exemplo præficiens eundem Ecclesiæ Albanensi, quæ non nisi antiquioribus Cardinalibus jam à duobus ferè sæculis committi solèbat.

*Lectio iij.*

**H**ac ille amplissimâ dignitate auctus, in propugnanda catholica fide, & gerendis rebus difficillimis, egrégiam in Concilio Lugdunensi generali, quod secundum dicitur, præstitit operam; pravas opiniones acerrimè confutavit; ejusque prudentiâ, doctrinâ & orationibus, sublato schismatis dissidio, Michael Palæologus Græcorum Imperator, orientalesque nationes ad Apostolicæ Sedis communionem redierunt. Migravit è vita in eodem Concilio quinquaginta tres annos natus, anno Christi millesimo ducentésimo septuagésimo

quarto, decimâ-quartâ Júlîi, & post obitum cláruit miraculis. Multa scripsit, in quibus lectórem sic docendo áfficit, ut in íntimos ánîmi recessus penetráre videátur. Eum Sixtus quartus in Sanctorum número rétulit.

*Oratio.*

**O**Mnipotens, aeternè Deus, qui Ecclésiæ tuæ filios, sicut non cessas erudire, ita non desinis adjuvare: da fide libus tuis intercessióne beáti Bonaventuræ, quem eis æternæ salutis ministrum tribuisti, ut, te miserante, sciéntiam recta faciendi, & virtutem capiant exequendi; Per Dóminum.

*IN VESP. fit Commemor. S. Jacobi Nisibeni, Episcopi. Ant. 4. E. Elegit ipsum Dóminus ab omni vivente offerre sacrificium Deo, incensum & bonum odórem pro pópulo suo. Eccli. 45.*

ÿ. Beátus quem elegisti & assumpsisti: R. Inhabitabit in átriis tuis. Ps. 64.

*Oratio. Deus, fidélium. xxj.*

D I E X V.

In Festo

S. JACOBI NISIBENI,  
Episcopi.

*Semiduplex.*

*Omnia ut in Communi SS. Pontificum. xvijj.*

*Lectio j. de Scriptura occurrente, ex tribus una.*

*Lectio ij.*

*Ex Theod. Gennad. Till. Boll.*

**J**Acóbus Nisibi in Mesopotámia versus finem tértii séculi natus, anachoretárum vivendi genus primùm amplexus est. Vere, æstáte & au-

tumno silvas petébat, & pro tecto ipsi erat cælum; hyemis verò témpore in antrum se recipiébat, quod parvum ei præbébat tegumentum. Eo duntaxat, ut refert Theodorétus, cibo usus est, qui sua sponte producitur. Nempe ex silvestribus arboribus sponte natos colligébat fructus, & ex herbis esculentas, & quæ instar sunt ólerum, ex his corpore dabit quæ ad vitam tuendam satis erant, usum ignis pénitus recúsans. Ex aspérrimis caprarum villis túnica illi fiebat & simplex amiculum. Ita corpus affligens, spirituále alimentum assiduè suppeditabat ánimæ, ejusque in Deum fidúcia augebátur in dies, & quæcumque pro sapiéntiâ suâ à Deo postulabat, ea statim obtinébat. Cùm venisset in Pérsidem Christiánis ibi commorántibus congruam curam exhibiturus, duo miracula patravit, ut idem Theodorétus narrat. Scilicet ob impudéntiam quarumdam puellárum, fontem siccavit earumque crines canos reddidit, postmodum tamen restitúto fonte incolis útili, at relicta in pœnam puellárum canitie. Máximum deinde lápidem execrátus cónteri & dissipári jussit ad iníquam alicújus júdicis redarguendam senténtiam: qui hoc prodígio, ut & qui áderant, contérritus & horróre percussus álteram senténtiam, prióre revocatâ, prótulit.

*Lectio iij.*

**C**UM in ore ómnium ejus fama versarétur, in Episcopum urbis suæ pátriæ ele-

ctus est. Habitationem autem mutare coactus, nec cibum mutavit nec vestitum. Ad solita vero pietatis opera accesserunt omnium indigentium curae, omnesque munus suum studiosè explendum spectantes labores, quos libentissimè amplectebatur, ut qui óvium Dóminum insigniter amaret, & timéret. Pauper quidam coram ipso se mórtuum fingens vera morte punitur quem tamen ad vitam revocávit. Concílio Nicéno adversus Arii impietatem congregáto ut fortíssimus bellátor, & ágminis Christi princeps eximius intérfuit. Contra eundem Arium quem Imperátor insigni fraude deceptus præcepérat in cœtum fidélium récipi, sese sancto Alexandro Constantínopolis Epíscopo in hac urbe tunc versans adjunxit, atque ut Deus Ecclésiæ suæ succurreret cum ipso impetrávit. Máximi eum fecit Constantínus, ut ex Gennádio colligitur. Sápurem Persárum regem, Constantio Imperante, urbem Nisibénam tribus vicibus obsidentem, fufis ad Deum précibus & meritórum suórum virtute ter répulit. Demum in susceptis labóribus perseverans, & in divinis rebus incrementa cápiens in dies, summa cum glória vitam clausit, & ex his locis demigrávit ad cœlum anno trecentésimo quinquagésimo.

*Oratio.*

**D**EUS, fidélium lumen & Pastor animárum, qui beárum Jacóbum Epíscopum in Ecclésiá posuisti, ut oves

tuas verbo pásceret, & informáret exemplo: da nobis ejus intercessióne, & fidem fervare quam dócuit, & viam sequi quam exemplo monstrávit; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti Deus, per ómnia sécula seculórum.

Rz. Amen.

*AD VESP. fit Commemor. S. Henrici, Imperatoris. Ant.* Oculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis ascendit, quæ præparávit Deus iis qui diligunt illum. *1. Cor. 2.*

ψ. Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes ejus: Rz. Et non respexit in vanitates & insánias falsas. *Pf. 39.*

*Oratio.* Fac, quæsumus, Dómine. xlij.

D I E X X V I.

In Festo  
SANCTI HENRICI,  
Imperatoris.  
*Semiduplex.*

*Omnia ut in Communi Justorum. xxxix.*

*Lectio ij.*

*Canisus Tomo 6. Lect. Ant.*

**H**ENRICUS cognomento pius, è Duce Bavariæ Rex Germaniæ, postmodum Romanórum Impérium est adeptus. Tum religióni amplificandæ studiosè incumbens, Ecclésiás ab infidélibus destructas, reparávit & locupletávit. Monastéria, aliaque loca pia, vel ipse ædificávit, vel assignátis redditibus auxit. Divína protectus ope, barbaras nationes, précibus magis, quam armis expugnávit

vit. Pannoniam adhuc infidèlem, traditâ Stephano regi sorore suâ in uxorem, eoque baptizato, ad Christi fidem perduxit.

*Lectio iij.*

**V**irginitatem matrimonio junxit; sanctamque Cunegundam, conjugem suam, propinquis ejus, morti proximus, illibatam restituit. Denique rebus omnibus summâ prudentiâ dispositis, & illustribus per Galliam, Italiam, & Germaniam, religiosæ munificentiae vestigiis passim relictis, ad regni caelestis praemia, à Domino vocatus est, anno salutis millésimo vigésimo quarto. Ejus corpus in Ecclesia beatorum Apostolorum Petri & Pauli, Bambergæ conditum fuit; statimque ad ejus tumulum multa miracula patrata sunt; quibus postea ritè probatis, Eugenius tertius Sanctorum numero illum adscripsit.

*Oratio.*

**F**Ac, quæsumus, Domine Deus noster, intercedente beato Henrico populum tuum in tua dilectione ambulare, quia perpetua est & plena felicitas, si bonorum omnium serviamus auctori; Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat.

*AD VESP. fit Commemor. SS. Sperati & Sociorum ejus, Martyrum. Antiph.* Cum vos oderint homines, & reprobraverint propter Filium hominis, gaudete & exultate: ecce enim merces vestra multa est in caelo. *Luc. 6.*

*MIR. Pars Æstiva.*

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, &c. Omnes qui speratis in Domino. *Pf. 30.*

*Oratio.* Omnipotens. xv.

**D I E X V I I.**

In Festo

**SANCTI SPERATI,**  
& Sociorum ejus Martyr.

*Simplex.*

*Omnia ut in Communi Martyrum, xiiij.*

*Lectiones duae priores de Scriptura occurrente; è tribus duae.*

Ex Actis Martyrum Scillitanorum.

*Apud Baronium, anno 202.*

*Lectio iij.*

**C**Arthagine praecipuerunt Magistratus astare sibi Speratum & Socios ejus, (qui Africanae Ecclesiae Protomartyres esse creduntur). Astantibus eis Saturninus Proconsul, dixit: Potestis veniam à dominis Imperatoribus Severo & Antonino promereri, si conversi fueritis ad deos nostros. Speratus dixit: Dominum verum & regem adoramus. Saturninus dixit: Jura per genium regis nostri. Speratus dixit: Ego Imperatoris mundi genium nescio; sed caelesti Deo meo servo. Sequenti die Saturninus dixit Sperato: Perseveras ut Christianus sis? Speratus dixit: Etiam, persevero. Audientes omnes qui cum illo reerant: consenserunt confessioni illius. Proconsul dedit in eos sententiam per exceptorem, dicens sic: Speratum, Narzalem, Citrinum, Verurium, Felicem, Acyllinum, Latantium, Januariam, Gernerolsam, Vestinam, Doná-

**CC**

tam & Secundam, Christianos se esse confitentes, & Imperatori honorem dare recusantes, capite truncari praecipimus. Hæc cum essent ex tabellâ recitata, Speratus, & qui cum eo erant omnes, dixerunt: Deo gratias conferimus. His dictis, truncata sunt singulorum capita mense Julio, die decimo septimo. Beati Sperati membra Lugdunum ex Africa Caroli Magni tempore delata, sanctus Ado in Martyrologio testatur.

*Oratio.* Omnipotens. xv.

D I E X V I I I.

In Festo

**S. THOMÆ AQUINATIS,**  
Ecclesiæ Doctōris.

*Duplex II. Ordinis.*

*Omnia de Communi Doctorum, xxij. additis que sequuntur. Oratio.* Deus, qui Ecclesiam tuam. *infra* 404.

*Fit Commem. S. Symphorosa, & septem Filiorum ejus Martyrum. Antiph. Cum vos. V. Viriliter. xij. Oratio, ut infra.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectiones de Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

*Lectio iv.*

*Ex Guill. de Tocco apud Bolland. & alias.*

**T**homas, Landulfo Comite Aquinate, ac Theodorâ Comitissæ Theatini filiâ natus, quintum annum ægens, Cassinatibus Monachis pietate & litteris imbuendus traditur. Inde Neapolim studiorum causâ missus, anno ætatis decimo-octavo, sancti Dominici Ordinem ingressus

est. Quod cum parentes indignè ferrent, Lutetiam Parisiorum mittitur. Verum in itinere jussu fratrum per vim raptus, in castrum paternæ ditionis deductus est. Ibi cum à fratribus, tum à sororibus variè exagitatus, quo sanctum mutaret propositum, earum alteri persuasit, ut, contemptis sæculi pompis, sacris se virginibus adjungeret. Mulierem quoque impudicam, quæ ad labefactandam ejus castitatem introducta fuerat, titiōne fugavit. E castro per fenestram post biennium ferè integrum emissus, Neapolim redûcitur: unde Romam, postea Parisios à Joanne Teutonico Ordinis Generali ductus, tum Coloniã Agrippinã missus est, ut Alberto Magno doctore uteretur. Parisios revocatus, post prælectas Petri Lombardi sententiã, gradum Magisterii obtinuit.

*Lectio v.*

**S**ummæ eruditiōni accessit Summa vitæ sanctitas. Nunquam se lectiōni aut scriptiōni dabat, nisi post orationem, ad quam in exponendis difficiliōribus Scripturæ locis jejuniũ adhibebat; dicere solitus, quidquid sciret non tam se studio & labore suo reperisse, quam divinitus traditum accepisse. Scripta ejus, & multitudinẽ & varietatẽ, ac in rebus etiã intricatissimis perspicuitatẽ ad eò excellunt, ut eam ob causam Doctōris Angèlici nomen adeptus sit. De sacrosancto potissimum Eucharistiæ sacramento multa piẽ non minus

quàm scitè conscripsit, ac præter cetera illud célèbre Officiū, quod jussu Urbani quarti ordinavit. Delatum sibi a Clemente quarto Archiepiscopatum Neapolitanum constanter recusavit.

*Lectio vij.*

**M**issus à Gregorio decimo ad Concilium Lugdunense, in itinere morbo correptus, divertit in monasterium Fossanovenſe Ordinis Cisterciensis in diocesi Terracinenſi; & in ipſo ingreſſu mortem præſentiens, ait: Hæc requies mea in ſæculum ſæculi; hæc habitabo, quoniam elégi eam. Tum rogatus à fratribus, expoſuit Canticum Canticorum. Deſicientibus viribus, exhiberi ſibi petiit Eccleſiæ ſacramenta. Priuſquam autem Viaticum ſuſciperet, proſuſus in lachrymas ad præſentiam Domini Corporis, & aſſuetam amoris Dei dulcedine liquefactus, hæc verba protuliſſe refertur: Ego de ſanctiſſimo Corpore Domini noſtri Jeſu Chriſti & aliis Sacramentis multa docui, multa ſcripſi in fide Jeſu Chriſti, & ſanctæ Romane Eccleſiæ, cujus correctioni cuncta ſubjicio. Obdormivit in Domino, anno ætatis quadragéſimo nono, Chriſti verò milleftimo ducentéſimo ſeptuagéſimo quarto. Clarus miraculis, à Joanne vigéſimo ſecundo Sanctis aſcriptus eſt decimo-quinto Calendas Auguſti, anno milleftimo trecentéſimo vigéſimo tertio. Brachium ejus dextrum Pariſiis, corpus Toſcane habentur.

IN III. NOCTURNO.  
Lectio ſancti Evangelii ſecundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 5.*

**I**n illo tempore; Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal evanuerit, in quo ſaliétur? ad nihilum valet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorii Papæ.

*Homil. 17. in Evang.*

**P**ræcones venturi Jûdicis ſumus. Quis ergo venturum Jûdicem nuntiet, ſi præco, tacet? Proinde conſiderandum nobis eſt, ut in quantum valet quiſque vel in quantum ſufficit, & terrorem venturi judicii, & dulcedinem regni ſuſceptæ Eccleſiæ inſinuare conténdat. Et quia unâ eademque exhortationis voce non ſufficit ſimul cunctos admonere, debet ſingulos, in quantum valet, inſtruere, privatis locutionibus ædificare, exhortatione ſimplici fructum in filiorum ſuorum cordibus quærere. Debemus namque penſare continuo quod ſanctis Apôſtolis dicitur, & per Apôſtolos nobis: Vos eſtis ſal terræ. Si ergo ſal ſumus, condire mentes fideliū debemus.

*Lectio viij.*

**C**urare namque ſacerdotem neceſſe eſt quæ ſingulis dicat unumquemque quâliter admoneat; ut quiſquis ſacerdoti jûngitur, quaſi ex ſalis tactu, ſapore vitæ æternæ condiatur. Sal etenim

terræ non sumus, si corda audiéntium non condimus. Quod profectò condimentum ille veraciter próximo impendit, qui prædicatiónis verbum non subtrahit: sed tunc verè aliis recta prædicamus, si dicta rebus & exemplis osténdimus, si nos ipsi divíno amore compúngimur, & humanæ vitæ, quæ sine culpa transiri nequaquam potest, quotidianas lacrymis maculas lavemus. Tunc autem de nobis verè compúngimur, si studiósè patrum præcedéntium facta pensámus, ut ex conspecta illórum glória in nostris nobis óculis vita nostra sordescat. Tunc verè compúngimur, cum præcepta Dñi studiósè perferutámur, & per hæc proficere ipsi contendimus, per quæ jam profecisse nóvimus quos venerámur.

[ *Si transferatur.*

*Lectio ix. n. 12. & 14.*

**E**st autem valde necessárium, ut, cum de nobis in compunctiónè afficimur, étiam commissórum nobis vitam zelémus. Sic ergo nos amaritúdo compunctiónis afficiat, ut tamen à proximórum custódia non avertat. Quid enim prodest, si amantes nosmetipsos, relinquámus próximos? Vel quid rursus prodest, si amantes vel zelantes próximos, relinquámus nosmetipsos? Sed quando nos vitam corrigere valeámus alienam, qui negligimus nostram? Curis enim secularibus intenti, tantò insensibilióres intus efficimur, quantò ad ea quæ foris sunt, studiosióres

vidémur. Usu quippe curæ terrænæ, à cœlesti desiderio obdurescit ánimus; & dum ipso suo usu durus efficitur per actiónem sæculi, ad ea emolliri non valet, quæ pèrtinent ad caritatem Dei.]

*De S. Symphorosa, & septem Filiis ejus Martyribus.*

*Lectio ix.*

*Ex Actis apud Ruinart.*

**S**ymphorosa Getulii maritima vidua, Adriani Imperatoris jussu ob fidem in Deum verum cum septem filiis comprehensa est, & ad tribunal adducta, cui dixit Adrianus: Aut cum filiis tuis diis sacrificata, aut teipsam cum filiis tuis sacrificari faciam. Beata Symphorosa respondit: Et unde merear cum filiis meis offerri hostia Deo? Tu existimas quod possit ánimus meus aliquo terrore mutari, cum ego desiderem cum viro meo Getulio, quem pro Christi nómine interfecisti, requiescere. Tunc Adrianus jussit eam primo álapis cædi, & post hæc capillis suspendi. Sed cum ipsam nulla ratióne posset à bono propósito revocare, jussit, alligato ad collum saxo eam in flumen præcipitari. Cujus corpus colligens frater ejus Eugénus in suburbana Tiburtinæ civitatis sepelivit. Altera vero die omnes septem ejus filii vario mortis genere coronam martyrii adepti sunt.

*Oratio.*

**D**eus, qui Ecclesiam tuam beati Thomæ doctoris mirâ eruditiónè clarificas,

& sanctâ operatione fecundas; da nobis, quæsumus, & quæ docuit intellectu conspiciere, & quæ egit imitatione complere; Per Dñm nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat.

*Pro Comm. S. Symphorose, & septem Filiorum ejus.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos annua sanctorum Martyrum tuorum Symphorose & septem Filiorum ejus commemoratione lætificas; concede propitius, ut quorum gaudemus triumphis accendamus exemplis; Per Dñm nostrum Jesum Christum.

*AD II. VESPERAS, fit Commem. sancti Vincentii à Paulo, Presbyt. Ant. Sacerdotibus. V. Sacerdotes. xxviii Oratio. Deus, qui in. xxxj.*

*Deinde S. Arsenii. Ant. Se-debit V. Abscondes. xxxiv.*

*Oratio. Omnipotens. xxxvij.*

**D I E X I X.**

*In Festo*

**S. VINCENTII A PAULO, Presbyteri.**

*Duplex II. Ordinis.*

*Omnia ut in Communi SS. Presbyterorum. xxviii. additis qua sequuntur.*

**IN I. NOCTURNO.**

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

**IN II. NOCTURNO.**

*Lectio iv.*

*Ex Abelio, Bull. Canonizat. &c.*

**V**INCENTIUS à Paulo Pódi non procul ab Aquis-Tarbellis in Aquitania natus, à púero eximiâ in páu-

*MIR. Pars Æstiva.*

peres caritate enituit. A custodia paterni gregis ad litteras evocatus, humanas Aquis, divinas cum Tolosæ, tum Cæsaraugustæ didicit. Sacerdotio initiatus, & Theologiæ laureâ insignitus, cum Tolosam Massilia rediret, in Turcas incidit; qui, navis magistro aliisque interemptis, ipsam sagittâ vulneratum, in Africam captivum abduxerunt. Ibi herum suum qui à christiána fide, ut Mahumétis sequeretur deliramenta, desererat, rursus Christo lucrifecit. Reversus in Gallias, suadente sanctæ Romænæ Ecclesiæ Cardinali Berullo, Clippiaci primùm, mox Castellionis Paræcias sanctissimè rexit. Monialibus Visitationis à sancto Francisco Salésio præpositus, quam verum & rectum esset iudicium ejusdem sanctissimi Præsulis, qui Sacerdotem Vincéntio digniorem nullum se nosse fatebatur, comprobavit.

*Lectio v.*

**C**ONGREGATIONEM Presbyterorum secularium Missionis instituit; qui, contemptis mundi hujus illécebris, ad rústicos & agrestes fidei catholicæ mystéria & divina præcepta edocendos se addicerent. Plures misit ex his non solum in Itáliam, Polóniam, Scótiam, Hybèrniam, sed etiam ad Bárbaros & Indos, nostrisque terris dissociatas gentes, quas depulsis idololatriæ ténébris, ad lucem veritatis adduxere. Ecclesiasticas Domos recipiendis Cléricis qui ad sacros Ordines pro-

\* C c iij

movendi essent, assignavit. Sacerdotes adunavit, qui statis diebus de divinis rebus inter se conferrent. Ut autem non solum salutem animarum, sed etiam corporis indigentiam consulere; Matronarum coetus, & societatem Puellarum Caritatis nuncupatarum fundavit, quae senibus, pueris, egenis, & omnis generis aegrotantibus curandis inferendisque diu noctuque allaborarent. Infantes expósitos, virgines periclitantes, mulieres lapsas, peregrinos infirmos, artifices invalidos subsidiis & hospitibus etiamnum superstitibus excepit ac pie fovit. Valerudinaria pro infirmis Remigibus, Parisiis & Malsiliae, eo enixe procurante, regia liberalitate constructa & dotata fuere. Lotharingiam, Campaniam, Picardiam peste, fame, belloque vastatas largiter refecit: & cum ipsa Parisiorum civitas ingenti annonae penuria gravissimè vexaretur, domi suae ad duo millia pauperum sustentavit.

*Lectio vij.*

**I**psum Ludovicus decimus tertius moriens, in ultimo illo agone adiutorem consolatoremque sibi esse voluit; & Anna Austriaca, post regis obitum, in sanctius conscientiae consilium adscivit. Quo in munere ejus praecipua cura fuit, ut non nisi digniores Ecclesiis ac Monasteriis praeficerentur. Haec inter & alia gravissima negotia Deo iugiter intentus, cunctis affabilis, ac sibi semper constans, sim-

plex, rectus, humilis, ab honoribus alienus, sanctae Sedi Apostolicae firmiter adiectus, & fidei avitae adprimè tenax, non minus senio quam corporis laboribus confectus, obiit Parisiis quinto Calendas Octobris anno millesimo sexcentesimo sexagesimo, aetatis suae octogesimo quinto; & apud Domum sancti Lazari, quae caput est Congregationis Missionum, sepultus est. Quem Clemens Papa duodecimus anno millesimo septingentesimo trigesimo septimo Sanctorum numero adscripsit, ipsius celebritati die decima nona mensis Julii, quotannis assignata.

*IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

*Lectio vij. Cap. 9.*

**I**n illo tempore; Circuibat Jesus omnes civitates & castella, docens in synagogis eorum, & praedicans Evangelium regni. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

*In Cap. 9. Matth.*

**C**ernis quod aequaliter, & villis, & urbibus, & Castellis, id est, & Magnis & parvis Evangelium praedicaverit: ut non consideraret nobilium potentiam; sed salutem credentium. Circuibat civitates hoc habens operis quod mandaverat Pater, & hanc esuriam ut doctrinam suam salvos faceret infideles. Doceret autem in synagogis, & villis Evangelium regni, & post praedicationem atque doctrinam curabat omnem lan-

guorem, & omnem infirmitatem, ut quibus sermo non suaserat, opera persuaderent.

*Lectio viij.*

**V**idens autem turbas, miseratus est eis, quia erant vexati & jacentes sicut oves non habentes pastorem. Vexatio gregis & ovium atque turbarum, pastorum culpa & vitium magistrorum est. Unde sequitur; Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Messis multa significat populorum multitudinem; operarii pauci, penuriam magistrorum.

[ *Si transferatur.*

*Lectio ix.*

**E**t imperat ut rogent Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam: isti sunt operarii de quibus loquitur Psalmista: Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Et ut apertius loquar; Messis multa, omnis turba credentium est: Operarii autem pauci, & Apostoli & imitatores eorum qui mittuntur ad messem.]

*De S. Arsenio Diacono & Anachoreta.*

*Lectio ix.*

*Ex Vitis Patrum.*

**A**rsenius, Romanæ Ecclesiæ Diaconus, à Damasco ad Theodosium magnum missus est, ut Arcadii studiis præficeretur. In Imperatorio palatio ad annum ætatis quadragésimum magno in pretio

fuit. Sed dum de salute anxius, viam quæ salvaretur sibi peteret ostendi, hæc audire verba sibi visus est: Arseni, fuge homines. Fugit igitur in Scetin Ægypti solitudinem; ibique orans, iterum audit: Fuge, tace, quiesce. Hæc illi deinceps vivendi ratio per annos quinquaginta quinque. Ab hominibus remotus, non secum sed cum Deo & cum Angelis versabatur, & prioris vitæ delicias arctioris vitæ austeritate, jejuniis, & continuis lacrymis expiabat. His se verbis semper interpellabat: Arseni, ad quid venisti? Locutum me fuisse, inquebat, sæpe pœnituit, tacuisse nunquam. Sceti à Mazicis vastatâ, primò Canopum, mox Thohen contra Memphim se recepit, ubi annum agens nonagésimum quintum, lugendi se simul ac vivendi finem fecit. Cum enim eum jam in extremis flentem animadvertissent duo, quos habebat, discipuli: An tu, aiunt, patrem mortem formidas? Et ille: Verè, inquit, & valde formido; neque unquam, ex quo monachum indui, hic à me abscessit timor.

*Oratio.* Omnipotens, sempiternæ. xxxvij.

D I E X X I.

In Festo

SANCTI VICTORIS  
Martyris. *Simplex.*

*Lectio iij.*

**V**ictor miles, in persecutione Diocletiani & Maximiani cum idolis sacrificare nollet, Præfectorum tribunatum

libus apud Malsiliam oblatus est; ibique Christum liberè confessus, quia vir nobiles erat, Maximiani Imperatoris audiéntiæ reservatus est. Hic, frustra tam blanditiis quàm terroribus adhibitis, ut eum ad sacrificia perurgéret, loris ligatum, retortis brachiis, & pedes fune constrictum, per médiam civitatem trahi præcepit. Tum ad tribunalia Præfectorum reductus, dum alter alterum crudelitate vincere nititur, recedente Eutychio qui primus aggressus Martyrem fuerat, Asterii iussu, cujus tandem est potestati traditus, fustibus crudelissimè cæsus, deinde suspensus, & taureis cruciatus est. Denique cum exhibitam sibi aram in qua sacrificaret, calce excussisset, pedem ei Præses abscindi iussit. Cum autem in confessione constans permaneret, subjectus molæ pistrinariæ, atque ita contritus, martyrium consummavit. Passi sunt cum eo tres milites, Alexander, Felicianus & Longinus. Hi dum eum noctu in carcere custodirent; insolito fulgore perculsi, quem illuc ventitantes Angeli emittébant, crediderunt in Christum, & eadem nocte in mari baptizati sunt; sequenti verò die ante consummationem beati Martyris, gladio jugulati. Quorum corpora una cum beati Victoris corpore in mare demersa littori reddita sunt, & à Christianis sepulta. Eo in loco Cassianus sancti Chrysostomi discipulus, duo monasteria, unum virorum, mu-

lierum alterum, sancti Victoris nomine construxit.

*Oratio*, Adesto. x.

D I E X X I I.

In Festo

S. MARIÆ MAGDELENES.

*Duplex II. Ordinis.*

I N I. V E S P E R I S.

*Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.*

*Ant.* JESUS iter facièbat per 4. E. civitates & castella, prædicans & evangelizans regnum Dei; & duodecim cum illo. *Luc. 8.*

*Ant. 2. D.* Mulieres, inter quas erat Maria Magdalene, cum esset Jesus in Galilæa, sequebantur eum. *Marc. 15.*

*Ant. 7. d.* Erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus; & ministrabant ei de facultatibus suis. *Luc. 8.*

*Ant. 1. D.* De Maria Magdalene Jesus ejecerat septem dæmonia. *Marc. 16.*

*Ant. 8. G.* Ejicièbat spiritus verbo, ut adimpleretur quod dictum est: ipse infirmitates nostras accèpit, & ægrotationes nostras portavit. *Matth. 8.*

*Capitulum.* Tob. 11.

Benedico te, Domine, Deus Israël, quia tu castigasti me, & tu salvasti me.

*Hymnus.*

PROCU maligni cédite spiritus,

Nunc imperanti cédite Nūmini,

Fessamque duris Magdalenam

Parcite nunc agitare pœnis.

CHRISTI jubentis nūmine tér-  
riti

Fugere septem : mox sibi  
reddita

Te , Christe , consecratur  
unum ,

Et memori tibi mente ser-  
vit.

QUIN & cruentâ de trabe pên-  
dulo

Christo litabat mille doló-  
ribus :

Quam vellet infontis Ma-  
gistri

Sola graves tolerare pœ-  
nas !

MISCERE fletus sanguinis æ  
mulos

Non cessat , astans victima  
victimæ :

Christus silendo , nil repen-  
dit :

Quam melius probat hinc  
amantem !

LAUS summa Patri ; summa-  
que Filio :

Sit summa puro laus quo-  
que Flámini ,

Afflante quo semper cales-  
cunt ,

Æthereis pia corda flam-  
mis.

Amen.

ÿ. Benedic , ánima mea ,  
Dómino , R. Qui sanat om-  
nes infirmitates tuas. *Pf.* 102.

*Ad Magnificat. Ant.* 6. Quod  
est hoc verbum , quia in po-  
testate & virtute imperat im-  
mundis spiritibus , & exeunt ?  
*Luc.* 4.

*Oratio , ut infra ad Lau-  
des.*

AD OFFICIUM NOCTUR.

*Invit.* Deum qui manife-  
stat se diligentibus eum , \* Ve-  
nite , adoremus. *Joan.* 14.

*Pf.* 94. Venite. 2.

*Hymnus.*

PLAGIS Magistri saucia  
Dum mœsta largos fún-  
deret

María fletus , acrior

Revixit in pœnis amor.

NON turba , non verat cru-  
cis

Mortisque diræ scándalum ,

Inter furentes quærere

Ligno peremptum milites.

QUIS tantus ignaram la-  
bor

Exercet ? Extinctam doles

In morte vitam : quid gemis ,

Mors ipsa cum victrix ca-  
dit ?

EN ille quem luges amans ,

Præsens resumpto corpore ,

Notis amantem te redux

Primam salutat vóciibus.

O si beátos tângere ,

O si tenére fas pedes !

Sed híc perennis non datur

Gustâre vitæ gáudia.

IMPLETA nunc Apóstolam

Promissa te primam choro

Apostolorum grándia

Jubent referre núntia.

DEO Patri sit glória ,

Ejusque soli Filio ,

Sancto simul cum spírítu ,

Nunc , & per omne séculum.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

*Ant.* 2. D. Sicut malus inter  
ligna sylvárum , sic dilectus  
meus inter filios. *Cant.* 2.

*Ant.* 3. a. Sub umbra illius  
quem desideráveram sedi , &  
fructus ejus dulcis gútturi  
meo. *Cant.* 2.

*Ant.* 4. a. Surge , Aquilo ;  
& veni , Auster : perfla hor-  
tum meum , & fluant aróma-  
ta illius. *Cant.* 4.

ÿ. Adhæsit ánima mea post

te: *R.* Me suscepit dextera tua.  
*Pf.* 62.

*Lectiones de Scriptura occurrente.*

*Post j. Lect.* *R.* Fortis est ut mors dilectio: lampades ejus, lampades ignis atque flammarum; \* Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem. *ÿ.* Stabant juxta crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus Mariæ Cléophæ & Mariæ Magdaléne. \* Aquæ. *Cant.* 8. *Joan.* 19.

*Post ij. Lect.* *R.* Aspicient ad me: & plangent planctu, quasi super unigenitum, & \* Dolébunt super eum, ut in morte primogeniti. *ÿ.* Jesus clamans, expirávit: erant autem de longè aspicientes Mariæ Magdaléne, & aliæ quæ cum eo ascénderant Jerosolymam. \* Dolébunt. *Zach.* 12. *Marc.* 15.

*Post iij. Lect.* *R.* Accepto Joseph corpore Jesu, posuit illud in monumento suo novo, & abiit: \* Erat ibi Mariæ, Magdaléne, & altera Mariæ, sedentes contra sepulcrum. *ÿ.* Abjecerunt in terram capita sua virgines Jerúsalem. \* Erat ibi Mariæ. Glória Patri. \* Erat ibi Mariæ, Magdaléne, & altera Mariæ, sedentes contra sepulcrum. *Matth.* 27. *Thren.* 2.

## IN II. NOCTURNO.

*Ant.* 3. a. Num quem diligit ánima mea vidistis? quæsiui illum, & non inveni. *Cant.* 3.

*Ant.* 5. C. Filia Jerúsalem, si inveniëritis dilectum, nuntiáte ei quia amore lángueo. *Cant.* 5.

*Ant.* 7. a. Quò declinavit

dilectus tuus? & quæremus eum tecum. *Cant.* 5.

*ÿ.* Fuëruni mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte; *R.* Dum dicitur mihi: Ubi est Deus tuus? *Pf.* 41.

Homilia sancti Gregorii  
Papæ.

*Homil.* 25. in *Evang.*

*Lectio iv.*

**M**ariæ Magdaléne, postquam venit ad monumentum, ibique corpus Dominicum non invenit, sublatum credidit, atque discipulis nuntiavit. Qui venientes, viderunt; atque ita esse ut mulier dixerat, crediderunt. Et de eis protinus scriptum est: Abierunt ergo discipuli ad semetipsos. Ac deinde subjungitur: Mariæ autem stabat ad monumentum foris, plorans. Quæ in repensandum est hujus mulieris mentem quanta vis amoris accenderat, quæ à monumento Domini, etiam discipulis recedentibus, non recedebat. Exquirebat quem non invenerat: flebat inquirendo, & amoris sui igne succensa, ejus quem sublatum credidit, ardebat desiderio. Unde contigit ut eum tunc sola videret, quæ remanserat ut quæreret: quia nimirum virtus boni operis, perseverantia est; & voce Veritatis dicitur: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

*R.* Unâ sabbati Mariæ Magdaléne \* Venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, & vidit lapidem sublatum à monumento. *ÿ.* Bene confurgit diluculo, qui

quærit bona: \* Venit. Joan. 20.  
Prov. 11.

*Lectio v.*

**S**ed Maria cum fletet, inclinavit se, & prospexit in monumentum. Certè jam monumentum vacuum viderat, jam sublatum Dominum nuntiaverat: quid est quod se iterum inclinat, iterum videre desiderat? Sed amanti semel aspexisse non sufficit; quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. Quæsit ergo prius, & minime invenit: perseveravit ut quæreret, unde & contigit ut inveniret: actumque est ut desideria dilata crescerent, & crescentia caperent quod invenissent. Sancta enim desideria dilatione crescunt; si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Hoc amore arsit quisquis ad veritatem pertingere potuit. Hinc Ecclesia in Canticis canticorum dicit: Vulnerata caritate ego sum. Hinc rursus ait: Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est.

Rz. Cucurrit ad Petrum Maria Magdalene, & ad alium discipulum quem amabat Jesus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, \* Et nescimus ubi posuerunt eum. *Ps.* Quæsi quem diligit anima mea: quæsi illum, & non inveni: \* Et nescimus. Joan. 20. *Cant.* 3.

*Lectio vj.*

**M**ens namque hominis, Conditoris sui speciem non querentis, malè dura est; quia in semetipsa remanet frigida. At si ardere jam ex

desiderio cœperit ad sequendum quem diligit, liquefacta per ignem amoris currit. Fit desiderio anxia: vilescunt in sæculo cuncta quæ placebant: nihil est quod extra Conditorem libeat; & quæ prius delectabant animum, fiunt postmodum vehementer onerosa. Nihil ejus mœstitiam consolatur, quousque adhuc qui desideratur, non aspicitur. Mœret mens, lux ipsa fastidio est. Ista itaque quæ sic amat, se ad monumentum quod perspexerat, iterum inclinat.

Rz. Exiit Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum: Maria autem \* Stabat ad monumentum foris plorans. *Ps.* Donec propinquet, non consolabitur; & non discedet, donec Altissimus aspiciat. \* Stabat ad monumentum foris plorans. Joan. 20. *Eccli.* 35.

*IN III. NOCTURNO.*

*Ant.* 3. c. Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea; *Cant.* 3.

*Ant.* 6. Ego dilecto meo; & ad me conversio ejus. *Cant.* 7.

*Ant.* 8. c. Anima mea liquefacta est, ut dilectus meus locutus est. *Cant.* 5.

*Ps.* Defecit caro mea & cor meum: Rz. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. *Pf.* 72.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

*Lectio vij.* Cap. 20.

**I**n illo tempore; Maria stabat ad monumentum foris, plorans. Et reliqua.

Homília sancti Augustini  
Episcopi.

*In Joan. Tract. 121.*

**S**Ublátum esse Dóminum de monumento discipulis ejus nuntiáverat María Magdaléne : quò illi venientes, invenérunt sola linteamina quibus corpus fuerat involútum. Abiérunt ergo ad semetipsos discipuli, id est, ubi habitábant, & unde ad monumentú cucurrerant. María autem stabat ad monumentum foris plorans : viris enim recedéntibus infirmiórem sexum in eodem loco fortior figébat affectus; & óculi qui Dóminum quæsierant, & non invénerant, lácrymis jam vacábant, ámplius dolentes quòd fuerat de monumento ablátus, quàm quòd fuerat in ligno occisus; quóniam magistri tanti, cujus eis vita subtracta fuerat, nec memoria remanébat. Tenébat itaque ad monumentum jam dolor iste mulierem.

*R.* Dum fleret María, \* Inclinávit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis sedentes unum ad caput, unum ad pedes, ubi pòsitum fuerat corpus Jesu. *Ps.* Præ sollicitudine quiescere non pòtuit. \* Inclinávit. *Joan. 20. Jerem. 49.*

*Lectio viij.*

**D**icit ei Jesus : Noli me tângere. Aut sic dictum est, Noli me tângere, nondum enim ascendi ad Patrem meum; ut in illa fémina figurarétur Ecclesiá de Géntibus, quæ in Christum non crédit, nisi cum ascendisset ad

Patrem : aut sic in se credi vóluit Jesus, hoc est, sic se spiritaliter tângi, quòd ipse & Pater unum sint. Ejus quippe íntimis sènsibus quodámodo ascendit ad Patrem, qui sic in eo profecerit ut Patri agnoscat æquálem. Aliter non rectè tângitur, id est, non rectè in eum créditur.

*R.* Dicunt ei Angeli : Mulier, quid ploras? Dicit eis : \* Quia tulérunt Dóminum meum, & nescio ubi posuerunt eum. *Ps.* Idcirco ego plorans, & óculus meus deducens aquas; \* Quia tulérunt Dóminum meum. *Joan. 20. Thren. 1.*

*Lectio ix.*

**P**OTerat autem sic credere María, ut eum putáret ímparem Patri : quòd útique prohibétur, cum ei dicitur, Noli me tângere; id est, Noli in me sic credere, quemádmódu adhuc sapis. Quómodo enim non carnaliter adhuc in eum credébat, quem sicut hóminem flebat? Nondum enim ascendi, inquit, ad Patrem meum. Ibi me tanges, quando me credideris Patri non ímparem Deum.

*R.* In simplicitate cordis quærite Dóminum; \* Quóniam † Invenitur ab his qui non tentant eum : appáret autem eis qui fidem habent in illum. *Ps.* Conversa est María retrorsum, & vidit Jesum stantem; \* Quóniam. Glória Patri. † Invenitur ab his qui non tentant eum. *Sap. 1. Joan. 20.*

Te Deum.

## A D L A U D E S.

*Ant.* 6. **V**idit Jesum María,  
& non sciébat quia  
Jesús est; & dicit ei: Múlier,  
quid ploras? quem quæris?

*Joan.* 20.

*Ant.* 3. à. María existimans  
quia hortulánus esset, dicit ei:  
Dómine, si tu fustulisti eum,  
dicito mihi ubi posuisti eum,  
& ego eum tollam. *Joan.* 20.

*Ant.* 5. a. Dicit ei Jesús:  
María. Conversa illa, dicit  
ei: Rabbóni, quod dicitur,  
Magister. *Joan.* 20.

*Ant.* 8. G. Dicit ei Jesús:  
Noli me tângere; nondum  
enim ascendi ad Patrém meum.  
*Joan.* 20.

*Ant.* 7. ç. Vade ad fratres  
meos, & dic eis: Ascendo ad  
Patrem meum, & Patrem ve-  
strum; Deum meum, & Deum  
vestrum. *Ibid.*

*Capitulum.* Prov. 8.

**E**go diligentes me diligo;  
& qui mane vîgilant ad  
me, invénient me.

*Hymnus.*

**M**ARIA sacro sáucia vúl-  
nere,

Non jam dolendum quid  
Dóminum doles?

Semper renascens hic amó-  
ris

Unde tibi violentus ardor?

**Q**UEM quæris ipso fúneris in  
sinu,

Victo triumphat fúneris clá-  
rior.

Vivit: relecto jam sepul-  
cro,

Ecce jacent revolúta saxa.

**M**YRRHAM quid affers, vana-  
que bálfama?

Hæc luce functis débira  
múnera:

Mox ille donandos Olym-  
po

Non eget his redívivus ar-  
tus.

**I**NGENS amantem te dolor ín-  
dicat;

Amans vicissim se Deus ób-  
tulit:

Agnosce vocem tu Magi-  
stri

Nómine te proprio vocan-  
tis.

**T**U prima testis, primaque  
núntia,

Velox in urbem prótinus  
ádvola;

Christique nutantes Mini-  
stros

Plena Deo propióre fir-  
ma.

**L**AUS summa Patri, summa-  
que Filio:

Sit summa puro laus quo-  
que Flámini,

Afflante quo semper calef-  
cunt

Æthéreis pia corda flam-  
mis. Amen.

ψ. Anima mea exultábit in  
Dómino, &c. Et delectábitur  
super salutári suo. *Pf.* 34.

*Ad Benedictus.* *Ant.* 4. *D.*

Appáruit Jesús primò María  
Magdalénæ. Illa vadens,

nuntiávit his qui cum eo fue-  
rant, lugéntibus & fléntibus.  
*Marc.* 16.

*Oratio.*

**D**eus, cujus Unigénitus  
post resurrectiónem suã

primò Mariæ Magdalénæ ap-  
páruit: præsta, quæsumus,

ut ejus intercessióne eundem  
in dextera tua sedentem vi-  
dere mereámur Dóminum no-  
strum Jesum Christum Filium

tuum; Qui tecum vivit & reg-

nat in unitate Spiritus sancti  
Deus; per omnia secula secu-  
lorum. *Rz.* Amen.

A D P R I M A M.

*Ant.* Vidit Jesum.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Maria.

*Capitulum.* Cant. 3.

**S**urgam, & circuibo civita-  
tem: per vicos & plateas  
quæram quem diligit anima  
mea.

*Rz. br.* Deus, Deus meus,  
\* Ad te de luce vigilo: Deus.  
*ÿ.* Sitivit in te anima mea:  
\* Ad te. Glória. Deus. *Pf.* 62.

*ÿ.* Tibi dixit cor meum,  
exquisivit te facies mea: *Rz.* Fa-  
ciem tuam, Domine, requi-  
ram. *Pf.* 26.

A D S E X T A M.

*Ant.* Dicit ei Jesus.

*Capitulum.* Sap. 6.

**S**apientia facile videtur ab  
his qui diligunt eam, &  
invenitur ab his qui quærent  
illam. Præoccupat qui se con-  
cupiscunt, ut illis se prior  
ostendat.

*Rz. br.* Exquisivi Dominum,  
\* Et exaudivit me. Exquisivi.  
*ÿ.* Et ex omnibus tribulatio-  
nibus meis eripuit me, \* Et  
exaudivit me. Glória Patri.  
Exquisivi. *Pf.* 33.

*ÿ.* Secundum multitudinem  
dolorum meorum in corde  
meo, *Rz.* Consolationes tuæ  
lætificaverunt animam meam.  
*Pf.* 93.

A D N O N A M.

*Ant.* Vade.

*Capitulum.* Tob. 12.

**S**acramentum regis abscon-  
dere bonum est; opera au-  
tem Dei revelare & confiteri  
honorificum est.

*Rz. br.* Confitebor tibi, Dó-  
mine, \* In toto corde meo.  
Confitebor. *ÿ.* Narrabo om-  
nia mirabilia tua, \* In toto  
corde meo. Glória. Confite-  
bor. *Pf.* 9.

*ÿ.* Ecce labia mea non pro-  
hibebo: *Rz.* Domine, tu scisti.  
*Pf.* 39.

A D I I. VESPERAS.

*Ant.* **R**egressæ mulieres à  
1. f. monumento, nun-  
tiaverunt Undecim omnia  
quæ viderant; erat autem Ma-  
ria Magdalene, & Joanna,  
& ceteræ quæ cum eis erant.  
*Luc.* 24.

*Ant.* 3. a. Et ecce Jesus oc-  
currit illis dicens: Avete. Illæ  
autem accesserunt, & tenuerunt  
pedes ejus, & adoraverunt  
eum. *Matth.* 28.

*Ant.* 4. E. Ait illis Jesus:  
Nolite timere: ite, nuntiæte  
fratribus meis, ut eant in  
Galilæam; ibi me videbunt.  
*Matth.* 28.

*Ant.* 5. C. Audierunt Apó-  
stoli quod viveret Dominus,  
& visus esset à Maria. *Marc.*  
16.

*Ant.* 6. Venit Maria Mag-  
dalene annuntians discipu-  
lis, Quia vidi Dominum.  
*Joan.* 20.

*Capitulum.* Act. 10.  
**Q**uem occiderunt suspen-  
dentes in ligno, hunc  
Deus suscitavit tertia die,  
& dedit eum manifestum  
fieri.

*Hymnus,* Maria sacro. 413.  
*ÿ.* Narrabo nomen tuum  
fratribus meis: *Rz.* In medio  
Ecclésiæ laudabo te. *Pf.* 21.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 8. G.  
Erant Apostoli perseverantes

unanimiter in oratione cum mulieribus; & replati sunt omnes Spiritu sancto. Act. 1.

*Oratio, ut supra ad Laudes.*

D I E X X V.

In Festo

SANCTI JACOBI,

(Zebed.) Apostoli.

Duplex I. Ordinis.

*Omnia de Communi Apostolorum, prater ea qua hic habentur propria.*

*Pridie ad Magnificat. Ant.*

1. D. Procédens Jesus, vidit Jacobum & Joannem fratrem ejus in navi, cum Zebedæo patre eorum, rescientes rétia sua; & vocavit eos. Illi autem, relictis rétibus & patre, secuti sunt eum. Matth. 4.

*Oratio, Omnipotens. 417.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectiões de Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

*Lectio iv.*

**J**acobus Zebedæi filius, Joannis Apostoli frater, Natione Galilæus, vocatus à Christo cum fratre, relicto patre cum mercenariis & rétibus, secutus est Dominum; qui imposuit utrique nomen Boanerges, quod est, Filii tonitru. Is unus fuit ex tribus Apostolis quos Salvator maxime dilexit, voluitque interesse miraculo, cum Jâiri Archisynagogi filiam à mortuis excitavit. Eum etiam cum Petro & Joanne assumpsit Christus testem suæ transfigurationis. Ambitiolæ illius petitionis occasione, quâ fratres ambobus Dominum rogabant, ut alter ad dexteram ejus, al-

ter ad sinistram in glória sederet, suam Christus eorumque passionem prædixit his verbis: Calicem quem ego bibo, bibetis; & baptismo quo ego baptizor, baptisabimini.

*Lectio v.*

**J**acobum quoque cum Petro & Joanne assumpsit Christus, cum exiit in montem Oliveti, Patrem rogaturus antequam à Judæis apprehenderetur; & post Resurrectionem apparuit eidem cum Petro, & aliquot aliis piscantibus ad mare Tiberiadis. Quamvis autem hos tres, Petrum, Jacobum & Joannem, Dominus per tot signa ceteris prætulisset, non tamen, inquit Clemens Alexandrinus, post servatoris ascensum de primo honoris gradu inter se contenderunt; sed Jacobum, cognomine Justum, Hierosolymorum Episcopum elegerunt. Duodecim verò tribus quæ erant in dispersione, Jacobus Zebedæi prædicator destinatus fuisse traditur. Sed antequam ab Hierosolymis discederet, Herodes, ut Judæis se gratum exhiberet, Jacobum in civitate Evangelium Christi prædicantem, in ipso azymorum die, capitis condemnavit. Hunc in virginitate usque ad mortem permansisse refert Epiphanius. Ejus corpus Compostellam in Hispania translatum magnâ veneratione colitur; convenientibus eò, religionis & voti causâ, ex toto terrarum orbe peregrinis. Ceterum memoria ipsius natalis hodierno die,

qui Translationis dies est, ab Ecclesia celebratur; cum ipse, circa Festum Paschæ, primus Apostolorum, Hierosolymis profuso sanguine testimoniū Jesu Christo dederit.

Ex libro septimo Hypotyposeon sancti Clementis Presbyteri Alexandrini.

*Euf. hist. Eccl. Lib. 2. C. 9.*

*Lectio vj.*

**I**S qui Jacobum judicio obtulerat, cum illum vidisset Christi fidem liberè confitentem, commotus viri constantiâ, se quoque Christianum esse affirmavit. Ambo igitur simul ad supplicium ducti sunt. Cumque inter eundem rogasset Jacobum comes, ut sibi veniam daret, paulisper moratus Jacobus: Pax tibi, inquit; statimque illum osculatus est. Ita simul ambo capite truncati, interiêre.

*IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 20.*

**I**N illo tempore; Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

33. de Petit. Filiorum Zeb.

*n. 5.*

**D**uo sunt quæ innuit Christus, dicens, Nescitis quid petatis; unum, quod de regno loquantur de quo sermōnem Christus non instituerat; non enim de terrēno annuntiātum erat: alterum, quod dum sedis prærogativam & ceteris clariōres

videri contendunt, admodum intempestivè ista quærant; tempus enim illud non coronarum aut præmiōrum, sed certaminum, luctarum, laborum, sudorum, stadiōrum atque præliōrum fuit. Hoc igitur sibi vult illud quod ait, Nescitis quid petatis; dum de his apud me verba facitis, cum necdum labores ullos exantlavêritis, cum incorrectus adhuc maneat orbis terrarum; nondum è carcêribus exiliistis, nondum ad ineunda luctamina vos exiistis.

*Lectio viij.*

**P**otestis bibere cálicem quem ego bibiturus sum, & baptismo quo ego baptizor baptizari? cálicem hoc loco & baptismum, crucem suam & mortem appellans: cálicem quidem, quoniam cum voluptate illam adibat: baptismum autem, quia per illam orbem terrarum expurgabat. Quod autem dicit, est hujusmodi: Potestis occidi & mortem oppetere? horum enim nunc tempus est, funerum, periculorum, laborum. Verum illi, Possumus, inquiunt; cum nec intelligant quid asserment, sed adducti spe impetrandi postulata, promittant.

*Lectio ix.*

**A**T illis ait: Cálicem quidem meum bibetis, & baptismo quo ego baptizor baptizabimini; mortem sic appellans: nam & Jacobo gladio caput abscissum; & multoties mortuus est Joannes. Sedere autem ad dexteram meam & ad sinistram non est meum dare, sed quibus paratum

tum

tum est. Quod hinc dicit, est ejusmodi: Vos quidem moriemini, occidimini, & honorem martyrii obtinebitis; sed ut omnium primi sitis, non est meum dare, sed eorum qui decertant, accipere, ob majorem animi alacritatem. Id enim præstandum habet certaminum arbiter, ut non temere, aut quoquomodo præmia largiatur, sed honorem fortitudini deferat: hoc nimirum & Christus facit; & ita locutus est, ut indicaret non ipsius esse solius dare, sed eorum qui decertant, accipere. Nam si solius esset ipsius, omnes homines salvi fierent, & ad agnitionem veritatis venirent: si solius esset ipsius, differentes honores non essent; omnes enim ipse condidit, & æqualiter est illi cura de omnibus.

*Ad Benedictus. Ant. 3. a.* Cálícem quem ego bibo, bibétis; & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini. *Marc. 10.*

*Oratio.*

**O**Mnipotens, sempiternæ Deus, qui Apostolorum tuorum primitias beati Jacobi sanguine dedicasti: da, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, ejus semper & confessione firmari, & patrocinii confoveri; Per Dominum nostrum.

*VESPERÆ de Communi Apostolorum.*

*Post Hymnum. V.* Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: *R.* Constitues eos principes super omnem terram. *Pf. 44.*

*Ad Magnificat. Ant. 4. D.* Misit Herodes rex manus, ut

*MIR. Pars Æstiva.*

affligeret quosdam de Ecclesia; occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. *Act. 12.*

*Oratio, ut supra ad Laudes.*

*Fit Commem. de sequenti.*

**D I E X X V I.**

*In Festo*

**SS. JOACHIM & ANNÆ,**  
Parentum B. M. Virg.

*Duplex I. Ordinis.*

*Psalmi de Feria in toto Officio.*

*Pridie ad VESP. Commem.*

*Ant.* Germinare faciam David germen justitiæ; multiplicabo semen David servi mei. *Jerem. 33.*

*V.* Juravi in sancto meo si David mentiar: *R.* Semen ejus in æternum manebit. *Pf. 88.*

*Oratio ut infra ad Laudes.*

[ *Si transferatur & habeat I. Vesperas, in iis Antiphona & Capitulum sumuntur de Laudibus infra R. Ex toto. secundi Nocturni, 419. Hymn. Laudum, Regale. V. & Ant. ad Magnificat. ut supra in Commemoratione.* ]

**AD OFFICIUM NOCTUR.**

*Invit.* Christum factum ex semine David secundum carnem, \* Venite adoramus. *Rom. 1.*

*Pf. 94. Venite. 2.*

*Hymnus.*

**P**ROMISSA mundo gaudia

Jam sperat humanum genus;  
Adsunt beati conjuges,  
Orbique Christum præparant.

HUNC Anna votis advocans,

D d

Summi parentem Núminis,  
Thori fidélis præmium,  
Favente cælo, concipit.

FÆCUNDA radix púllulans  
Florem tenellum próferet,  
Qui latus optáto dabit  
Fructum salutis gérmine.

QUI natus es de Virgine,  
Jesu, tibi sit glória  
Cum Patre, cumque Spírítu,  
In sempiterna sècula.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Dóminus testifi-  
cátus est inter te & uxórem :  
& hæc párticeps tua, & uxor  
fœderis tui. *Malach. 2.*

Ant. 3. a. Fáciat Dóminus  
hanc mulierem quæ ingréditur  
domum tuam, sicut Rachel &  
Liam, quæ ædificáverunt do-  
mum Israël. *Ruth. 4.*

Ant. 4. E. Fiat domus tua  
sicut domus Phares, ex sémi-  
ne quod tibi déderit Dóminus  
ex hac puella. *Ruth. 4.*

ÿ. Benedícti vos à Dómino,  
R. Qui fecit cælum & terram.  
*Pf. 113.*

*Lectiones de Scriptura occur-  
rente.*

Post j. Lect. R. Tu, Dó-  
mine Deus, elegisti Abra-  
ham, & invenisti cor ejus  
fidéle coram te, & percussis-  
ti cum eo fœdus, & implesti  
verba tua; \* Quóniam justus  
es. ÿ. Ex fide sunt filii Abrahæ,  
benedicentur cum fidéli Abra-  
ham; \* Quóniam. 2. *Esd. 9.*  
*Galat. 3.*

Post. ij. Lect. R. Quærite  
Dóminum & confirmámini;  
quærite faciém ejus semper :  
\* Mementóte mirabíliū ejus,  
semen Abraham servi ejus.  
ÿ. Filii Dei estis per fidem,

semen Abraham estis, secun-  
dum promissionem hæredes :  
\* Mementóte mirabílium ejus.

*Pf. 104. Galat. 3.*

Post. iij. Lect. R. Deus me-  
mínerit testamenti sui quod  
locúrus est ad Abraham, &  
Isaac, & Jacob, servórum  
suórum fidélium; \* Et ÿ Exáu-  
diat oratiónes vestras. ÿ. Vos  
Dóminus multiplicet, & abun-  
dáre faciát caritátem vestram  
in invicem, \* Et. Glória Pa-  
tri. ÿ Exáudiat. 2. *Mach. 1.*  
*1. Theff. 3.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Erant ambo ince-  
dentes in ómnibus mandátis  
& justificatióibus Dómini  
sine queréla. *Luc. 1.*

Ant. 8. c. Exauditæ sunt  
preces ambórum in conspe-  
ctu glóriæ summi Dei. *Tob. 3.*

Ant. 1. a. Dóminus amávit  
eos, elegitque semen eórum  
post eos. *Deut. 10.*

ÿ. Oculi Dómini super ju-  
stos, R. Et aures ejus in pre-  
ces eórum. *Pf. 33.*

Sermo sancti Joannis Da-  
mascéni.

Orat. 1. de Nat. Virg. Mariæ.  
*Lectio iv.*

Q Uóniam futurum erat  
ut Dei génitrix Virgo  
ex Anna nasceretur,  
nátura grátia germen ante-  
vérttere non ausa est; sed  
mansit fructus expers, donec  
grátia fructum éderet. Nasci  
siquidem primogénitam oporté-  
bat, ex qua nascitúrus esset  
omnis creatúra primogénitus,  
in quo ómnia constant. O par  
beátum Jóachim & Anna! vo-  
bis omnis creatúra óbstrieta  
est. Per vos enim donum

omnium donorum præstantissimum Creatori obtulit, nempe castam matrem quæ sola Creatore digna erat.

R. Ex toto corde suo \* Orabant Deum ut visitaret populum suum Israël. V. Expectabant redemptionem Israël: \* Orabant. *Judith. 4. Luc. 2.*

*Lectio v.*

**E**Xulta Jóachim, quoniam ex filia tua Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis, & vocabitur nomen ejus, magni consilii, hoc est, salutis univèrsi mundi, Angelus, Deus, Fortis. Nestorius erubescat, & ori manum imponat. Puer iste Deus est: quæ ergo puèrperam Dei genitricem negas? Si quis sanctam Virginem Dei genitricem non confitetur, alienus est à Deitate. Non meum hoc dictum est, etsi meus est sermo: hanc enim divinissimam hæreditatem à Theologo patre Gregorio accèpi. O beatum par Jóachim & Anna, immaculatissimum prorsus! Ex fructu ventris vestri cognoscimini, velut alicubi Dominus ait: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Uti Deo gratum erat, atque càm dignum quæ ex vobis orta est, vitæ vestræ rationes instituitis. Castam enim & sanctam conversationem vestram virginitatis monile protulistis.

R. Tulit uxorem: & dedit illi Dominus ut conciperet & pareret. Dixeruntque mulieres: Benedictus Dominus, qui \* Non est passus ut deficeret familiæ tuæ nomen in Israël. V. Deus Israël ad fa-

ciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti, \* Non. *Ruth. 4. Luc. 1.*

*Lectio vj.*

**O** Castissimum rationabilium turturum par Jóachim & Anna! vos castitatem, quam naturæ lex præscribit conservantes, ea quæ naturam superant, divinitus estis consecuti: mundo quippe Dei matrem viri nesciam peperistis. Vos pie & sanctè in humana natura vitam agentes, filiam Angelis superiorem, nuncque Angelorum dominam edidistis. O speciosissima dulcissimaque puella! O liliū inter spinas, ex generosissima, & maxime nobilissima, ac maxime radice Davídica progénitum! O rosa quæ ex spinis, Judæis scilicet, orta es, divinoque odore cuncta perfudisti! O filia Adami, & Dei mater! Beatæ ulnæ quæ te gestaverunt; labia item quibus castis osculis tuis frui concessum est!

R. Cùm essent justi, \* Erudierunt filiam suam secundam legem Móysi. V. Coequalē nobiscum sortiti fidem in justitia Dei nostri & Salvatoris, \* Erudierunt filiam suam secundam legem Móysi. Glória Patri \* Erudierunt filiam. *Dan. 13. 2. Petr. 1.*

**IN III. NOCTURNO.**

*Ant. 3. c.* In semita iudiciorum tuorum, Domine, sustinuumus te; nomen tuum & memoriāle tuum in desiderio animæ. *If. 26.*

*Ant. 7. d.* Nunc, Domine  
D d ij

Deus Israel, firmentur verba tua quæ locutus es seruo tuo David. 3. Reg. 8.

*Ant.* 6. Dabis veritatem Jacob, misericordiam Abraham, quæ jurasti patribus nostris à dièbus antiquis. *Mich.* 7.

ψ. Fiat misericordia tua, Domine, super nos, R. Quem admodum speravimus in te *Pf.* 32.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij.* Cap. 3.

**I**n illo tempore; Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli. Et reliqua.

Homilia sancti Irenæi, Episcopi & Martyris.

*Lib.* 3. *adv. hares.* C. 33.

**L**ucas genealogiam quæ est à generatione Domini nostri usque ad Adam, septuaginta duas generationes habere ostendit: finem conjungens initio, & significans quoniam ipse est qui omnes gentes exinde ab Adam dispersas, & universas linguas, & generationes hominum cum ipso Adam in semetipso recapitulatus est. Unde & à Paulo typus futuri dictus est ipse Adam.

R. Qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes; propter quam causam non confunditur fratres eos vocare; \* Nusquam enim Angelos, sed semen Abraham apprehendit. ψ. Quid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulò minùs ab

Angelis. \* Nusquam. *Hebr.* 2. *Pf.* 8.

*Lectio viij.*

**P**ropheta dicit: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Primogenitus enim mortuorum natus Dominus in sinum suum recipiens pristinos patres, regeneravit eos in vitam Dei, ipse initium viventium factus, quoniam Adam initium morientium factus est. Propter hoc & Lucas initium generationis à Domino inchoans in Adam retulit, significans quoniam non illi hunc, sed hic illos in Evangelium vitæ regeneravit. Sic autem & Evæ inobedientiæ nodus solutionem accepit per obedientiam Mariæ: quod enim alligavit virgo Eva per incredulitatem, hoc virgo Maria solvit per fidem.

R. Misericordia Domini ab æterno & usque in æternum super timentes eum; \* Et justitia illius in filios filiorum, his qui servant testamentum ejus. ψ. Misericordia Domini à progénie in progénies timentibus eum; \* Et justitia. *Pf.* 102. *Luc.* 1.

*Lectio ix.*

**N**ecessè ergo fuit Dominum ad perditam ovem venientem, & tantæ dispositionis recapitulationem facientem, & suum plasma requirentem, illum ipsum hominè salvare qui factus fuerat secundum imaginem aut similitudinem ejus, id est, Adam, adimplentem tempora ejus condemnationis quæ facta fuerat propter inobediéntiam quæ Pater posuit in sua pote-

ntate; quoniam & omnis dispositio salutis quæ circa hominem fuit, secundum placitum fiebat Patris, uti non vinceretur Deus, neque infirmeretur ars ejus. Si enim qui factus fuerat a Deo homo, ut viveret, hic amittens vitam, læsus a serpente qui depraverat eum, jam non reverteretur ad vitam, sed in totum projectus esset morti, victus esset Deus, & superasset serpentis nequitia voluntatem Dei: sed quoniam Deus invictus & magnanimus est, magnanimum quidem se exhibuit ad correctionem hominis, & probationem omnium.

R. Deus Israël jusjurandum juravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, ut sine timore serviâmus illi \* In sanctitate & justitia coram ipso, † Omnibus diebus nostris. † Filii sanctorum sumus; & vitam illam expectâmus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo, \* In sanctitate. Glória. † Omnibus. *Luc. 1. Tob. 2.*

Te Deum.

#### A D L A U D E S.

*Ant. 1. g.* **L**audemus gloriosos parentes in generatione sua, quorum pietates non defuerunt, *Eccli. 44.*

*Ant. 2. D.* Semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis. *Is. 65.*

*Ant. 4. A.* Divites virtute gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. *Eccli. 44.*

*Ant. 6.* Qui de illis nati

sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. *Eccli. 44.*

*Ant. 8. G.* Cum semine eorum permanent bona: semen eorum & gloria eorum non derelinquetur. *Eccli. 44.*

*Capitulum. Rom. 9.*

**N**on omnes qui ex Israël sunt, ii sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abraham, omnes filii; sed in Isaac vocabitur tibi semen. Id est, non qui filii carnis, hi filii Dei; sed qui filii sunt promissionis æstimantur in semine.

*Hymnus.*

**R**ECALE Davidis genus, Et conjugum par nobile, Mundo daturâ Virginem, Matrem futuram Numinis.

QUI sacra necit vincula,  
Vos jungit innocens amor;  
Piosque sensus approbans  
Divinus aspirat favor.

VIRTUTE solâ divites,  
Non vos opum fallax decus,  
Sed corde fervens caritas,  
Et casta commendat fides.

QUI natus es de Virgine,  
Jesu, tibi sit gloria,  
Cum Patre, cumque Spiritu,  
In sempiterna secula. Amen.

† Dominus faciens misericordiam Christo suo David;  
R. Et semini ejus usque in seculum.

*Ad Benedictus. Ant. 1. D.*  
Benedictus Dominus Deus Israël; quia erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui. *Luc. 1.*

*Oratio.*

**D**eus, qui beatis Joachim & Annæ tantam gratiam conferre dignatus es, ut ex eis unigeniti Filii tui mater nasceretur: concede propi-

tius, ut quorum festivitatem celebramus, eorum precibus promissam in Christo salutem consequamur; Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; Qui tecum vivit & regnat in unitate.

A D P R I M A M.

*Ant.* Laudemus.

*In R. br.* *Ps.* Qui natus es.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Semen.

*Capitulum.* Act. 3.

**V**Os estis filii Prophetarum, & testamenti, quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes familiae terrae.

*R. br.* Beata gens \* Cujus est Dominus Deus ejus. Beata gens. *Ps.* Populus quem elegit in hereditatem sibi, \* Cujus. Gloria Patri. Beata gens. *Psal.* 32.

*Ps.* Firmamentum est Dominus timentibus eum: *R.* Et testamentum ipsius ut manifestetur illis. *Pf.* 24.

A D S E X T A M.

*Ant.* Divites virtute.

*Capitulum.* Eccli. 10.

**S**emen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: semen autem hoc exhonorabitur, quod praeterit mandata Domini.

*R. br.* Custodiabant \* Testimonia ejus. Custodiabant. *Ps.* Et praeceptum quod dedit illis, \* Testimonia ejus. Gloria. Custodiabant. *Pf.* 98.

*Ps.* In nomine tuo exultabunt tota die; *R.* Quoniam gloria virtutis eorum tu es. *Pf.* 88.

A D N O N A M.

*Ant.* Cum semine.

*Capitulum.* Prov. 17.

**C**orona senum filii filiorum; & gloria filiorum patres eorum.

*R. br.* Haec est generatio \* Querentium Dominum. Haec est generatio. *Ps.* Querentium faciem Dei Jacob, \* Querentium. Gloria. Haec est. *Pf.* 23.

*Ps.* Plantati in domo Domini, *R.* In atriiis domus Dei nostri florébunt. *Pf.* 91.

A D I L V E S P E R A S.

*Ant.* **E**xcelsum jurejurando; a. Dedit Abraham gloriam in gente sua, & ut stellas exaltare semen ejus. *Eccli.* 44.

*Ant.* 1. D. In Isaac eodem modo fecit: benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum confirmavit super caput Jacob. *Eccli.* 44.

*Ant.* 4. a. Quae ad patres repromissio facta est, hanc Deus adimplevit filiis. *Act.* 13.

*Ant.* 8. c. Statuit testamentum David regi filio Jesse de tribu Juda: hereditas ipsi & semini ejus. *Eccli.* 45.

*Ant.* 6. Hujus Deus ex semine secundum promissionem eduxit Israel salvatorem Jesum. *Act.* 13.

*Capitulum.* Rom. 9.

**S**unt Israelitae, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa; quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus Benedictus in secula. Amen. *R.* Deo gratias.

*Hymnus.* Promissa. 417.

Ÿ. Recordatus est Dominus misericordiae suae, &c. Et veritatis suae domui Israël. Ps. 97.

Ad Magnificat. Ant. 7. a. Sulcepit Deus Israël puerum suum, recordatus misericordiae suae, sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini ejus in secula. Luc. 1.

Oratio, ut supra ad Laudes.

DIE XXVIII.

In Festo

SS. NAZARII ET CELSI, Martyrum. Simplex.

Lectio iij.

Ex Append. S. Ambr. Serm. 55. autor. incerto, sed magni ponderis, & S. Ambr. fere coevo. n. 5.

**B**eatus Nazarius cujus hodie gloriosam de mundi hoste victoriam universalis Ecclesia festâ exultatione celebrat, cum tempore Gentilitatis non ignobilibus parentibus oriundus existeret, sacrilegi adhuc puer genitoris militiam simul & doctrinam detestari ex improviso coepit; atque ab innocente matre, quae jam christianae fidei titulis insignita, Christo sedule insistebat, sacrosanctae regenerationis fluenta, fidelis jam spiritu, demonstrari sibi flagitabat. Quid illud, quamque insigne divinae gratiae munus! quod accepto jam salutari lavacro, post innumera virtutum signa, post peragratas circumquaque ob Christi praedicationem innumeras regiones; cum pro Dei summi confessione diversa per supplicia adversus eum totus penè orbis baccharetur, &

nunc atrocissimis arctaretur poenis cruciandus, nunc in longinquis finibus transvehere-  
retur exulandus; ita robustissimo pectore tormenta omnia devincebat ut strenuum de prostrato hoste reportaret trophaeum; interque cruenta Caesaris iussa, vasti maris dejectus gurgitibus, ambulare ei divina super aquas concessum est providentia. Sed tandem perfecto agonis certamine cum Celso puerulo, quem ipse Deo in holocaustum polluto adsumperat ex seculo, crudeli imperio damnatione absolvitur, gladio consecratur. Honoremus ergo beatos Martyres, principes fidei, intercessores mundi, praecones regni, & coheredes Dei.

Oratio, Deus, invisibilis. xv.

DIE XXIX.

In Festo

SS. LAZARI, MARTHAE, ET MARIAE, Christi hospitem.

Duplex II. Ordinis.

INI. VESPERIS.

Psalmi de Feria; & sic in toto Officio.

Ant. **I**ntravit Jesus in quoddam castellum; & mulier quaedam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Luc. 10.

Ant. 8. G. Huic erat soror, nomine Maria, quae etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius; Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Luc. 10.

Ant. 3. a. Stetit Martha, & ait: Domine, non est tibi

Dd iv

curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi ut me adjuvet. *Luc. 10.*

*Ant. 5. a.* Dixit illi Dóminus: Martha, Martha, sollicita es, & turbáris erga plúrima: porrò unum est necessarium. *Luc. 10.*

*Ant. 1. D.* María óptimam partem elégit, quæ non auferretur ab ea. *Luc. 10.*

*Capitulum. Hebr. 13.*

**C**ARITAS fraternitátis maneat in vobis; & hospitalitatem nolite oblivisci; per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hospítio receptis.

*Hymnus.*

**F**LAGRANS amore, perditos  
Dum nos Redemptor quæret,  
Defessus ad Martham Deus  
Sese recepít hospítam.

BEATA, quæ tantum suis  
Amíca tectis hospítam  
Fovére gaudet, & Deo  
Inferre convivæ dapes!

DUM Martha pascit, páscitur

María felix, ac sedens,  
Magnóque tuta Júdice,  
Partem potitur óptimam.

NUNC, Martha, nunc sedens Deo,

Et ipsa Verbo pásceris;

Et juge se tuus tibi  
Conviva dat convivium.

DA, Christe, sanctorum  
quies,

Sic nos ad unum téndere  
Per multa, posthac óptimã  
Ut parte possimus frui.

Amen.

ψ. Oculi mei ad fideles  
terræ, ut sédeant mecum:

Et. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. *Pf. 100.*

*Ad Magnificat. Ant. 5. C.*  
Diligébat Jesus Martham, & sororem ejus Mariam, & Lazarum. *Joan. 11.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

*Fit Comm. S. Lupi, Episc.*  
*Ant. Elegit. ψ. Beatus. xvij.*

*Orat. Deus, qui populis. xxj.*  
AD OFFICIUM NOCTUR.

*Invit. Deum cum hominibus conversatum, \* Veníte; adorémus. Baruch, 3.*

*Pf. 94. Veníte. 2.*

*Hymnus.*

**R**Edditum luci, Dómino  
vocante,

Lazarum, turbæ, domi-  
tamque mortem

Láudibus festis, modulisque  
sacri

Dícite cantus.

ILLE qui Christum méruit fre-  
quenti

Hospítam gaudens recreare  
mensã,

Fœtidus clauso, data præ-  
da morti,

Cónditur antro.

HEU! tua præfens ope si ja-  
centi,

Fata qui præscis, Deus,  
astitisses;

Viveret, necdum preme-  
rentur atrã

Lúmina nocte.

JAMQUE mors, viræ Dómino  
solúram,

Si jubes, reddet spoliata  
prædam:

Nunc & extinctus súperas  
amicus

Surget ad auras.

ECCE dilecti lácrymis hono-  
ras

Hospitis funus, fremituque  
prodis

Quam pio plangas, Pater,  
impiorum

Corde ruinam!

Ut Patrem semper pia Spiri-  
tumque

Omne plebs tecum celebret  
per ævum,

Christe, credentes animas  
secundæ

Eripe morti. Amen.

IN I. NOCTURNO.

*Ant. 1. a.* Erat quidam lan-  
guens Lázarus à Bethánia, de  
castello Mariæ & Marthæ so-  
roris ejus. *Joan. 11.*

*Ant. 6.* Mariæ erat quæ un-  
xit Dóminum unguento, &  
exterisit pedes ejus capillis  
suis; cujus frater Lázarus in-  
firmabatur. *Joan. 11.*

*Ant. 3. c.* Misérunt soró-  
res ejus ad Jesum dicentes:  
Dómine, ecce quem amas,  
infirmatur. *Joan. 11.*

ÿ. Dóminus opem ferat  
illi super lectum doloris ejus;  
R. Universum stratum ejus  
versasti in infirmitate ejus.  
*Pf. 40.*

*Lectiones de Scriptura occur-  
rente.*

*Post. Lect. j. R.* Audiens Je-  
sus quia Lázarus infirmabatur,  
dixit: \* Infirmas hæc non  
est ad mortem, sed pro gló-  
ria Dei, ut glorificetur Filius  
Dei per eam. ÿ. Tentat vos  
Dóminus Deus vester, ut pa-  
lãm fiat utrùm diligatis eum,  
an non, in toto corde, & in  
tota ánima vestra. \* Infirmi-  
tas hæc non est ad mortem.  
*Joan. 11. Deut. 13.*

*Post. ij. Lect. R.* Dixit Jesus  
discipulis suis: Lázarus ami-

cus noster dormit; sed \* Va-  
do, ut à somno excitem eum:  
dixerat autem de morte ejus.  
ÿ. Numquid qui dormit, non  
adjiciet ut resurgat? \* Vado.  
*Joan. 11. Pf. 40.*

*Post. iij. Lect. R.* Dixit Jesus  
manifestè: \* Lázarus mórtuus  
est & gaudeo, ut credatis;  
quóniam non eram ibi: sed  
† Eamus ad eum. ÿ. Dilectus,  
vivens inter peccatóres, trans-  
látus est: \* Lázarus. Glória  
Patri. † Eamus. *Joan. 11.  
Sap. 4.*

IN II. NOCTURNO.

*Ant. 8. c.* Venit Jesus, &  
invenit Lázarum quátuor dies  
jam in monumento haben-  
tem. *Joan. 11.*

*Ant. 4. E.* Multi ex Judæis  
vénerant ad Martham & Ma-  
riam; ut consolarentur eas de  
fratre suo. *Joan. 11.*

*Ant. 5. a.* Martha, ut au-  
divit quia Jesus venit, occur-  
rit illi; Mariæ autem domi  
sedébat. *Joan. 11.*

ÿ. Defecerunt óculi mei,  
Dómine, R. Dicentes: Quan-  
do consolaberis me? *Pf. 118.*

Sermo sancti Bernardi

Abbátis.

*Serm. 2. in Assumpt. n. 6. & 7.  
Lectio iv.*

**N**on sola inveniatur in  
nobis exercitatio cor-  
poralis ad módicum  
valens: sed inveniatur útilis  
ad ómnia pietas, & exercí-  
tium spirituále. Múlier, Mar-  
tha nómine, excépit Jesum in  
domum suam; & huic erat  
soror, nómine Mariæ. Soróres  
sunt, & debent esse contuber-  
náles. Occupátur hæc citca  
frequens ministérium; illa Do-

municis est intenta sermónibus. Ad Martham spectat ornatus, sed implétio ad Mariam. Vacat enim Dómino, ut non sit domus vacans. Sed mundatióne cui possumus attribúere? Erit enim, si & hoc invenérimus, domus, in qua Salvátor suscipitur, & munda, & ornata, & non vacans. Demus eam Lázaro, si & vobis ita videtur. Et ei síquidem fraternitátis jure cum soróribus est domus ista commúnis. Dico autem Lázarus, quem quatríduanum, jamjamque foetentem à mórtuis éxcitat vox virtútis; ut videatur satis congruè formam gérere pœnitentis. Intret ergo domum Salvátor, & frequenter vísitet eam, quam pœnitens Lázarus mundat, ornat Martha, & Maria replet internæ dedita contemplatióni.

*R.* Dixit Martha ad esum: Dómine, si fuisses híc, frater meus non fuisset mórtuus; sed & nunc \* Scio quia quæcumque popósceris a Deo, dabit tibi Deus. *ψ.* Exaudi oratióne meam, Dómine, & de precatióne meam: áuribus pécipe lácrymas meas. \* Scio quia. *Joan.* II. *Pf.* 38.

*Serm.* 3. n. 1. 2. & 4.

*Lectio v.*

**M**Artha in domum suam éxcipit Salvátorem in terris: María pórius cógitat quemádmódu[m] suscipiátur ab eo in domo non manufacta, æterna in cœlis. María tacet, & pro ea lóquitur Christus. Optimam, inquit, partem elégit sibi María, quæ non auferetur ab ea in æternum. Hoc

Unum illud, quod necessárium est; hæc Una, quam Prophéta tam seduló requirebat: Unam, inquit, pétii à Dómino, hanc requiram. Sed considerémus, fratres, quemádmódu[m] tria hæc distribúerit ordinatió caritátis, Martha administratióne, Mariæ contemplatióne, Lázari penitentiám. Habet hæc simul quæcumque perfecta est anima: magis tamen videntur ad singulos singula pertinere, ut álii vacent sanctæ contemplatióni, álii dediti sint fraternæ administratióni, álii in amaritudine animæ suæ recógitent annos suos, tanquam vulneráti dormientes in sepulcris. Sic planè, sic opus est, ut María piè & sublimiter sentiat de Deo suo, Martha benignè & misericórditer de próximo, Lázarus miserè & humiliter de seipso.

*R.* Dixit Jesus Martha: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: \* Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die. *ψ.* In manu Dómini anima omnis viventis, & spíritus universæ carnis. \* Scio quia resurget. *Joan.* II. *Job.* 12.

n. 4. 5. & 7. *Lectio vj.*

**Q**uibus nulla crédita est dispensatió, administratió nulla commissa, his omninò sedendum erit, aut secus pedes Jesu cum María, aut certè cum Lázaro intra septa sepulcri. Quidni erga multa turbetur Martha, quæ sollicita est pro multis? Tibi verò, cui necessitas hæc non incumbit, è duóbus unum est necessarium; aut non turbári pé-

nitus, sed delectari magis in Domino; aut, si id necdum potes, turbari non erga plurima, sed (ut de se Propheta loquitur) ad teipsum. Sed & ipsam quoque Martham admonitam esse necesse est, id maxime quæri inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Erit autem fidelis, si neque quæ sua sunt quærat, sed quæ Jesu Christi, ut sit intentio pura; nec suam faciat, sed Domini voluntatem, ut sit actio ordinata. Videat Mariam quemadmodum vacet, & videat quoniam suavis est Dominus. Videat, inquam, quam devotamente, quam tranquillo se deat animo secus pedes Jesu, providens eum semper in conspectu suo, & verba ex ore ejus excipiens, cujus & aspectus delectabilis, & eloquium dulce. Gaude & gratias age, Maria, quæ partem optimam elegisti.

R. Dixit Marthæ Jesus: Ego sum resurrectio, & vita. Credis hoc? Ait illi: Utique, Domine, ego credidi quia \* Tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti. V. Tu es, Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis: \* Tu es. Gloria. \* Tu. *Joan. II. Sap. 16.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Abiit Marthæ, & vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te. *Joan. II.*

Ant. 7. d. Mariam ut audivit, surgit citò, & venit ad eum. *Joan. II.*

Ant. 1. f. Judæi qui erant

cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam quia citò surrexit & exiit, secuti sunt eam. *Joan. II.*

V. Venite, & videte opera Domini, R. Quæ posuit prodigia super terram. *Pf. 45.*

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. II.

IN illo tempore; Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororis ejus. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 62. in Joan. n. 1.

MULTI cum aliquos vident homines Deo acceptos in arumnam quampiam, ut morbum, paupertatem, aut quid simile incidisse, perturbantur, nescii Deo amicis id maxime competere. Nam Lazarus ex Christi amicis erat, & infirmabatur; id quod dicebant ii qui miserunt: Ecce quem amas, infirmatur. Narrat autem Evangelista sorores quoque ipsum amavisse; & tamen Lazarum mori permisit. Amabat autem Jesus Martham, & sororem ejus, & Lazarum. Ne unquam indignemur, vel agre feramus, si viri virtute præditi, & Dei amici, in morbum incidant. Ecce quem amas, infirmatur. In commiserationem Christum pertrahere volebat. Adhuc enim hominem esse putabant, quod ex dictis eorum arguitur: Si fuisses hic, non fuisset mortuus; neque dixerunt, Ecce Lazarus infirmatur; sed, Ecce quem amas,

infirmatur. Quid ergo Christus? Hæc infirmitas non est ad mortem, sed pro glória Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam. Vide quomodo rursum eandem dicat glóriam suam & Patris; cum enim dixisset, Dei, subdidit, Ut glorificetur Filius Dei. Hæc infirmitas non est ad mortem. Cum enim illic biduo mansurus esset, remittit illos ut hæc nuntient. Quâ in re mirandum est quòd sorores cum audissent non esse ad mortem, & postea mori vidissent, offensæ non fuerint, rem contra cessisse cernentes. Verùm accesserunt, nec putarunt mentitum illum esse.

R. Mariæ cum venisset ubi erat Jesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei: \* Domine, si fuisses hîc, non esset mortuus frater meus. *ÿ.* Fuèrunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus? \* Domine, si fuisses. *Joan. 11. Ps. 41.*

n. 2. & 3. *Lectio viij.*

**M**ulti ex Judæis adfuerunt qui consolarentur Mariam & Martham. Hæc dicit Evangelista, Lazari mortem confirmans. Cur porro Martha Christo obviam venit sine sorore comite? Vult seorsim illum adire, & rem nuntiare. Postquam autem Christus spem bonam indiderat, tunc abit, & Mariam vocat; & hæc occurrit illi, luctu adhuc vigente. Viden amoris magnitudinem? Hæc est de qua dicebat: Mariæ verò optimam partem elegit. Quomodo er-

go, inquires, Martha nunc ferventior videtur? Non erat hæc ferventior; sed illa nihil didicerat. Nam Martha imbecillior erat. Cum enim tot tantaque audisset, adhuc tamen dicit: Jam foetet, quatríduanus est enim. Illa verò, etsi nihil dum audisset, nihil hujusmodi locuta est: sed statim credens dixit: Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus. Videte quanta sit mulierum philosophia, etiamsi imbecillâ mête essent. Viso namque Christo, non statim in luctum, in planctum, in gemitum erumpunt, ut nos solémus quando notos quospiam ad luctum venientes conspicimus. Sed statim illæ Magistrum mirantur. Credébant utique ambæ in Christum; sed non ut par erat. Nondum enim perfectè sciébant, nec Deum esse, neque suâ potestate & auctoritate hæc facere: quod utrumque ipsas edocuit.

R. Jesus ut vidit Mariam plorantem, & Judæos qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbavit seipsum, & dixit: Ubi posuistis eum? Dicunt ei: \* Domine, veni, & vide. *ÿ.* Homo cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, ubi, quæso, est? \* Domine, veni, & vide. *Joan. 11. Job. 14.*

[ *Si transferatur*

*Lectio ix.*

*Homil. 63. n. 2.*

**A**it autem: Tollite lapidem. Cur non absens vocavit, & surgere jussit? immò, cur non adhuc, superposito

lápide suscitávit ? Ut ipsos miraculi testes fáceret ; ne idipsum dicerent quod circa cæcum : Hic est, Non est hic. Ipsa namque manus, & quòd venisset ad sepulcrum, testimoniò erant eundem ipsum esse. Quare si non eò advenissent, putatùri erant aut phantasma esse, aut álium, & non illum esse què vidébant. Nunc autem cum ad sepulcrum venerint, lápide removerint, jusisque ligatum à vinculis solverint, & amici qui ex sepulcro retulerant, ex pannis illum agnoverint, quòd sorores non abscésserint, quòd altera dixerit : Jam fœtet, quatríduanus enim est ; jam hæc omnia abundè póterant improbos ipsi miraculi testes cohibére. Ideò præcipit illis ut lápide à sepulcro amoverent, ostendens seipsum suscitáre. Ideò étiam interrogat, Ubi posuistis eum ? ut qui dixerant, Veni, & vide ; & qui dúxerant illum, dicere non possint álium fuisse suscitatum : ut & vox & manus testificarentur ; vox dicendo, Veni, & vide ; manus lápide tollendo, & fáscias solvendo ; visus quoque & auditus, hic vocem audiendo, ille exeuntem videndo ; olfactus quoque testis, qui odórem excépit : Jam fœtet, inquit ; quatríduanus enim est. Res enim stupenda erat, quatríduanum & corruptum cadáver suscitáre. ]

*De S. Lupo Episcopo Trecenti.*

*Lectio ix.*

**L**upus Tulli Leucórum nóbili famíliâ natus, uxó-

rem duxit Pœmeníolam sancti Hilárii Arelatensis sorórem. Qui cum séptimo conjúgii anno, reliquum vitæ in continentia degere decrevissent, Lupus ad beátum Honoratum Lirinensem Abbátem se contulit : unde post annum cum Matiscónem venisset, ut quod sibi de facultátibus supérerat, paupéribus erogáret ; improviso ad Trecentem Episcopátum raptus est. Biennio póst electus est à Synodo Gallicána qui cum sancto Germáno Autissiodorensi in Británniam majórem ad expugnandam Pelagiánam hæresim proficiscerétur. Unde Trecentem reversus, Hunnis in Gálliam effusis, suis précibus urbem ab iis servávit incolumem, ipsumque Attilam eórum ducem in sui veneratióem convertit. Annis circiter viginti, tabulâ pro lecto usus est, cilicio pro veste ; in oratióne alternis nóctibus pèrvigil ; in jesúniis assíduus, solo pane hordeáceo sabbato victitans : census suos alendis paupéribus captivisque redimendis impendere solitus. Discípulos hábuit sanctos Episcopos Polychrónium Virdunensem, Severum Trevirensis, & Alpínum Catalaunensem ; ipse, ob exímias virtutes, Pontíficum Gallicánorum dictus fácilè princeps. Cum autem annis quinquaginta duóbus sacerdotio functus fuisset, clarus miraculis abiit ad Dóminum.

*R.* Lacrymátus est Jesus. Dixérunt ergo Judæi : \* Ecce quómodo amábat eú ! *ψ.* Omni témpore diligit qui amicus

est, & frater in angustiis comprobatur: \* Ecce. Glória Patri. \* Ecce. *Joan. 11. Prov. 17.*

Te Deum.

A D L A U D E S.

*Ant.* **J**esus venit ad monumentum Lazari. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Jesus: Tollite lapidem. *Joan. 11.*

*Ant.* 8. G. Dicit Martha, soror ejus qui mortuus fuerat: Domine, jam fueret; quatuordecim dies enim. *Joan. 11.*

*Ant.* 4. A. Dicit Martha: Jesus: Nonne dixi tibi quoniam, si crederis, videbis gloriam Dei? *Joan. 11.*

*Ant.* 7. a. Voce magna clamavit Jesus: Lazare, veni foras; & statim prodiit qui fuerat mortuus. *Joan. 11.*

*Ant.* 1. a. Prodiit Lazarus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit Jesus: Solvite eum. *Joan. 11.*

*Capitulum.* Ezech. 37.

**H**æc dicit Dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulcris vestris, & scietis quia ego Dominus.

*Hymnus.*

**P**ANDITUR saxo tumulus remoto,

Intimos clamor penetrat recessus;

Et Deum sentit docili jubentem

Aure cadaver.

PROH stupor! notas repetit medullas

Spiritus; cæcam pedibus revinctus

Dum viam carpit, sibi met superstes

Prodit & hæres.

IPSA sic ruptis inimica vinculis  
Mors fugit, vinci patiens:  
futuris

Summa præludit tua sic triumphis,

Christe, potestas.

UT Patrem semper pia Spiritumque

Omne plebs tecum celebret per ævum,

Christe, credentes animas secundæ

Eripe morti. Amen.

ÿ. Eripuisti animam meam de morte, &c. Ut placeam coram Deo in lumine viventium. *Pf. 55.*

*Ad Benedictus.* *Ant.* 2. D.

Multi ex Judæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Jesus, crediderunt in eum. *Joan. 11.*

*Oratio.*

**P**Ræsta, quæsumus, Domine, ut cum Lazaro in novitate vitæ ambulantes, te in tuis cum Martha pascere, & à te cum Maria verbi tui meditatione pasci mereamur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate.

*Pro Commemor.* *S. Lupi.*

*Ant.* Ego sum. ÿ. Elégit.

*Oratio.* Deus, qui populis. xxj.

A D P R I M A M.

*Ant.* Jesus venit.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Dicit Martha.

*Capitulum.* Thren. 3.

**L**apsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. Inundaverunt aquæ super caput meum: dixi, Perii: invocavi nomen tuum de lacu novissimo.

*R. br.* De ventre inferi clamavi, \* Et exaudisti vocem meam. De ventre. *Ps.* Projecisti me in profundum, \* Et. Glória Patri. De ventre.

*Ps.* Sublevabis de corruptione vitam meam, *R.* Dómine Deus meus. *Cant. Jona. 1.*

A D S E X T A M.

*Ant.* Dicit Marthæ Jesus.

*Capitulum.* Eccli. 2.

**S**ultine, & in humilitate tua patientiam habe; quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humilitationis. Crede Deo, & recuperabit te.

*R. br.* Spera in Dómino, \* Et ipse faciet. Spera. *Ps.* Et dabit tibi petitiones cordis tui, \* Et ipse faciet. Glória Patri. Spera.

*Ps.* Dóminus amat iudicium, *R.* Et non derelinquet sanctos suos. *Pf.* 36.

A D N O N A M.

*Ant.* Pródiit.

*Capitulum.* Osée 13.

**D**E manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua, ó mors; morsus tuus ero, inferne.

*R. br.* Humiliatus sum, \* Et liberavit me Dóminus. Humiliatus sum. *Ps.* Erípuit animam meam de morte, \* Et liberavit me. Glória Patri. Humiliatus. *Pf.* 114.

*Ps.* Conscidisti saccum meum, *R.* Ut canter tibi glória mea. *Pf.* 29.

A D II. VESPERAS.

*Ant.* **J**esus venit Bethaniam, *d.* **J**ubi Lázarus fuerat mortuus, quem suscitavit Jesus. *Joan.* 12.

*Ant.* 8. **G.** Cognovit turba multa ex Judæis quia illic est; & venerunt, non propter Jesum tantum, sed ut Lázarus viderent, quem suscitavit a mortuis. *Joan.* 12.

*Ant.* 7. *d.* Fecerunt ei cœnam ibi, & Martha ministrabat; Lázarus vero unuserat ex discumbentibus cum eo. *Joan.* 12.

*Ant.* 6. **M**aria accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosissimi, & unxit pedes Jesu, & extersit capillis suis; & domus impleta est ex odore unguenti. *Joan.* 12.

*Ant.* 1. **D.** Ubiicumque predicatum fuerit Evangelium istud in universo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam ejus. *Marc.* 14.

*Capitulum.* Apoc. 3.

**E**cce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.

*Hymnus.*

**I**NTRANTE Christo Bethaniam domum,  
Curramus omnes: hospite splendidam  
Simone cœnam præparante,  
Tam celebrem penetremus aulam.  
Hic dum ministrat Martha celer gradu,  
Fraterque lætas assidet ad dapes;  
Mária, Christo tu fragranti  
Vasa repleas pretiosa nardo.  
**P**EDes inungens, tergere crinibus

Gaudes; liquorem fundis &  
in caput;

Et vase fracto, mox inun-  
dans,

Tecta novo récreas odore.

SED cur iniquo dente lacés-  
feris,

Dum gloriósis obséquiis va-  
cas?

Unguenta fundens, ante-  
vertis

Exéquias morientis Agni.

QUANTUM per orbem Chri-  
stíadum fides

Diffúsa vastas subjiciet pla-  
gas,

Tantum Mariæ grande fa-  
ctum

Per pópulos resonábit om-  
nes.

LAUS summa Patri, summa-  
que Filio:

Sanctóque compar glória  
Flámini,

Quo dante jam nunc spon-  
sa Christi

Perpétuâ frúitur quiéte.

Amen.

ÿ. Myrrha, & gutta, &  
cássa à vestimentis tuis, *R.* Ex  
quibus delectavérunt te filia  
regum. *Pf.* 44.

*Ad Magnificat. Ant.* 6.  
Veníte, benedicti Patris mei,  
possidéte parátum vobis re-  
gnum: esurivi enim, & dedi-  
stis mihi manducáre: sitivi,  
& dedistis mihi bíbere: hos-  
pes eram, & collegistis me.  
*Matth.* 25.

*Oratio.*

PRæsta, quæsumus, Dó-  
mine, ut cum Lázaro in  
novitáte vitæ ambulantes, te  
in tuis cum Martha páscere, &  
à te cum Mariá verbi tui me-  
ditatióne pásci mereámur;

Qui vivis & regnas cum Deo  
Patre.

*Fit Commem. S. Germani,  
Episcopi. Ant.* Elégit. ÿ. Beá-  
tus. xvij. *Orat. ut infra.*

*Deinde SS. Abdonis & Sen-  
nis, Martyr. Ant.* Cum vos.  
ÿ. Viríliter. xij. *Orat.* Deus,  
invisibilis. xv.

D I E X X X.

In Festo

SANCTI GERMANI,  
Autissiodorensis Episcopi.

*Semiduplex.*

*De Communi unius Pontifi-  
cis.* xvij.

*Lectio ij.*

GERmánus nobili genere  
Autissiodóri natus, post  
auditória Gallicána Romæ  
juris perítiam adeptus, cau-  
sas egit; ibique uxórem du-  
xit. Provinciæ suæ visitátor  
constitútus, in Gálliam ré-  
diit: ubi venatióni nimium  
déditus, ab Amátore Autissio-  
dorensi Episcopo reprehensus,  
est, quod ferarum quas ve-  
nando céperat, trunca cápita,  
ex ritu Gentílium, de árbore  
quæ in médio civitátis erat,  
non sine fidélium offensióne,  
suspénderet. Sed ubi Germá-  
num sibi succésorem futurum  
divinitus cómpertit Amátor,  
Augustodúnus se cóntulit, ut  
Germáni in Clerum asciscendi  
potestátem à Júlio Præfecto  
impetráret. Quod ut obtínuit,  
Germánus, rescisso capilli-  
tio, clericali veste índuit.  
Creatus Episcopus, súbitò mu-  
tátur in virum álterum: exin-  
de namque cœpit séculi pom-  
pam aspérnari, uxórem habé-  
re pro soróre, vitam ásperam  
dúcere, cilício carnem domá-  
re,

re, vilem induere habitum, sua pauperibus erogare, omnibus sine personarum acceptione hospitium præbere, orationem vix unquam intermittere. Cum autem Pelagiana hæresis in Britannia majore grassaretur, ad eam extirpandam Gallia Episcopi, rogantibus Britannis, miserunt Germanum cum Lupo Trecensi; qui insulam purgârunt ab errore. Clâruit ibi Germanus miraculis; & Britannis, quos Saxonum Pictonumque juncti præceteris insignem procuravit victoriam, non armorum vi, sed Clericorum & militum precibus, & clamore quo divinitus hostes exterriti in fugam acti sunt.

*Lectio iij.*

**I**N Galliam redux, cum accepisset civitatem suam tributis aliisque calamitatibus admodum premi, Arelatensem se contulit ad Auxiliarem Gallia præfectum, qui Germani precibus pro plebe vexata ultrò annuit. Ravennam profectus, ut à Valentiniâno imperatore Aremoricis rebellibus veniam peteret, & ab ipso, ejusque matre Placidiâ honorificè exceptus, ibi paucis post diebus ex hac vita decessit, anno quadragesimo quadragesimo octavo. Corpus ejus postea honorifico comitatu Autissiodorum delatum est. ¶ Hac die commemorantur sancti Abdon & Sennes, Persæ, qui Décio Imperatore, accusati quod corpora Christianorum, quæ inhumata projiciebantur, in suo prædio sepelissent;

MIR. Pars Æstiva.

justu Imperatoris comprehensi sunt, & diis iussi sacrificare. Quod cum facere renuerent, & Jesum Christum Deum constantissimè prædicarent, traditi sunt in custodiam. Illos postea Romam rediens Décius victos duxit in triumpho. Qui cum in urbe ad simulacra pertracti essent, ea detestati conspuerunt. Eam ob rem urbis ac leonibus objecti sunt: sed feræ eos non attigere. Quare gladiis trucidati, colligatis pedibus tracti sunt ante solis simulacrum. Quorum corpora clam inde asportata Quirinus Diaconus sepelivit in suis ædibus.

*Oratio.*

**D**A nobis, Dómine, in hac sancti Germani festivitate, cœlestis gratiæ, quam ille verbis, opéribus, & miraculis asseruit, præsens adesse præsidium; ut dum tanti Præsulis exempla miramur & colimus, ejus etiam fidem & actiones imitemur; Per Dóminum.

*Pro Commem. SS. Abdonis & Sennis, Mart. Ant. Beati. V. Eruer. Oratio.* Deus, invisibilis. xv.

D I E X X X I.

In Festo

SANCTI IGNATII,

Presbyteri.

*Semiduplex.*

*Omnia de Communi SS. Presbyterorum. xxviii.*

*Lectio ij.*

**I**Gnátius in Dicecesi Pompeionensi nobilibus parentibus natus est. Adolescens à militia seculari ex lectione piorum librorum ad Deum con-

E c

versus, factâ in monte Serrato omnium delictorum exomologesi, apud Minorissam inter egenos quibus vilissima etiam obsequia exhibebat, vitam asperam egit. Hinc Romam, dein Jerosolymam se contulit; perlustratisque sacris locis, in Hispaniam reversus, tricésimum jam agens annum, Grammaticis, Philosophicis, atque Theologicis operam dedit. Parisios adiens, studia illa repetiit, eleemosynis interim victitans, non intermissis caritatis & poenitentiae operibus. Ibi socios sibi adjunxit Parisiensis Academiae gradibus insignes, qui in inferiori Ecclesia Montis-Martyrum sese omnes in proximi auxilium devoverunt: & hæc fuere Societatis Jesu incunabula; quam

postea, addito ad tria religionis vota de Missionibus quarto, Ignatius instituit; & à Paulo tertio confirmatam, in Præpositum generalem electus, summâ cum prudentiâ rexit.

*Lectio iij.*

**P**Ræcipua illi cura erat, ut rudes & pueri doctrinam christianam perdiscerent, carceribus inclusi levarentur, Sacramentorum usus & frequentior esset & sanctior. Non enim ab operibus caritatis difficultates, non contumeliæ aut irrisiones deterrébant. Ad Deum omnia referébat, his verbis, Ad majorem Dei glóriam, velut symbolo uti solitus. Romæ obdormivit in Domino; eumque Gregorius decimus- quintus Sanctis adscripsit.

*Oratio.* Deus, qui in. xxxj.

## FESTA AUGUSTI.

D I E I.

In Festo

S A N C T I P E T R I,  
Apostoli, ad Vincula.

*Duplex I. Ordinis.*

*Psalmi de Feria in toto Officio.*

*Ant.* **D**abo te populo huic  
7. c. in murum æreum,  
& bellabunt adversum te, &  
non prævalébunt. *Jerem. 15.*

*Ant.* 4. *D.* Ne timeas, serve  
meus, neque pæveas; quia ecce  
ego salvábo te. *Jerem. 30.*

*Ant.* 1. *g.* Liberábo te;  
eruens liberábo te, & gládio  
non cades. *Jerem. 39.*

*Ant.* 2. *D.* In die illa con-

teram jugum de collo tuo, &  
vincula dirumpam. *Jerem. 30.*

*Ant.* 8. *G.* Ego ante te ibo,  
& gloriófos terræ humiliábo:  
portas areas conteram, &  
vectes férreos confringam.  
*Is. 45.*

*Capitulum.* *Jerem. 1.*

**E**Go dedi te hodie in civitatem  
munitam, & in colum-  
nam férream, & in mu-  
rum æreum super omnem ter-  
ram, régibus Juda, principi-  
bus ejus, & sacerdotibus, &  
populo terræ; & bellabunt  
adversum te, & non prævalé-  
bunt, quia ego tecum sum, ait  
Dóminus, ut liberem te.

Et. Eris quasi os meum, dicit Dominus: convertentur ipsi ad te, & tu non convertéris ad eos: \* Ego verò tecum sum, ut salvem te, & eruam te. *Ps.* Dixit Jesus Petro: Cùm esses júnior, cingébas te, & ambulábas ubi volébas; cùm autem senúeris, álius te cinget: \* Ego. Glória. \* Ego. *Jerem.* 15. *Joan.* 21.

*Hymn.* Qui Christiáno. *inf.* *Ps.* Dómine Deus meus, in te sperávi; *Rz.* Salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me. *Pf.* 7.

*Ad Magnificat. Ant.* 3. a. Dñs Deus auxiliátor meus, & scio quia non confundar. *Is.* 50.

*Oratio.*

**D**EUS, qui beátum Petrum Apóstolum, à vinculis absolutum, illæsum abire fecisti: nostrórum, quæsumus, absolve vincula peccatórum; ut ab eórum nexibus expediti, viam mandatórum tuórum liberá menté currámus; Per.

*Fit Commem. S. Ignatii.* *Ant.* Induit. *Ps.* Glória. xxxiiij. *Oratio.* Deus, qui in Ecclésiæ. xxxj.

*Deinde S. Felicis, Martyr.* *Ant.* Nemo. *Ps.* Justus. *Oratio.* Adesto. x.

AD OFFICIUM NOCTUR.

*Invit.* Dóminum qui solvit compeditos, \* Veníte, adorémus. *Pf.* 145.

*Pf.* 94. Veníte 2.

*Hymnus.*

**Q**UI Christiáno gloriantur nómine,  
Ahéna frustra vincla captívos tenent;  
Frustrá fatelles servat in-somnis fores;

Inter caténas mente stant libérrimã.

ORNANT revinctos inviden-dæ cómpedes;

Nec ponderósã, quas amor leves facit:

Non densa tetri cárceris nox óbfidet,

Æterna summo quos manet cælo dies.

DULCES caténæ! quæ reum non árguunt,

Sed Christi amantem quæ probant Apóstolum:

Regum corónis, áureis monílibus,

Vos sacra pluris æstimámus vincula.

PATRI suprémo sit supréma glória;

Tibique laudes totus orbis cóncinat,

Æterne Fili, Splendor æterni Patris:

Compar sit almo laus decusque Flámini. Amen.

IN I. NOCTURNO.

*Ant.* 8. G. Petrus & Joannes ascendébant in templum ad horam oratiónis nonam. *Act.* 3.

*Ant.* 3. c. Vir qui erat claudus ex útero matris suæ, bajulabátur; quem ponébant quotidie ad portam templi, ut péteret eleemósynam. *Act.* 3.

*Ant.* 7. ç. Intuens in eum Petrus, dixit: Argentum & aurum non est mihi; quod autem hábeo, hoc tibi do: In nómine Jesu Christi Nazaréni surge, & ámbula. *Act.* 3.

*Ps.* Dómine Deus meus, sciant quia manus tua hæc: *Rz.* Et tu, Dómine, fecisti eam. *Pf.* 108.

*Lectiones de Script. occurr.*  
E e ij

*Post. j. Lect. R.* Petrus, apprehensâ manu claudi dextrâ, allevavit eum; & protinus consolidatæ sunt bases ejus & plantæ. Et \* Exiliens stetit, & ambulabat. *Ps.* Deus ipse veniet, & salvabit vos; tunc saliet sicut cervus, claudus. \* Exiliens. *Act. 3. Is. 35.*

*Post. ij. Lect. R.* Intravit cum illis in templum, ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Et \* Vidit omnis populus ambulantem & laudantem Deum; & impleri sunt stupore. *Ps.* Deus in medio civitatis judicium suum dabit in lucem, & non abscondetur: \* Vidit. *Act. 3. Soph. 3.*

*Post. iij. Lect. R.* Petrus respondit ad populum: Quid miramini in hoc? Deus glorificavit Filium suum Jesum; \* Et in fide nominis ejus, † Hunc quem vos vidistis, confirmavit nomen ejus. *Ps.* Signa Dei excelsi magna sunt, & mirabilia ejus fortia; \* Et. Glória. † Hunc. *Act. 3. Dan. 3.*

#### IN II. NOCTURNO.

*Ant. 2. D.* Loquentibus Petro & Joanne, supervenerunt Sacerdotes, & injecerunt in eos manus. *Act. 4.*

*Ant. 1. D.* Posuerunt eos in custodiam: multi autem crediderunt, & factus est numerus virorum quinque millia. *Act. 4.*

*Ant. 4. E.* Factum est in crastinum, ut congregarentur principes, & seniores, & Scribæ; & statuentes eos in medio, interrogabant. *Act. 4.*

*Ps.* Auxit Dominus populum suum vehementer; *R.* Et firmavit eum super inimicos ejus. *Pf. 104.*

#### Lectio iv.

*Ex Act. Apost. & Hist. Eccl. monum.*

**P**etrus Apóstolus propter nomen Domini Jesu vincula & cárceres, non unâ vice, nec uno in loco expertus est. Nam primò quidem statim à Pentecoste, claudo ad portam templi sanato, dum populum cum Joanne allóquitur, invidiâ Sacerdórum in custodiam detrusus est; unde productus in crastinum, tantam ostendit constantiam, ut ipsi principes satis admirari non possent intérritam hominis illiterati libertatem; & número credentium, auctâ ex ipsis Apóstoli vinculis fiduciâ, ad quinque millia accrésceret. Non ita multò post cum solâ Petri prætereuntis umbrâ omnis cujusque morbi species sanaretur, rursus per Pontíficem & Sadducæos ipse cum ceteris Apóstolis in cárcerem públicum adductus est, & postea flagellis cæsus, quòd ob hominum interdicta, jussa Dei à se contemni non posse respondisset. Tertiâ vice, occiso Jacobo, cum Heródes hanc eadem Judæis non ingrátam esse perspiceret, Petrum itidem in cárcerem trudi, & caténis duabus vinctum, per quatuor militum quaterniones asservari præcepit; unde nihilominus per Angelum mirabiliter eductus est. Ultimò, Romæ cum martyrium pertulit, in custodia Mamertini asservatus, & Nerónis jussu caténis constrictus fuisse traditur, quæ in Romána Ecclesiâ speciali honore à primis sæculis habitæ

sunt. Scribit autem Arator, ejusdem Ecclesiæ sexto sæculo Subdiaconus, etiam ex Jerosolymis Petri catenas, aut certe unam ex iis quibus illic victus fuerat, jam Romæ suâ ætate servatas fuisse: unde non mediocriter aucta est illarum veneratio; structâ præsertim, ut ex aliis Ecclesiæ Romæ monumentis perspicitur, per juniorem Eudoxiam Valentiniani tertii uxorem in monte Esquilino Basilicâ, nomine sancti Petri ad Vincula. Quæ cum Calendis Augusti dedicata esset, ejus memoriæ dies festus institutus est.

R. Repléus Spiritu sancto Petrus, dixit: Si nos hodie dijudicamur in benefacto, \* Notum sit omni plebi Israël, quia in nomine Jesu Christi iste astat coram vobis sanus. V. Qui custodiébant animam meam, consilium fecerunt in unum; ego autem adjiciam, ut annuntiem potentiam tuam: \* Notum. Act. 4. Ps. 70.

De Expositione sancti Joannis Chrylóstomi in Epistolam ad Ephésios.

Homiliâ 8. Lectio v.

Nihil est æquè præclarum atque vincula propter Christum. Si quis amat Christum, novit quod dicitur: si quis Domini amore uritur, novit vim vinculorum & dignitatem. Victum esse propter Christum, fortassè est præclarior quam sedere à dextris ejus; hoc est magnificentius, quam sedere super duodecim sedes. Aliis quidem videtur ridiculum, si probrum & contumelia dignitatis & læti-

tia loco habeantur: iis autem qui sciunt Christi desiderium, quid beatius quam contumeliis affici? Vellem ego quidem nunc esse iis in locis in quibus dicuntur manere illa vincula: vellem videre catenas quas pertimescunt quidem & horrent demones, reverentur autem Angeli. Nihil est enim melius quam mala pati propter Christum. O beata vincula! O beatas manus quas ornavit illa catena! Ego si fuissem illis temporibus, tunc maxime eas essem amplexus: certassem illas deosculari manus, quæ dignæ sunt habitare pro Domino meo vinciri.

R. Princeps Sacerdotum, & omnes qui cum illo erant, posuerunt Apostolos in custodia publica. Angelus autem Domini per noctem aperiens januas carceris, dixit: Ite, \* Et stantes loquimini in templo verba vitæ hujus. V. Exultate in conspectu ejus qui educit victos in fortitudine; \* Et stantes. Act. 5. Ps. 67.

Lectio vj.

Erat, inquit Lucas, Petrus victus, & traditus militibus; & dormiebat. Non dormisset, si in magna fuisset sollicitudine. Dormiebat inter milites; & venit ad eum Angelus, & percusso ejus latere, eum excitavit. Si quis ergo mihi diceret: Quid malles, an esse Angelus qui Petrum pupugit, an Petrus qui salvus evasit? mallem esse Petrus, propter quem venit Angelus; illa mihi prodesse vincula. Quid ergo? Quomodo, inquit, precatur tanquam

E c i j

liberatus magnis malis? Ne mireris: precatur enim timens ne moriatur. Timebat autem mori, propterea quod vitam adhuc materiam vellet ac causam ferendi cruciatus. Quanta est gloriatio scire quod propter Christum sit vincus! Quanta voluptas, quantus honor, quantus splendor! Vellem hæc perpetuo effari.

*R.* Præcepimus vobis ne doceréis in nomine isto; & ecce replestis Jerúsalem doctrinam vestram. Respondens Petrus, & Apostoli: dixerunt: \* Obedire oportet Deo magis quam hominibus. *ψ.* Est Dominus vivus ipse in cælo potens, qui iussit. \* Obedire. Gloria Patri. \* Obedire oportet. *Act. 5. 2. Mach. 15.*

### IN III. NOCTURNO.

*Ant. 6.* Cum audissent Apostoli quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Joannem. *Act. 8.*

*Ant. 5. a.* Imponébant manus super illos, & accipiébant Spiritum sanctum. *Act. 8.*

*Ant. 8. c.* Invenit hominem quemdam paralyticum, & ait illi Petrus: *Ænéa*, sanat te Dominus Jesus Christus. Et continuo surrexit. *Act. 9.*

*ψ.* Venite & videte opera Domini, *R.* Quæ posuit prodigia super terram. *Pf. 45.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 16.*

**I**N illo tempore; Venit Jesus in partes Cæsarææ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? Et réliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

*In Matth. Homil. 55. n. 1.*

**V**OS verò quem me esse dicitis? Quid igitur os Apostolorum Petrus?

Semper fervens, chori Apostolici coryphæus, cum omnes interrogati essent, ipse responderet. Et cum de sententia populi Christus sciscitaretur, omnes responderunt: cum autem de sua eos rogaret, Petrus profilit & prævertit, aitque; Tu es Christus, Filius Dei vivi. Quid ergo Christus? Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalébunt adversus eam; & Quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis. Viden quomodo ad sublimiorem de se opinionem Petrum erigat, & seipsum revélet, ac per hæc duas promissiones se Filium Dei esse ostendat? Nam quæ uni Deo sunt propria, nempe peccata solvere, Ecclesiam in tanto fluctuum concursu immotam reddere, hominemque piscatorem, toto impugnante orbe, petrâ firmiorem reddere, hæc se illi daturum pollicetur: sicut Pater Jeremiam alloquens, dicebat se posuisse illum sicut columnam æream & sicut murum; sed illum uni genti, hunc autem in universo terrarum orbe.

*R.* Petrus in medio fratrum dixit: Deus elégit per os meum audire Gentes verbum Evangelii & credere; \* Et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum

sanctum, sicut & nobis. *ψ.* Salvabis me à contradictionibus pópuli mei: pópulus quem non cognóvi, servivit mihi; \* Et. *Act. 15. 2. Reg. 22. Ps. 17.*

n. 2.

*Lectio viij.*

**L**ibenter quærerem ab iis qui dignitatem Filii minorem quam Patris volunt, quæ majóra sint dona, an quæ Pater, an quæ Filius Petro dedit. Nam Pater revelatióem Filii Petro dedit; Filius verò & Patris & suam revelatióem per totum orbem disseminávit, ac mortáli hómini omnem in cœlo potestatem dedit, dum claves illi trádidit, qui Ecclesiám per totum terrarum orbem extendit, & cœlis firmiorem monstrávit. Nam ait: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Quómodo ergo minor is qui talia dedit, qui talia fecit? Hæc porro dico, non quòd Patris & Filii ópera dividam: ómnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil; sed ut impudentem illórum linguam réprimam, qui talia proferre audent. Ex his autem ómnibus ejus poténtiam animáverte: Ego tibi dico, tu es Petrus: ego ædificábo Ecclesiám: ego tibi dabo claves cœlórum.

*R.* Augebátur credéntium in Dómino multitúdo, ita ut in pláteas eijcerent infirmos; ut veniente Petro, saltém umbra illius obumbráret quemquam illórum: qui \* Curabantur omnes. *ψ.* Erit odor ejus ut Líbani; convertentur sedentes in umbra ejus, & vivent. \* Curabantur. *Act. 5. Of. 14.*

*[ Si transferatur*

n. 3.

*Lectio ix.*

**C**um hæc dixisset, præcepit eis ut némini dicerent quòd ipse esset Christus. Et cur præcepit? Ut scándalis de médio sublátis, & cruce atque aliis quæ passus est consummátis, nullóque demum restante quod vel impediret, vel turbáret fidem in ipsum à multis susceptam, sincéra & immóbilis circa ipsum opinio in auditorum ánimis imprimeretur. Certè, si ii qui signa viderant plúrima, & tot inefabílium mysteriórum participes erant, vel solo auditu scandalizáti sunt, immò non ipsi soli, sed & Petrus ómnium coryphæus; cógites velim quid passúri erant plúrimi, si didicissent ipsum esse Filium Dei, & póstea vidissent eum crucifigi, & sputis fœdari, cum mysteriórum hujúsmodi arcána non nossent, necdum Spíritum sanctum accepissent. Et ut discas quantum intéreat plenam póstea doctrinam accipere, summótiis iis quæ offendiculo esse póterant, id ab ipso coryphæo áccipe. Ipse namque Petrus, qui post tor mirácula ádeò imbecillus apparuit, ut negáret, vilemque puellam timéret, postquam crucis peracto mystério, resurrectionis claras hábuit demonstratiónes, cum nihil illi ultrá offendiculo esset, nihil illum turbáret; sic immótata tenuit Spíritus doctrinam, ut veheméntius quàm leo in Judæórum pópulum irrúeret, etsi perícula & mille mortes imminérent.]

E e iv

De S. Felice, Martyre.

Lectio ix.

Ex Martyrol. Hisp. &amp; Boll.

**F**elix genere Afer, in Scilitána civitate tot Martyribus insignita natus, ex Africa martyrii desiderio in Hispaniam migravit ubi audiverat à Daciáno Christiános crudelissimè vexári. Barcinónæ primùm prædicationis suæ apostólica munia exercuit; tum se Gerundam contulit, unde cognómine Doctóris Gerundensis quin & apóstoli & prophætæ solet designári. Ibídem propter Christum diversa suppliciórum génera expertus, invictum Dómino spíritum reddidit. Cultus ejus tanta est antiquitas & célébritas ut in ómnibus Martyrológiis memorétur. Præcipuæ ejus reliquiæ Gerundæ asservantur. Quædam ejusdem miracula recenset sanctus Gregórius Turonensis libro primo de glória Mátyrum.

**R.** Factum est ut morerétur quædam discipula plena opéribus bonis: & cum advenisset Petrus, ponens génua orávit, & dixit: Tabitha, surge; & assignávit eam vivam. \* Notum factum est signum; & credidérunt multi in Dómino. **Ps.** Dómine, in virtúte tua magna fecisti tibi nomen, & dedisti timórem tuum in cordibus nostris, ut invocémus te. \* Notum. Glória Patri. \* Notum. *Act. 9. Baruch 2.*

Te Deum.

A D L A U D E S.

*Ant.* **M**isit Heródes rex 2. **D.** Manus, ut afflige-

ret quosdam de Ecclesia; & Petrum misit in cárcerem. *Act. 12.*

*Ant. 3. c.* Petrus servabatur in cárcere; oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. *Act. 12.*

*Ant. 6.* Cum producturus cum esset Heródes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vincetus caténis duabus. *Act. 12.*

*Ant. 7. d.* Angelus Dómini ástitit, & lumen refulsit in habitaculo; percussioque lateris Petri, excitavit eum; & ceciderunt caténæ de manibus ejus. *Act. 12.*

*Ant. 5. a.* Dixit Angelus ad eum: Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum. *Act. 12.*

Capitulum. Sap. 10.

**S**apientia justum non dereliquit, sed à peccatoribus liberavit eum; descenditque cum illo in fóveam, & in vinculis non dereliquit illum.

Hymnus.

**P**ETRUM, tyranne, quid caténis obruis, Jubesque condi cárceris nigro specu?

Quid trux satelles ante limen excubat?

Carcer, satelles, vincla non Petrum tenent.

**F**ULGENS ab alto venit Ales athere;

Recedit horror, & fugat noctem dies:

Jubente Christo, rupta vincla concidunt;

Panduntur ultro clausa ferro limina.

**C**ÆLESTIS ille ductor ostendit viam:

It Petrus ; atque s6mnum  
quod sit , putat :

Verum , recepta mente ,  
victtricem Dei

Suae salutis certus agnoscit  
manum.

LUX nostra , Christe , nostra  
libertas , vides

Quibus catenis vinciant nos  
crimina ,

Et quanta nostris incubet  
nox mentibus :

Cæcis diem fer , rumpe vin-  
ctis vincula.

PATRI supremo sit suprema  
gl6ria ;

Tibique laudes totus orbis  
concinat ,

Æterne Fili , splendor æter-  
ni Patris :

Compar sit almo laus de-  
culque Flãmni.

Amen.

Ï. Dirupisti vincula mea :

R. Tibi sacrificabo hostiam  
laudis. *Pf.* 115.

Ad Benedictus , *Ant.* 5. C.

Petrus ad se reversus , dixit :

Nunc scio verè quia misit D6-  
minus Angelum suum , & eri-  
puit me de manu Her6dis , &

de omni expectatione plebis  
Judæorum. *Act.* 12.

*Oratio.*

DEUS , qui beatum Petrum

Apostolum , à vinculis

absolutum , illæsum abire fe-  
cisti : nostrorum , quæsumus ,

absolve vincula peccatorum ;

ut ab eorum nexibus expediti ,

viam mandatorum tuorum li-  
bera mente curramus ; Per

Dominum nostrum Jesum

Christum Filium tuum.

*Pro Commem. S. Felicis.*

*Ant.* Bonum. Ï. Adjutor. O-

ratio. Adesto. x.

A D P R I M A M.

*Ant.* Misit.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Petrus.

*Capitulum.*

*Jac.* 5.

ORate pro invicem , ut  
salvemini ; multum enim  
valet deprecatio justis assidua.

R. *br.* Clamaverunt justis ,

\* Et Dominus exaudivit eos.

Clamaverunt. Ï. Et ex omni-

bis tribulationibus eorum \*

liberavit eos , \* Et. Gl6ria.

Clamaverunt. *Pf.* 33.

Ï. Exaudivit pauperes D6-

minus , R. Et vincitos suos non

despexit. *Pf.* 68.

A D S E X T A M.

*Ant.* Cum producturus.

*Capitulum.*

*Jerem.* 17.

ECce ipsi dicunt ad me :

Ubi est verbum Domini ?

veniat. Et ego non sum turbatus ,

te pastorem sequens ; &

diem hominis non desideravi.

R. *br.* In pace in idipsum

\* Dormiam & requiescam. In

pace. Ï. Quoniam tu , Domi-

ne , \* singulariter in spe con-

stituisti me , \* Dormiam. Gl6-

ria. In pace. *Pf.* 4.

Ï. Deus meus , in te confi-

do , non erubescam ; R. Ne-

que irrideant me inimici mei.

*Pf.* 24.

A D N O N A M.

*Ant.* Dixit Angelus.

*Capitulum.*

*Genes.* 49.

DIssoluta sunt vincula bra-

chiorum & manuum il-

lius per manus Potentis Jacob.

R. *br.* Misit de caelo D6mi-

nus , \* Et liberavit me. Misit.

Ï. Dedit in opprobrium \*

conculcantes me , \* Et libera-

vit me. Gl6ria. Misit. *Pf.* 56.

Ï. Salvum me fecit D6mi-

nus, R. Quoniam voluit me.  
Pf. 17.

AD II. VESPERAS.

Ant. **U**sque ad mortem per-  
3. G. riclitatus sum, & li-  
beratus sum gratia Dei. *Eccli.*  
34.

Ant. 5. C. Dominus mihi  
astitit, & liberatus sum de ore  
leonis. 2. *Tim.* 4.

Ant. 6. Factus es mihi adjur-  
ror, Domine, & liberaisti me  
a rege iniquo. *Eccli.* 51.

Ant. 1. g. Liberaisti me se-  
cundum multitudinem miseri-  
cordia nominis tui, de ma-  
nibus querentium animam  
meam. *Eccli.* 51.

Ant. 3. a. Cantate Domino,  
laudate Dominum; quia libe-  
ravit animam pauperis de ma-  
nu malorum. *Jerem.* 20.

Capitulum. 2. *Reg.* 22.

**P**ervenit me in die affli-  
ctionis meae, & factus est  
Dominus firmamentum meum,  
& eduxit me in latitudinem;  
liberavit me, quia complacui  
ei.

*Hymnus*, Petrum. 440.

Ps. Deus, educis me ab  
inimicis meis; R. Propterea  
confitebor tibi in gentibus.  
2. *Reg.* 22.

Ad Magnificat. Ant. 4. D.  
Narravit Petrus quomodo Do-  
minus eduxisset eum de carce-  
re, dixitque: Nuntiante Ja-  
cobo & fratribus haec; &  
egressus abiit in alium locum.  
*Act.* 12.

*Oratio*, ut supra ad Lau-  
des.

Deinde S. Stephani, Papa  
& Martyris. Ant. Nemo. Ps. Ju-  
stus. vij. *Oratio*, Deus, cujus  
gratia. x.

D I E I I.

In Festo

SANCTI STEPHANI,  
Papae & Martyris.

*Simplex.*

*Omnia de Communi SS.*  
*Pontificum.*

*Lectio iij.*

**S**Téphanus post Lúcium,  
Successorem Cornélii, Ro-  
mánam rexit Ecclesiám. Hunc  
adiit Basílides in Hispánia  
Episcopus; qui uná cum Mar-  
tiále a Concilio Episcoporum  
Hispaniæ propter idololatriá  
& alia crimina sede suá de-  
jectus, ad communionem lai-  
cam redactus fuerat; & ab eo,  
rei gestæ & tacitæ veritatis  
ignaro, obtinuit ut sedi suæ  
restitueretur, ad superiora  
peccata fallaciæ & circum-  
ventionis crimen adjungens.  
Grassabatur his temporibus  
Novatianorum hæresis, quæ  
pœnitentibus lenitatis pater-  
næ solatia claudébat sine spe  
pacis & communicationis. His  
cum se Marciánus Arelatensis  
adjunxisset, Stéphanus pri-  
mum a Faustino Lugdunensi,  
subinde a sancto Cypriano  
monitus est in hunc modum:  
Dirigantur in Provinciám &  
ad plebem Arelate consisten-  
tem a te litteræ, quibus ab-  
stento Marciáno, alius in lo-  
cum ejus substituatur; & grex  
Christi, qui in hodiernum ab  
illo dissipatus & vulneratus  
contémnitur, colligatur. Ec-  
clesiæ tamen discissæ, ad unitá-  
tem reversæ sunt; & redditam  
insperatò pacem ipsi Stéphano  
per litteras gratulatus est san-  
ctus Dionysius Alexandrinus.  
Alia non minor exorta est

controversia, utrum baptizati ab hæreticis ad Ecclesiam redeuntes, denuò essent baptizandi; de qua ad Cyprianum ita scripsit Stéphanus: Nihil innovetur nisi quod traditum est. Demum post administratam per tres annos Ecclesiam, in persecutióne Valeriani Martyr occubuit.

*Oratio, Deus, cujus. x.*

*VESPERÆ de Psalterio: à Capitulo de sequenti, ut in Communi unius Martyr. vij. Oratio, ut infra, 444.*

*Fit Commem. SS. Machabæorum. Ant. Parati sumus mori magis quam patrias Dei leges prævaricari. 2. Mach. 7.*

*Y. Iniquè non egimus in testamento tuo, Domine; R. Et non recessit retrò cor nostrum. Ps. 43.*

*Oratio. Fraterna. ut infra.*

### D I E I I I.

In Inventione Corporis  
SANCTI STEPHANI,  
PROTOMARTYRIS.

*Semiduplex.*

*Omnia ut in Communi unius Martyris, vij. exceptis qua sequuntur.*

*Invit. Jesum quem vidit Stéphanus stantem à dextris Dei, \* Venite, adoremus. Act. 7.*

*Pf. 94. Venite. 2.*

*Sermo sancti Augustini  
Episcopi.*

*Serm. 318. de Mart. Steph.*

*Lectio ij.*

**A**udistis, cum passiónis Stéphanii lectio legeretur de libro canónico Actuum Apostolorum, quemadmodum lapidatus sit à Judæis, quemadmodum commendá-

verit Domino spiritum suum, quemadmodum etiam in extremo, genibus fixis, oraverit pro lapidatoribus suis. Hujus corpus ex illo usque ad ista tempora latuit. Nuper autem apparuit, sicut solent apparere sanctorum Martyrum corpora, revelatióne Dei, quando placuit Creatori. Præcedentibus enim signis, locus demonstratus est; & quomodo fuerat revelatum, sic & inventum est. Multi inde reliquias acceperunt, quia Deus voluit; & huc venerunt. Commendatur ergo caritati vestræ & locus & dies; utrumque celebrandum in honorem Dei, quem confessus est Stéphanus. Nos enim in isto loco non aram fecimus Stéphanio, sed de reliquiis Stéphanii aram Deo.

*De SS. Machabæis.*

*Lectio iij.*

**M**Achabæi fratres septem quorum memoria Calendis Augusti consignata est in Martyrológiis, ante Christi tempora pro patriis legibus ab Antiocho Epiphane variis suppliciorum generibus tentati, fortiter sanguinem fuderunt. Horum diem natalem jam à quarto sæculo solemnem in Ecclesia fuisse, testes sunt Gregorius Nazianzenus aliique sancti Patres, qui eo die sermones ad populum habuerunt, in quibus eorum triumphos eo potissimum nomine magnificentius efferunt, quod qui nondum proposito Christi exemplo, tantam constantiam ostenderunt, multo fortiores fuissent, si post passionem Christi illos in certamen def-

céndere contigisset, quamvis ómnibus Dei amatóribus semper fuisse persuásum testentur néminem eórum qui ante adventum Christi martyrio consummáti sunt, id sine fide in Christum cónsequi potuisse.

*Oratio.*

**O**Mnípotens, sempiternæ Deus, qui primítias Mártirum in beati Levítæ Stéphani sángine dedicasti: tribue, quæsumus, ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis étiam persecutoribus exorávit Dóminum nostrum Jesum Christum Filiúm tuum; Qui tecum vivit & regnat.

*Pro Commem. SS. Machab.*

*Ant.* Rex mundi defunctos nos pro suis légibus in æternæ vitæ resurrectione suscitábit. 2. *Mach.* 7.

Ÿ. Judicábit Dóminus pópulum suum, R. Et in servis suis deprecábitur. *Psf.* 134.

*Oratio.*

**F**Raterna nos, Dómine, Mártirum tuórum coróna lætificet, quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtútum, & multiplici nos suffrágio consolétur; Per Dóminum.

*VESPER. de S. Dominico, ut in Communi Presbyteror. xxviii. Orat.* Deus, qui. *ut inf.*

*Fit Commem. S. Stephani, Protomartyris. Ant.* Bonum. Ÿ. Adjútor. xj. *Orat. ut suprâ.*

## D I E I V.

In Festo

S. DOMINICI, PRESBYT. Institutor. Ord. Prædic.

*Duplex II. Ordinis.*

*Omnia ut in Communi SS. Presbyterorum. xxviii. additis qua sequuntur.*

## IN I. NOCTURNO.

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

## IN II. NOCTURNO.

*Lectio iv.*

*Ex ejus Vit. à Theod. de Appold. Scriptâ.*

**D**Ominicus Calárogæ in Hispánia ex nobili Gulmannórum família natus est. Hunc mater dum útero gestáret, quædam vidisse per quietem tráditur, ex quibus conjicere pronum esset, eum quem parítura erat, splendóre sanctitátis & doctrínæ multos ad pietátem christiánam inflammatúrum. Paléntiæ liberalibus disciplinis ac Theológiæ óperam dedit. Quo in stúdio cum plúrimúm profecisset, annos natus viginti novem inter Canónicos Reguláres Uxamenfis Ecclesiæ coopátus est. Hujus ingénium & virtus máximé enítuit, tum in impietáte Mahumetanórum expugnanda, tum præcipuè in everrendis Albigénsibus hæreticis qui Tolosátes pervértete conabantur. Huic óperi, primúm auctóre Didáco Episcopo suo, pósteá cum Legátis Apostólicis, & adjunctis iisdem Cisterciensis Ordinis Abbatibus, non sine crebro vitæ discrimine per annos novem, verbo, précibus, & miraculis incubuit. Qui labor fructus ubérrimos prótulit, conversis infinito propè número tam viris quàm mulieribus; inter quas cum plures ad sanctimonialem vitam aspiráre cerneret, iis excipiendis monastérium in loco tunc Pruliáno dicto, Fulcône Tolosáno Epís-

copo consentiente, constituit: quod Simon, Comes de Monteforti, multis donationibus auxit.

*Lectio v.*

Postea cepit etiam adsciscere sibi socios, quibuscum vitæ communis rationem institueret; quos Fulco, Tolosanus Episcopus, cum se hæreticis ad fidem revocandis, & pravis mortalium moribus corrigendis devoverent, in diocesi sua retinere constituit; Dominicum verò secum Romam adduxit ad Synodum quam in Basilica Lateranensi quartam Innocentius Papa tertius indixerat, ut de proposito instituto cum Pontifice ageret, ejusque confirmationem obtineret. Sed hæc Innocentio, propter Decretum quod de verandis novis Ordinibus enixè à Patribus in Synodo petebatur, differenda visa est; & Dominicus interim dimissus, ut cum sociis unam ex approbatis antea regulis eligeret. Quo facto, Romam rediens, ab Honorio tertio qui proximus Innocentio successerat, approbationem Ordinis sui sub Augustini regula, & Prædicatorum titulo, impetravit; & primam domum Tolosæ ad Ecclesiam sancti Romani constituit.

*Lectio vj.*

Illinc, anno nondum elapso, septem ex illo sodalitate Parisios missi, quos Dominicus, anno Ordinis tertio Parisios veniens, ad triginta illuc excrevisse reperit; unde horum aliquot in varias regni urbes ad propagandum Ordi-

nem, dum ipse Romam revertitur, direxit. Denique Romæ duobus iterum monasteriis constitutis, anno Christi ducentesimo vigesimo primo supra milliesimum, Bononiæ post celebrata Ordinis comitia, febre correptus, caritatem, humilitatem, paupertatem fratribus testamento relinquens, obdormivit in Domino sextâ die Augusti: quem miraculis clarum postea Gregorius nonus in Sanctorum numerum retulit.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij.* Cap. 10.

In illo tempore; Designavit Dñs & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem & locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidam multa operarii autem pauci. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

*Expositio in Luc. C. 10.*

Bene dicitur, quod misit eos ante faciem suam in omnem civitatem & locum quo erat ipse venturus. Prædicatores enim suos Dominus sequitur, quia prædicatio prævenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculum Dominus venit. Verba exhortationis præcurrunt atque per hæc veritas in mente suscipitur. Et dicebat illis: Messis quidam multa operarii, autem pauci. Rogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Messis multa, populorum significat multi-

tudinem, operarii autem pauci, penuriam Magistrorum.

*Lectio viij.*

**I**sti sunt operarii de quibus Psalmista loquitur: Qui seminant in lacrymis in exultatione metent: euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Et ut apertius loquar, messis multa omnis turba credentium est. Operarii pauci, Apostoli & imitatores eorum qui mittuntur ad messem. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, & nemine in via salutaveritis. Tanta predicatori debet in Deo esse fiducia, ut presentis vite sumptus quamvis non praveat, tamen sibi hos non deesse certissime sciat; ne dum mens ejus occupatur ad temporalia minus aliis praveat aeterna. Cui etiam per viam neminem salutare conceditur, ut sub quanta festinatione iter predicationis pergere debeat ostendatur.

*Lectio ix.*

**Q**uæ si quis verba etiam per allegoriam velit intelligi; in sacculo pecunia clausa, est sapientia occulta. Qui igitur sapientiae verbum habet, sed hoc erogare proximo negligit, quasi pecuniam in sacculo ligatam tenet. Et scriptum est: Sapientia abscondita, & thesaurus absconditus, quæ utilitas in utrisque? Quid verò per peram, nisi opera seculi? Et quid hoc loco per calceamenta, nisi mortuorum operum

exempla signantur? Qui igitur officium predicationis suscipit, dignum non est ut onus secularium negotiorum portet, ne, dum hoc ejus colla deprimit, ad predicanda coelestia non assurgat. Nec debet stultorum operum exempla conspiciere, ne sua opera, quasi ex mortuis pelibus credat munire. Omnis verò qui salutem in via ex occasione salutem itineris, non ex studio obtinendæ ejusdem salutis. Qui igitur non amore aeternæ patriæ, sed præmiorum ambitu, salutem audientibus predicat, quasi in itinere salutem: quia ex occasione, non ex intentione, salutem audientibus exoptat.

*Oratio.*

**D**eus, qui Ecclesiam tuam beati Domini illuminare dignatus es meritis & doctrinis: concede ut ejus intercessione temporalibus non destituatur auxiliis, & spiritualibus semper proficiat incrementis; Per Dominum.

D I E V I.

In Festo

TRANSFIGURATIONIS

D O M I N I.

*Solemne III. Ordinis.*

I N I. VESPERIS.

*Psalmi de Feria.*

*Ant.* **M**agnalia sapientiae suae decoravit Dominus. Quam desiderabilia sunt! & quis satiabitur videns gloriam ejus? *Eccli. 42.*

*Ant. 1. g.* Laudis ejus plena est terra: splendor ejus ut lux erit. *Habac. 3.*

*Ant. 2. D.* Confundetur sol, cum regnaverit Dominus in

monte, & in conspectu seu  
num suorum fuerit glorificá-  
tus. *Is. 24.*

*Ant. 3. a.* Ipsi vidébunt gló-  
riam Domini, & decórem Dei  
nostri. *Is. 35.*

*Ant. 6.* Canticum erit & læ-  
ritia cordis, & auditam faciet  
Dóminus glóriam vocis suæ.  
*Is. 30.*

*Capitulum. Is. 4.*

**I**N die illa erit germen Dó-  
mini in magnificéntia &  
glória, & fructus terræ subli-  
mis, & exultatio his qui sal-  
vati fuerint de Israël.

*R.* Dicébat Jesus discipulis  
suis: Amen dico vobis; sunt  
de híc stántibus, qui \* Non  
gustábunt mortem, donec  
videant regnum Dei véniens  
in virtúte. *Ps.* Pósuit óculum  
suum super corda illórum,  
osténdere illis magnália ópe-  
rum suórum: \* Non gustá-  
bunt. Glória. \* Non gustá-  
bunt. *Marc. 8. Eccli. 17.*

*Hymnus.*

**H**Oc iussa quondam rúm-  
pimus  
Festo die siléntia:  
Celáta dudum jam decet  
Vulgáre nos mystéria.

MONTIS sub alto vértice,  
Tribus vocátis télibus,  
O Christe, visus háctenus  
Terris homo, pates Deus.

TUÆ latens lucis jubar  
Sacros in artus éffluit:  
Vestis tuo te núnime,  
Tibique totus rédderis.

CÆLO tonante, prótinus  
Audita summi vox Patris:  
Te, nube ruptâ, Filium,  
Quo gloriátur, áfferit.

Hic est Magister ómnium,  
Quem pronus orbis áudiat.

Siléte, mortáles; Deus  
Qui nos docet, fatur Deus.

¶ Qui, nube ruptâ, te pa-  
lam

Natum vocávit, laus Patri;  
Tibique Nato; nec minor  
Laus utriusque Flámini.

Amen.

*Ps.* Apud te est, Dómine,  
fons vitæ; *R.* Et in lúmíne  
tuo vidébimus lumen. *Ps. 35.*

*Ad Magnificat. Ant. 7. G.*  
A século non audierunt, neque  
áuribus percepérunt; óculus  
non vidit, Deus, absque te,  
quæ præparasti expectantibus  
te. *Is. 64.*

*Oratio, ut infrà ad Laudes.*

*Fit Commem. sancti Xisti,  
Pape & Mart. Ant.* Nemo.  
*Ps.* Justus. vij. *Oratio, Quæ-  
sumus, omnipotens Deus.  
infrà.*

AD COMPLETORIUM, *su-  
per Psalmos. Ant.* Mélior est  
dies una in átriis tuis super  
millia. *Ps. 83.*

*In fine Hymni, Doxologia:*

Qui, nube ruptâ, *ut supra.*  
AD OFFICIUM NOCTUR.

*Invitat.* Splendórem glóriæ  
Dei Christum, \* Veníte, ado-  
rémus. *Hebr. 1.*

*Ps. 94.* Veníte. 2.

*Hymnus.*

**Q**UAM nos potenter álli-  
cis!

Te, Christe, quando déregis,  
Te quando celas, próvidus  
Nobis peræquè consulis.

Hic nos adoptat filios

Qui te vocávit Filium;  
Sponsor futuræ glóriæ  
Dat certa nobis pignora.

E nube quid, Pater, pro-  
bas?

De monte, Fili, quid doces?

Umbris procul cedentibus,  
Restabat una veritas.

Ut iussa Patris impleas  
Mactanda mundo victima,  
Formam resumens pristinam,  
Mortalitati redderis.

FAC, Christe, qui nobis la-  
tes,  
Obscura dum regit fides,  
Fracto solutos corpore  
Nos te videre, te frui.

QUI, nube rupta, te palam  
Natum vocavit, laus Patri;  
Tibique Nato; nec minor  
Laus utriusque Flámini.

Amen.

### IN I. NOCTURNO.

*Psalmi de Dominica, &  
sic in reliquo Officio.*

*Ant. 1. D. Assumpsit Jesus  
Petrum, & Jacobum, & Joan-  
nem, & ascendit in montem  
ut oraret. Luc. 9.*

*Ant. 2. D. Ducit illos in  
montem excelsum seorsum so-  
los, & transfiguratus est coram  
ipsis. Marc. 9.*

*Ant. 3. c. Facta est, dum  
oraret, species vultus ejus ál-  
tera, & resplenduit facies ejus  
sicut sol. Luc. 9. Matth. 17.*

*ψ. Speciosus formá præ fi-  
liis hominum: & diffusa est  
gratia in labiis tuis. Ps. 44.*

*Lectiones de Scriptura occur-  
rente.*

*Post. j. Lect. &.* Date Dómi-  
no glóriam nómini ejus: \*Ve-  
nite in conspectu ejus, & ado-  
rate Dóminum in decóre san-  
cto. *ψ.* Deus Patrum nostró-  
rum glorificávit Filium suum  
Jesum. \*Veníte. 1. *Paral. 16.*  
*Act. 3.*

*Post ij. Lect. &.* Dóminus  
Deus meus, magnificátus es  
vehementer: \* Confessióem

& decórem induisti, ami-  
ctus lumine sicut vestimento.  
*ψ.* Vestimenta facta sunt  
splendéntia & cándida ni-  
mis. \* Confessióem. *Pf. 103.*  
*Marc. 9.*

*Post iij. Lect. &.* Deus qui  
glorificátur in concílio san-  
ctorum, \*Magnus & terríbilis  
super omnes qui in circúitu  
ejus sunt. *ψ.* Notam fécimur  
vobis Dñi nostri Jesu Christi  
virtútem & præsentiam, spe-  
culatóres facti illius magni-  
túdinis. \*Magnus. Glória. \*  
Magnus. *Pf. 88. 2. Petr. 1.*

### IN II. NOCTURNO.

*Ant. 7. d.* Erat species gló-  
riæ Dómini quasi ignis ar-  
dens, super vérticem montis.  
*Exod. 24.*

*Ant. 8. G.* Petrus, & qui  
cum illo erant, gravati erant  
somnia; & evigilantes, vidé-  
runt majestátem ejus. *Luc. 9.*

*Ant. 4. E.* Ecce apparuerunt  
illi Móyses & Elías cum eo  
loquentes. *Matth. 17.*

*ψ.* In concílio justórum &  
congregatióem, & Magna  
ópera Dómini. *Pf. 110.*

Sermo sancti Augustini  
Epíscopi.

*Tom. V. Serm. 78.*

*Lectio iv.*

**I**nspectanda nobis & tra-  
ctanda est, caríssimi, ví-  
sio ista quam Dóminus de-  
monstrávit in monte. Ipsa est  
epim de qua dixerat: Amen,  
dico vobis, quia sunt híc qui-  
dam de circumstántibus, qui  
non gustábunt mortem, donec  
videant Filium hóminis in re-  
gno suo. Post dies sex assump-  
psit tres discipulos, Petrum,  
Joannem & Jacobum, &  
ascendit,

ascendit in montem. Ipsi tres erant quidem de quibus dixerat : Sunt hinc qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis in regno suo. Regnum suum dicit, quod multis locis appellat regnum cælorum. Regnum autem cælorum est regnum sanctorum. Hoc ut ostenderetur, videte quid factum est. Dominus ipse Jesus resplenduit sicut sol; vestimenta ejus facta sunt candida sicut nix; & loquebantur cum eo Moyses & Elias. Ipse Jesus quidem, ipse splenduit sicut sol, se lumen esse significans, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quod est iste sol oculis carnis, hoc ille oculis cordis; & quod iste carnibus, hoc ille cordibus.

R. Ecce duo viri loquebantur cum Jesu. \* Erant autem Moyses & Elias visi in majestate, & dicebant excessum ejus quem completurus erat in Jerusalem. ¶ Dominus ortus est, apparuit de monte; sancti in manu illius sunt. \* Erant autem Moyses. *Luc. 9. Deut.*

33

*Serm. 79. Lectio v.*

Vestimenta ejus facta sunt candida sicut nix. Hoc significat Ecclesiæ mundationem, cui dictum est per Prophetam: Etsi fuerint peccata vestra sicut phœnicium, tanquam nivem dealbabo. Elias & Moyses colloquebantur ei, quia Evangelii gratia testimonium habet à Lege & Prophetis. In Moysse Lex, in Elia Prophetæ. Placuit Petro tria fieri tabernacula, Moysi unum,

MIR. Pars Æstiva.

Eliæ unum, & Christo unum. Delectabat cum montis solitudo; tædium patiebatur à tumultu rerum humanarum. Sed tria tabernacula quare quærebat, nisi quia unitatem Legis, Prophetiæ, & Evangelii nondum sciebat? Denique nube emendatus est. Hæc eo loquente, inquit, ecce nubes lucida obumbravit eos. Ecce unum tabernaculum nubes fecit: tria quare quærebas?

R. Factum est, cum discenderent Moyses & Elias ab illo, ait Petrus ad Jesum: \* Præceptor, bonum est nos hinc esse. ¶ Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timéntibus te! \* Præceptor. *Luc. 9. Ps. 30.*

*Serm. 78. unde supra.*

*Lectio vj.*

Verbum Dei Christus, verbum Dei in Lege, verbum Dei in Prophetis. Quid, Petre, quæris dividere? magis oportet adjungere. Tria quæris, intèllige & unum. Nube ergo obumbrante omnes, sonuit & vox de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus. Ibi erat Moyses, ibi Elias; non est dictum: Hi sunt filii mei dilecti. Aliud est enim unicus, aliud adoptati. Ille commendabatur, unde Lex & Prophetæ gloriabantur. Hoc audito, illi ceciderunt in terram. Jam demonstratur nobis in Ecclesiâ regnum Dei. Hinc Dominus, hinc Lex & Prophetæ: sed Dominus, tanquam Dominus; Lex in Moysse; Prophetia in Elia: sed ipsi tanquam servi, tanquam ministri,

F f

Ipsi tanquam vasa, ipse tanquam fons. Mòyses & Prophætæ dicébant & scribébant: sed de illo implebantur, quando fundébant. Dóminus autem porrexit manum, & excitávit jacentes. Deinde néminem vidérunt, nisi solum Jesum. Quando eos Dóminus erexit, resurrectionem significávit. Post resurrectionem ut quid tibi Lex? ut quid tibi Prophetía? Ideò non appáret Elías, non appáret Mòyses. Rémanet tibi, ut sit Deus ómnia in ómnibus. Descende, Petre: requiescere cupiebas in monte; descende laboráre: habe caritátem, prædica veritátem; tunc pervénies ad æternitátem, ubi invénies securitátem.

R. Erant timóre extérriti, & ait Petrus: \* Si vis, faciámus híc tria tabernácula, tibi unum, Mòysi unum, & Elíæ unum. V. Mélior est dies una in átriis tuis super millia. \* Si vis, Glória Patri. \* Si vis, faciámus. *Marc. 9. Matth. 17. Ps. 89.*

### IN III. NOCTURNO.

*Ant. 6.* Adhuc Petro loquente, ecce nubes lúcida obumbrávit eos. *Matth. 17.*

*Ant. 5. a.* Opéruit nubes montem, & habitávit glória Dómini regens illum nube. *Exod. 24.*

*Ant. 1. a.* Petrus, & qui cum illo erant, timuérunt, intrántibus illis in nubem; & vox facta est de nube. *Luc. 9.*

V. Intónuit de cælo Dóminus, R. Et Altísimus dedit vocem suam. *Ps. 17.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 17.*

**I**N illo tempore; Assumit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelsum seorsum; & transfiguratus est ante eos. Et reliqua.

Homília sancti Leonis Papæ.

*Serm. 94. de Transfig.*

**P**Ræfens quidem erat in Filio Pater: & in illa Dómini claritáte quam ad discipulorum temperárat aspectum, non separabátur ab Unigénito Genitoris esséntia, sed ad commendandam proprietátem utriusque personæ, sicut visui significávit Filium splendor ex corpore, sic auditui Patrem vox nuntiávit ex nube. Quâ voce acceptâ, discipuli quòd in faciém ceciderunt, & timuérunt valde, non de Patris tantum, sed & de Filii majestáte tremuérunt: altiòri enim sensu utriusque intellexerunt deitátem: & quia in fide non erat hæsitatio, non fuit in timóre discretio. Latum ergo illud & multiplex testimónium fuit, & plus in verbórú virtute quam in sono vocis auditum est. Dicente enim Patre: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complácu, ipsum audíte; nonne evidenter auditum est, Hic est Filius meus, cui ex me & mecum esse sine tempore est? quia nec Génitor Génito prior, nec Génitus est Genitore postérieur. Hic est Filius meus, quem à me non séparat déitas, non dividit

potestas, non discernit æternitas: qui eam quam mecum habet æqualitatem, non rapinam appetiit, nec usurpatione præsumpsit; sed manens in forma gloriæ meæ, ut ad reparandum genus humanum exequeretur communi consilio, usque ad formam servilem inclinavit incommutabilem deitatem.

R. Ecce vox de nube dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; \* Ipsum audite. V. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus; \* Ipsum. *Matth. 17. Is. 55.*

*Lectio viij.*

**H**unc ergo, in quo mihi bene per omnia placeo, & cujus prædicatione manifestor, cujus humilitate clarifactor, incunctanter audite: quia ipse est veritas & vita; ipse virtus mea atque sapientia. Ipsum audite, quem legis mysteria prænuntiaverunt, quem Prophetarum ora cecinerunt. Ipsum audite, qui sanguine suo mundum redimit, qui diabolum ligat, & vasa ejus rapit; qui peccati chirographum & prævaricationis pacta dirumpit. Ipsum audite, qui viam aperit ad cælum, & per crucis supplicium gradus vobis ascensionis parat ad regnum. Quid trepidatis redimi? Quid pavetis saucii liberari? Fiat quod, me volente, vult Christus. Abjicite carnalem formidinem, & fideli vos armate constantia: indignum est enim ut in Salvatoris passione timeatis, quod ipsius

múnere nec in vestro fine metuétis.

R. Dum fieret vox, inventus est Jesus solus: \* Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Dixitque eis Jesus: Surgite, & nolite timere. V. Deus majestatis intonuit: vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. \* Et. *Luc. 9. Matth. 17. Ps. 28.*

[ *Si fiat absque Commemoratione sancti Xysti,*

*Lectio ix.*

**H**æc, dilectissimi, non ad illorum tantum utilitatem dicta sunt, qui ea propriis auribus audierunt; sed in illis tribus Apóstolis, universa Ecclesia didicit quidquid eorum & aspectus vidit, & auditus accepit. Confirmetur ergo secundum prædicationem sacratissimi Evangelii omnium fides, & nemo de Christi cruce per quam mundus redemptus est, erubescat. Nec ideò quisquam aut pati pro justitia metuat, aut de promissionum retributione diffidat; quia per laborem ad requiem, & per mortem transitur ad vitam: cum omnem humilitatis nostræ infirmitatem ille susceperit, in quo, si in confessione & in dilectione ipsius permanamus, & quod vicit vincimus, & quod promisit accipimus. Quia sive ad facienda mandata, sive ad toleranda adversa, præmissa Patris vox debet semper auribus nostris intonare, dicentis: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipsum audite, qui vivit & regnat

cum Patre & Spiritu sancto in  
 sæcula seculorum. Amen.]

De sancto Xysto,  
 Lectio ix.

Ex Eusebio & aliis.

**X**ystus secundus Stéphano  
 successit in sede Romána.  
 Ad eum Dionysius Alexandrí-  
 nus scripsit epístolam de Bap-  
 tismate, quâ etiam eum com-  
 monefecit de exorta apud Pro-  
 lemáidem Pentapóleos urbem  
 Sabellianorum hæresi. Sed &  
 in alia epístola sententiam ejus  
 expetiit de impio quodam hæ-  
 reticorum baptismo, quem  
 se dudum suscepisse quidam  
 fidélis asserébat. Cum autem,  
 acrióri adversus Christiános  
 persecutióne decretâ, Valeriá-  
 nus inter alia, rescripto ad Sen-  
 nátum dato, edixisset ut Epís-  
 copi, Presbyteri & Diacones  
 incontinenti animadverteren-  
 tur; Xystus, simul cum Quar-  
 to, sextâ die Augusti in cœ-  
 metério animadversus est.  
 Quem cum sanctus Lauréntius  
 ad martyrium duci cerneret,  
 in has voces flens erupit: Quo  
 progréderis sine filio, Pater?  
 quò, Sacerdos sancte, sine  
 ministro próperas? Cui Xys-  
 tus: Non ego te desero, fili:  
 majóra te manent certámi-  
 na; post trídium me sequéris.  
 Gloriósam Xysti mortem san-  
 ctus Cypriánus Episcopis Af-  
 ricæ per Successum illórum  
 collégam significári voluit;  
 quò suos quisque corroborá-  
 ret, ut gauderent magis quàm  
 timérent in hac confessiõe, in  
 qua scirent Christi milites non  
 périri, sed coronári.

R. Deus qui dixit de téné-  
 bris lucem splendescere,\* Ipse

† Illuxit in córdibus nostris,  
 ad illuminatióem sciéntiæ  
 claritátis Dei in facie Christi  
 Jesu. *ψ.* Ecce ostendit nobis  
 Dóminus Deus noster majestá-  
 tem & magnitudinem suam:  
 vocem ejus audivimus.\* Ipse.  
 Glória. † Illuxit. 2. *Cor.* 4.  
*Deut.* 5.

Te Deum.

A D L A U D E S.

*Ant.* **F**ilii Sion, exultate,  
 1. g. & lætámini in Dómi-  
 no Deo vestro, quia dedit vo-  
 bis doctórem iustitiæ. *Joel.* 2.

*Ant.* 8. c. Vocem nos audi-  
 vimus de cælo allátam, cum  
 essemus cum ipso in monte  
 sancto. 2. *Petr.* 1.

*Ant.* 5. a. Venit vox de nu-  
 be, dicens: Hic est Filius  
 meus caríssimus, audite illum.  
*Marc.* 9.

*Ant.* 7. d. Ipsum audiéris,  
 juxta ómnia quaecumque lo-  
 cútus fuerit. *Act.* 3.

*Ant.* 3. a. Omnis ánima que  
 non audierit Prophétam il-  
 lum, exterminábitur de plebe.  
*Act.* 3.

*Capitulum.* Hebr. 12.

**V**idete ne recuséti loquen-  
 tem: si enim illi non ef-  
 fugerunt, recusantes eum qui  
 super tetram loquebátur; mul-  
 tó magis nos, qui de cælis lo-  
 quentem nobis avértimus.

*Hymnus.*

**J**esu dulcédo córdium,  
 Fons vivus, lumen mén-  
 tium,  
 Excédens omne gáudium  
 Et omne desidérium.

MANE nobiscum, Dómine,  
 Et nos illustra lumine,  
 Pulsâ mentis caligine,  
 Mundum replens dulcédine.

QUANDO cor nostrum visitas,

Tunc lucet ei veritas :  
Mundi vilescit vanitas,  
Et intus fervet caritas.

JESU mi bone, sentiam  
Amoris tui copiam :  
Da mihi per presentiam  
Tuam videre gloriam.

QUEM tuus amor ebriat,  
Novit quid Jesus sapiat :  
Quam felix est quem satiatur :  
Non est ultra quod cupiat.

TE fons misericordiae,  
Tu verè lumen patriae,  
Pelle nubem tristitiae,  
Dans nobis lucem gloriæ.

Amen.

ÿ. Gloriâ & honore coronasti eum, Domine, R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Ps. 8.

Ad Benedictus. Ant. 1. D. Amplioris gloriæ Jesus præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliore honorem habet domus qui fabricavit illam. Hebr. 3.

Oratio.

DEUS, qui fidei sacramenta in Unigeniti tui gloriosa Transfiguratione, patrum testimonio roborasti; & adoptionem filiorum perfectam, voce delapsâ, in nube lucida mirabiliter præsignasti: concede propitius, ut ipsius Regis gloriæ nos coheredes efficias, & ejusdem gloriæ tribuas esse consortes; Per.

Fis Commem. S. Xysti, Ant. Bonum. ÿ. Adjutor. x.

Oratio.

QUÆSUMUS, omnipotens Deus, ut nos virtute sancti Spiritus & ad credendum dociles, & ad confitendum

fortes efficias; qui beato Xysto Pontifici, propter verbum tuum & testimonium Jesu, animam suam ponere tribuisti; Per eundem Dominum... in unitate ejusdem Spiritus.

AD HORAS, in fine Hymnorum dicitur Doxologia:

QUI, nuberruptâ, te palam Natum vocavit, laus Patri; Tibique Nato; nec minor Laus utriusque Flâmini. Amē.

A D P R I M A M.

Ant. Filii Sion.

In R. br. ÿ. Qui accepisti à Deo Patre \* honorem & gloriam. 2. Petr. 1.

A D T E R T I A M.

Ant. Vocem.

Capitulum. 1. Joan. 5.

SI testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est; quoniam hoc est testimonium Dei, quod majus est, quoniam testificatus est de Filio suo.

R. br. Filii hominum, \* usquequò gravi corde? \* Allelûia, allelûia. Filii. ÿ. Scitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum suum, \* Allelûia. Glória. Filii. Ps. 4.

ÿ. Accedite ad eum, & illuminamini; R. Et facies vestræ non confundentur. Ps. 33.

A D S E X T A M.

Ant. Venit vox.

Capitulum. II. 42.

ECCË servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum super eum; judicium gentibus proferet.

R. br. Ipse invocabit me: \* Pater meus es tu, \* Allelûia, allelûia. Ipse. ÿ. Deus meus,

F f iij

& susceptor salutis meæ,  
\*Alleluia. Glória. Ipse. *Pf.* 88.

ψ. Hódie si vocem ejus audieritis, *R.* Nolite obdurare corda vestra. *Pf.* 94.

A D N O N<sup>3</sup>A M.

*Ant.* Omnis ánima.

*Capitulum.* Hebr. 2.

**P**ropterea abundantius oportet observare nos ea quæ audivimus, ne forte perfluamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis prævaricatio & inobediéntia accépit justam mercédis retributió-nem; quómodo nos effugiémus, si tantam neglexérimus salutem?

*R.* *br.* Audiam quid loquatur in me \* Dóminus Deus, \* Alleluia, alleluia. Audiam. ψ. Quóniam loquétur pacem in plebem suam, \* Alleluia. Glória. Audiam. *Pf.* 84.

ψ. Notas mihi fecisti vias vitæ: *R.* Adimplébis me lætitiã cum vultu tuo, Dómine. *Pf.* 15.

A D II. VESPERAS.

*Ant.* **V**ocavit nos Deus vocatióne suã sanctã, secundum grãtiam quæ manifestata est nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi. 2. *Tim.* 1.

*Ant.* 6. Apparuit grãtia ejus erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desidéria, sóbriè, & justè, & piè vivámus, expectantes adventum glóriæ ejus. *Tit.* 2.

*Ant.* 4. E. In ipso edocti estis, depónere vos véterem hóminem qui corrumpitur secundum desidéria erroris. *Ephes.* 4.

*Ant.* 3. a. Quos præscivit Deus, & prædestinavit conformes fieri imáginis Filii sui; ut sit ipse primogénitus in multis frãtribus. *Rom.* 8.

*Ant.* 1. f. Nondum apparuit quid érimus: scimus quóniam, cum apparuerit, similes ei érimus; quóniam vidébitur cum sicuti est. 1. *Joan.* 3.

*Capitulum.* 1. *Cor.* 15.

**P**rimus homo de terra, terrenus; secundus homo de cælo, cælestis: qualis terrenus, tales & terréni; & qualis cælestis, tales & cælestes. Igitur sicut portávimus imáginem terréni, portémus & imáginem cælestis.

*Hymnus,* Hoc, iussa. 447.

ψ. Satiabor, Dñe, *R.* Cum apparuerit glória tua. *Pf.* 16.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 8. G. Nostra conversatio in cælis est, unde Salvatorem expectamus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpore claritatis suæ. *Philipp.* 3.

*Oratio,* ut supra ad Laudes.

*Fit Commem.* SS. *Iusti & Pastoris, Mart.* *Ant.* Cum vos. ψ. Viriliter. xij. *Orat.* Deus, invisibilis. xv.

D I E V I I.

In Festo

SS. JUSTI ET PASTORIS,  
Martyrum.

*Semiduplex.*

*Lectio ij.*

*Ex Actis eorum Vetustiss.*

*Tillem. Bolland. &c.*

**J**ustus & Pastor conspicui fratres, compluti quod celebre est Castellæ novæ oppi-

dum ex parentibus Christianis nati, ibidem in tenera ætate, Daciáno præfide, Diocletiano & Maximiano imperantibus, insigni martyrio coronati sunt. Hi, ubi audierunt Daciánum in Christianos furentem complutum advenisse, rejectis in schola tabulis quibus instituebantur, ad spectaculum proprii martyrii à lacri devotióne cucurrerunt. Cum autem comprehensi fuissent, priusquam supplicium paterentur, sese adhortationibus mutuis mirum in modum visi sunt confortari. Ait Justus: Noli, frater Pastor, cadentium ictuum in tenerrimum corpus vulnera timere: Noli incumbentem gladium formidare. Ætate quidem hic brevi tempore constituti parvam apud homines habuimus vitam; sed illic in longitúdine dierum, si Christo placiti fuerimus, æternæ vitæ participabimus abundantiam.

*Lectio iij.*

**S**anctissimus Pastor respondit: Dignè quidem, frater Juste, sic te decet orare, ut justitiam quam in nomine tuo portas, simul cum tuo fratre Pastore suscipias. Leve enim sit nobis pro confessióne Domini nostri Jesu Christi nostra corpuscula jugulari & sanguinem fundi, ut in cœlesti sacrario Christi divinum corpus & pretiosum sanguinem nobis liceat adorare. Non nos parentum, vel proximorum revocet pietas, nec nostram doleamus ætatem, quæ celeriter perit; sed ad cœlorum cúlmina properemus.

Sanctos infantes sese ejusmodi colloquiis invicem, adhortari & confirmare Daciáno renunciatum fuit, qui obstupefactus, statim jussit eos procul à civitate trucidari.

*Oratio.* Deus, invisibilis. xv.

D I E X.

In Festo

SANCTI LAURENTII,  
Diaconi & Martyris.

*Duplex I. Ordinis.*

*Omnia de Communi unius Mart. exceptis qua sequuntur.*

*Pridie ad Magnif. Ant. 2. D.*

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemósyna resistit peccatis: & Deus prospector est ejus qui reddit gratiam. *Eccli. 3.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Leonis  
Papæ.

83. *In nat. S. Laurentii*

*Lectio iv.*

**C**um furor gentilium potestatum in electissima quæque Christi membra sæviret, ac præcipuè eos qui ordinis erant sacerdotalis impeteret; in Levitam Laurentium, qui non solum in ministerio sacramentorum, sed etiam dispensatione ecclesiastica substantiæ præminébat, impius persecutor efferbuit, duplicè sibi prædam de unius viri comprehensione promittens; quem si fecisset sacræ pecuniæ traditorem, faceret etiam veræ religionis exortem. Armatur itaque geminâ

face homo pecuniæ cupidus, & veritatis inimicus: avaritiâ, ut rapiat aurum; impietate, ut auferat Christum. Postulat sibi ab immaculato sacrarii præfule opes ecclesiasticas, quibus avidissimus inhiabat, inferri. Cui Levita castissimus, ubi eas repõsitas haberet ostendens, numerosissimos sanctorum pauperum obtulit greges, in quorum victu atque vestitu inamissibiles condiderat facultates; quæ tantò integrius erant salvæ, quanto sanctius probabantur expensæ.

*Lectio v.*

**R**emit ergo prædo frustratus; & in odium religionis quæ talem divitiarum usum instituisset ardescens, direptionem thesauri potioris aggréditur, apud quem nullam denariorum substantiam reperisset, ut illud depositum, quo sacratius erat dives, auferret. Renuntiare Christo Laurentium jubet, & solidissimam illam Levitici animi fortitudinem diris parat urgere suppliciis: quorum ubi prima nihil obtinent, vehementiora succedunt. Laceros artus, & multâ verberum sectione conscissos, subjecto præcipit igne torreri; ut per cratem ferream, quæ jam de fervore continuo vim in se haberet urendi, conversorum alternâ mutatione membrorum, fieret cruciatus vehementior, & poena productior.

*Lectio vj.*

**N**ihil obtines, nihil proficis, sæva credulitas. Subtrahitur inventis tuis ma-

teria mortalis; & Laurentio in cœlos abeunte, tu deficis. Flammis tuis superari caritatis Christi flamma non potuit; & lægior fuit ignis qui foris ussit, quàm qui intus accendit. Sævisti, persecutor, in Martyrem; sævisti, & auxisti palmam, dum aggeras poenam. Nam quid non ad victoriæ gloriæ ingenium tuum reperit, quando in honorem transferunt triumphum etiam instrumenta supplicii? Gaudeamus igitur, dilectissimi, gaudio spiritali; & de felicissimo inclyti viri sine gloriemur in Domino, qui est mirabilis in Sanctis suis, in quibus nobis & præsidium constituit & exemplum; atque ita per universum mundum clarificavit gloriam suam, ut à solis ortu usque ad occasum, Leviticorum luminum coruscante fulgore, quàm clarificata est Jerosolyma Stéphano, tam illustris fieret Roma Laurentio.

*IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

*Lectio vij. Cap. 12.*

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis; nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

*Serm. 26. è XL. à Sirm. editis.*

**A**gnoscat fides vestra granum quod in terram cecidit, & mortuum multiplicatum est. Agnoscat, in-

quam, hoc granum fides vestra; quia ipsum habitat in mente vestra. Hoc enim quod de seipso dixerit Christus, nullus ambigit Christianus. Sed plane illo mortuo grano & multiplicato, multa grana sunt sparsa in terram, ex quibus est & beatus Laurentius, cujus seminacionem hodie celebramus.

*Lectio viij.*

**D**E illis autem granis sparsis toto orbe terrarum quanta pullulaverit seges videmus, gaudemus, sumus; si tamen & nos per illius gratiam ad horreum pertinemus. Neque enim ad horreum pertinet quidquid in segete est. Eadem quippe pluvia, utilis & nutritoria, & triticum facit & paleam. Absit ut simul utrumque in horreo recondatur, quamvis simul utrumque in agro nutriatur, & simul utrumque in area tritureretur.

*Lectio ix.*

**N**unctempus eligendi est. Antequam veniat ventilatio, fiat morum separatio: sicut in area granum adhuc mundatione discernitur, nondum ventilabro ultimo separatur. Audite me, grana sancta; imo, audite primum granum per me. Non ametis in hoc seculo animas vestras. Nolite amare, si amatis; ut non amando servetis, quia non amando plus amatis. Qui amat in hoc seculo animam suam, perdet eam. Granum loquitur; granum quod in terram cecidit, & mortificatum est ut multiplicaretur, loquitur: audiatur, quia non men-

MIR. *Pars Aestiva.*

titur. Quod admonuit, ipse fecit: instruxit precepto, praecessit exemplo.

*Ad Benedictus. Ant. 6.* Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt praecauate. *Job. 30.*

*Oratio.*

**D**A nobis, quaesumus, omnipotens Deus, vitiorum nostrorum flammam extingue, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare; Per Dominum.

*Ad Magnificat. Antiph. 8.* Confitebor tibi, Domine, quoniam liberaisti me, secundum multitudinem misericordiae nominis tui, a pressura flammam quae circumdedit me. *Eccli. 51.*

*Oratio.* Da nobis, quaesumus. *ut supra.*

## D I E X I I.

In Festo

S A N C T A E C L A R A E,

Virginis.

*Semiduplex.*

*VESPER. à Capitulo de Communi SS. Virginum. xlv.*  
*Oratio. Fideles. xlvij.*

*Lectio ij.*

*Ex ejus vita jussu Alex. quarti scripta apud Surium.*

**C**LARA nobili genere Assisii in Umbria nata, facultatibus in pauperes erogatis, seculo renuntiavit; & permota praesertim sancti Francisci adhortationibus, arctissimam vitae rationem amplexa est. Plures ejusdem instituti socias, & praeter ceteris Hortulanam matrem & sorores sibi adjunxit. Paupertatis adeo amans fuit, ut ne monasterium possessiones haberet, ipsi etiam

\*

Gregório nono sufficientes redditus assignare volenti restiterit.

*Lectio iij.*

**S**aracenis jussu Frederici Imperatoris, Alsium obsidentibus, & cœnobium cui illa præerat, jamjam invasuris, infirma ad portam duci voluit, atque hostibus objici, simul & præferri capsulam argenteam ebore inclusam, in qua sanctissima Eucharistia servabatur. Cumque coram Christo prostrata oraret ut sorores tutaretur, vocem quasi pueri audivit: Ego vos semper custodiam. Iterumque pro civitate precata, eandem vocem audivit dicentem: Gravamina sustinebit, sed munere meo defendetur. Tuncque Saraceni divinitus territi, per ipsos quos conscenderant muros fugerunt. Tandem cum annis ferè quadraginta duobus monasterium rexisset, obiit in Domino. Eam Alexander quartus inter sanctas Virgines retulit.

*Oratio. Fideles. xlviij.*

*IN VESP. fit Commemor. S. Radegundis, ut in Communi SS. Mulierum. Ant. Domus. V. Anima. l. Oratio. Deus, in quem. liij.*

**D I E X I I I.**

*In Festo*

**SANCTÆ RADEGUNDIS,**

*Vidua.*

*Semiduplex.*

*Lectio ij.*

*Ex ejus vit. apud Mab. ex Greg. Tur. Fortun. & aliis Script.*

**R**adegundis, filia Bertharii Thuringorum principis, Clotarii primi ex captiva

conjux, beneficentiam in pauperes, vigiliis statas, & crebras orationes, cilicii usum, vini abstinenciam, jejunia, summam denique vitæ asperitatem cum regia dignitate conjunxit. Occiso fratre jussu Clotarii, ipso permittente, ab aula discedens, sanctum Medardum adiit; cumque monasticam vestem suscepisset, in Diaconam ab eo benedicta est. Pictavos profecta, ibi ex munificencia Regis, monasterium Virginum sub Regula sancti Casarii Arelatensis condidit; impetravitque postea à Concilio Turonensi secundo Congregationis suæ tutelam & confirmationem.

*Lectio iij.*

**C**œnobio sororem Agnetem Abbatissam præfécit, quam consecravit sanctus Germanus Parisiensis. Eâ autem pietate Radegundis sacrificium Eucharistiæ prosequeretur, ut in illius usum panes propriis manibus conficeret, quos diversis suppeditabat Ecclesiis: ac, præter cetera pietatis officia, id illi maxime curæ erat, ut pro Régibus indefinenter preces fierent in monasterio. Abiit ad Dominum anno quingentesimo octogésimo sétimo. Ejus corpus terræ mandavit Gregorius Turonensis, occupato in Diocesi obeunda Merovéo Pictavensi; cui tamen reservatum est, ut reversus Missam celebraret, tumuloque operculum imponeret.

*Oratio. Deus, in quem. liij.*

DIE XIV.

In Vigilia

ASSUMPTIONIS

BEATÆ MARIÆ.

*Officium de Feria occurrente, exceptis qua sequuntur.**AD NOCT. Lectiones duæ priores de Script. occurrente, ex tribus fiunt duæ, cum Responsoriis duobus prioribus Feria occurrentis.*

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio iij. Cap. 19.

**I**n illo tempore; Stabant iuxta crucem Jesu Mater ejus, & soror matris ejus Maria Cleóphæ, & Maria Magdaléne. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysóstiomi.

Homil. 58. aliàs 84. in Joan.

**I**pse crucifixus matrem suam discipulo commendat, ut nos doceat ad extremum usque hálitum parentum curam præcipuam esse gerendam. Matrem verò commendans, dicit: Ecce filius tuus. O quantum honorem discipulo collatum! Cum enim ipse jam abiret, ipsam discipulo curandam tradit. Quia enim credibile erat ipsam, utpote matrem, dolere & patrocinium querere; jure illam discipulo tradit, dicens: Ecce mater tua. Hæc porrò dicebat, ipsos mútuo conjungens amore; quod cum intelligeret discipulus, ipsam in sua accipit. Cur autem nullam aliam

memoravit mulierem, licet alia quoque astaret? Ut nos doceret plus tribuendum matribus esse. Ut enim parentes, cum spiritali impediunt, ne cognoscendi quidem sunt; sic cum non ea cõhibent, omne debitum est ipsis præstandum, &amp; aliis sunt anteponendi, quia nos genuerunt, educarunt, milleque mala subierunt. Sic Marcionis impudentiam reprimunt. Si enim secundum carnem natus non esset, nec matrem haberet, cur tantam de illa sola gerit curam?

**R.** Cum vidisset Jesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, \* Dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. **Ps.** Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus. \* Dicit. Glória Patri. \* Dicit. Joan. 19. Tob. 4.*Post Antiph. ad Benedictus. qua sumitur ex Psalterio, dicuntur preces flexis genibus.*

Oratio.

**D**eus, qui Virginalem úterum beatæ Mariæ, in quo requiesceres, eligere dignatus es: da nobis Assumptionis ejus solémnia præveniéntibus, dignum in cõrdibus nostris habitaculum tuæ præparare Majestati; Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate.

Fiunt suffragia.

**AD HORAS, Preces flexis genibus.**

DIE XV.  
 IN ASSUMPTIONE  
 BEATÆ MARIÆ,  
 VIRGINIS.  
 SOLEMNE I. ORDINIS.

IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Feria.*

*Ant.* **E**cce tu pulchra es,  
 1. *D.* amica mea, ecce tu,  
 pulchra es: óculi tui colum-  
 bárum. *Cant.* 1.

*Ant.* 8. *G.* Multæ filiæ con-  
 gregavérunt divítias: tu su-  
 pergressa es univérſas. *Pro-*  
*verb.* 31.

*Ant.* 4. *E.* Indue te decóre,  
 & honóre ejus, quæ à Deo  
 tibi est, sempiternæ glóriæ.  
*Baruch* 9.

*Ant.* 3. *a.* Circúmdabit te  
 Deus diplóide justítia, & im-  
 pónet mitram cápiti honóris  
 æterni. *Baruch* 5.

*Ant.* 5. *C.* Eris coróna gló-  
 riæ in manu Dómini, & dia-  
 déma regni in manu Dei tui;  
 quia compláuit Dómino in  
 te. *Is.* 62.

*Capitulum.* *Cant.* 6.

**P**ulchra es, amica mea,  
 suávis, & decóra sicut Je-  
 rúsalem, terribilis ut castró-  
 rum ácies ordináta.

*R.* Concupiscet Rex decó-  
 rem tuum; quóniam \* Ipse  
 est Dóminus Deus tuus, &

adorábunt eum, vultum tuum  
 deprecabuntur omnes divites  
 plebis. *ÿ.* Benedícta tu in mu-  
 liéribus; invenisti enim grá-  
 tiam apud Deum. \* Ipse est.  
*Glória.* \* Ipse. *Pf.* 44. *Luc.* 1.

*Hymnus.*

**O** Vos æthérei, pláudite,  
 cives:

Hæc est illa dies clara  
 triumpho,

Quâ matrem plácidâ morte  
 solútam

Natus sidéreâ súscipit aulâ.

**QUÆ** non, Virgo, tibi dona  
 rependit!

Cœli divítias éxplicat om-  
 nes:

Verbum vestieras carne;  
 vicissim

Te Verbum próprio lúmine  
 vestit.

**QUI** velo látuit carnis, aperti  
 Pleno te sátiat Núminis  
 haustu:

Et quem virgíneo lacte ci-  
 basti,

In jugem tibi dat se Deus  
 escam.

**O** concessa tibi quanta po-  
 testas!

Per te quanta venit grátia  
terris!

Cunctis Cœlitis cœlior  
una,

Solo facta minor, Virgo,  
Tonante.

QUÆ Regina sedes próxima  
Christo,

Alto de sôlio vota tuorum  
Audi; namque potes flê-  
ctere Natum,

Virgo mater: amas nos  
quoque natos.

DIVINÆ Sôboli qui dare ma-  
trem

In terris vóluit, glória Pa-  
tri;

Cujus Virgo parens, glória  
Nato:

Quo fœcunda, tibi glória  
Flamen. Amen.

Ï. Magna est glória ejus  
In salutári tuo, Dómine.

Pf. 20.

Ad Magnificat. Ant. 6. In  
plenitudine sancta admirabi-  
tur, & in multitudine electó-  
rum habébit laudem, & inter  
benedictos benedicétur. *Ecclí.*

24.

*Oratio.*

CONcède, quæsumus, om-  
nípotens Deus, ut fidéles  
tui qui de gloriósa Assump-  
tione beatae Virginis Dei ge-  
nitricis Mariæ lætantur, ejus  
intercessióne in hoc sêculo  
grátiam, & in futuro glóriam  
percipere mereantur. Per eum-  
dem Dóminum nostrum.

AD COMPLETORIUM.

*Psalmi & Capit. de Feria.*

Ant. 4. a. Ego dilecto meo,  
& ad me conversio ejus. *Cant.*

7.

*Hymnus*, Virgo Dei géni-  
trix, ut in *Officio parvo*. cxxx.

AD OFFICIUM NOCTUR.

*Invit.* Jesum de Maria na-  
tum, \* Venite, adorémus.  
*Matth.* 1.

*Pf.* 94. Venite, exultémus  
Dómino. 2.

*Hymnus.*

QUÆ cœlo nova nunc ad-  
ditur hospes!

Sese tota poli Régia pan-  
dit:

Ruptis Virgo parens libera  
vinclis,

Caro se próperat réddere  
Nato.

QUANTUM delítuit páupere  
tecto,

Tantum spléndida nunc ful-  
get in astris:

Se veláre quibus mater amá-  
bat,

Densas Natus amat rúmpe-  
re nubes.

OLIM quæ fúerat juncta ma-  
rito,

Et de connúbio crédita ma-  
ter,

Totum jam cólitur nota per  
orbem

Cum matris titulis íntegra  
virgo.

ANCILLÆ tríbuit quæ sibi no-  
men,

Cœlesti dómínans regnat in  
aula:

Quæ tot passa neces Prolis  
amóre,

Jam secúra, suâ Prole  
triumphat.

NOSTRAS, tu nova lux, dísc-  
cute noctes:

Tu Régina, graves solve  
caténas:

Cæcos, stella maris, dirige  
cursus;

Da, quo tu frúeris, cœrnere  
Natum.

DIVINÆ SÓboli qui dare matrem

In terris voluit, glória Patri:

Cujus Virgo parens, glória Nato:

Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

**T N I. NOCTURNO.**

*Psalmi de Officio parvo.*

*Ant. 1. D.* Fortis est ut mors dilectio: aquæ multæ non poterunt extinguerent caritatem. *Cant. 8.*

*Ant. 4. E.* Adjuro vos, filiæ Jerúsalem, ut nuntiétis dilecto meo quia amore languo. *Cant. 5.*

*Ant. 8. G.* Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis: surrexi, ut aperirem dilecto meo. *Cant. 5.*

ÿ. Unam petiit à Dómino, hanc requiram: *R.* Ut inhábitem in domo Dómini omnibus diebus vitæ meæ. *Pf. 26.*

Incipiunt Cántica Cánticórum.

*Lectio j. Cap. 1.*

**O**sculetur me osculo oris sui; quia melióra sunt úbera tua vino, fragrantia unguentis óptimis. Oleum effusum nomen tuum; ideo adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me: post te curremus in odórem unguentórum tuórum. Introduxit me rex in cellária sua: exultabimus & lætábimur in te, memores úberum tuórum super vinum: recti diligunt te. Nigra sum, sed formósa, filiæ Jerúsalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomónis. Nolite me consideráre quòd fusca sum, quia decolorávit me sol.

*R.* Quid mihi est in cœlo? & \* A te quid volui super terram? † Defécit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea in æternum. ÿ. Mihi vívere Christus est, & mori lucrum. \* A te. Glória. † Defécit. *Pf. 72. Philipp. 1.*

*Lectio ij.*

**E**quitatui meo in curribus Pharaónis assimilavi te, amica mea. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut túrturis; collum tuum sicut monília. Murénulas áureas faciémus tibi, verniculátas argento. Dum esset rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suum. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter úbera mea commorabitur. Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es, amica mea; ecce tu pulchra es: óculi tui columbárum. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decórus. Læctulus noster floridus: tigna domórum nostrárum cédrina, laqueária nostra cyprésina.

*R.* Concupiscit & defécit ánima mea in átria Dómini: \* Cor meum & caro mea exultavérunt in Deum vivum. † Vidébitur Deus deórum in Sion. ÿ. Scio quia secundum expectatióem & spem meam in nullo confundar. \* Cor meum & caro mea. Glória. † Vidébitur. *Pfal. 83. Phil. 1.*

*Lectio iij. Cap. 2.*

**E**go flos campi, & lilium convallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna sylvárum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quem desideráveram,

sedī; & fructus ejus dulcis gūtturi meo. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem. Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo. Lava ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adjuro vos, filia Jerusaleme, ne fusciteris, neque evigilare faciaris dilectam, quoadusque ipsa velit. Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: similis est dilectus meus capreae, hinnuloque cervorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Jam enim hyems transiit, imber abiit & recessit; flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit; vox turture audita est in terra nostra; ficus protulit grossos suos: vineae florentes dederunt odorem suum.

R. Desiderat anima mea ad te, Deus: \* Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum. † Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei! V. Quae retro sunt obliviscens, ad destinatum persequor, ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Jesu. \* Sitivit. Gloria. † Quando. Resumitur R. Desiderat. usque ad V. Psal. 41. Phil. 3.

## IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Veni in hortum meum, soror mea, sponsa: messui myrrham meam cum

aromatibus meis. Cant. 5.

Ant. 6. Jam hyems transiit: surge, amica mea, speciosa mea, & veni: ostende mihi faciem tuam; facies enim tua decora. Cant. 2.

Ant. 3. a. Favus distillans, labia tua, sponsa; mel & lac sub lingua tua. Cant. 4.

V. Gloria filiae Regis ab intus; R. In fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Pf. 44.

### Benedictiones de B. V.

Sermo S. Bernardi Abbatis. In Assumpt. B. M. V. Serm. 1.

#### Lectio iv.

**V**irgo hodie gloriosa caelos ascendens, supernorum gaudia civium copiosis sine dubio cumulavit augmentis. Haec est enim, cujus salutationis vox, & ipsos exultare facit in gaudio, quos materna adhuc viscera claudunt. Quod si parvuli necdum nati anima liquefacta est, ut Maria locuta est; quid putamus quoniam illa fuerit celestium exultatio, cum & vocem audire, & videre faciem, & beatam ejus frui praesentiam meruerunt? Nobis vero, carissimi, quae in ejus Assumptione solemnitatis occasio, quae causa laetitiae, quae materia gaudiorum! Mariae praesentiam totus illustratur orbis; adeo ut & ipsa jam caelestis patria clarius rutillet virginis lampadis irradiata fulgore. Merito proinde resonat in excelsis gratiarum actio, & vox laudis.

R. Veni de Libano, sponsa mea: \* Veni, coronaberis. † Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. V. Co-

ronam justitiæ reddet justus  
Judex : \* Veni. Glória. † O  
dor. *Cantic. 4. 2. Tim. 4.*

*Lectio v.*

**S**ed plangendū nobis quā  
splaudendum magis esse vi-  
dētur. Quantum enim de ejus  
præsētia cœlum exultat,  
numquid non cōsequens est,  
ut tantūm lūgeat hīc noster  
infērior mundus ejus absē-  
tiam? Cesset tamen querēla  
nostra, quia nec nobis hīc est  
manens civitas; sed eam in-  
quirimus, ad quam hōdie Ma-  
ria benedicta pervēnit. In qua  
si conscripti cives sumus, di-  
gnū profectō est etiā in  
exilio, etiā super flūmina  
Babylōnis, ejus nos recordāri,  
nos ejus communicāre gāu-  
diis, ejus participāre lātitiā,  
maximēque eam quæ tam co-  
piōso impetu lātificat hōdie  
civitātem Dei, ut sentiāmus &  
ipsi stillicidia stillāntia supra  
terram. Præcessit nos Regina  
nostra; præcessit, & tam glo-  
riōsē suscepta est, ut fiduciāli-  
ter sequantur Dominā ser-  
vuli clamantes: Trahe nos;  
post te in odōrem unguentō-  
rum tuōrum currēmus.

*R.* Tota pulchra es, amīca  
mea, & \* Mācula non est in  
te; veni de Libano: † Odor  
vestimentōrum tuōrum sicut  
odor thuris. *ψ.* Benedicta tu  
inter mulieres, & benedictus  
fructus ventris tui. \* Mācula.  
Glória. † Odor. *Cant. 4. Luc. 1.*

*Lectio vj.*

**A**dvocatam prēmīsit pe-  
reginatio nostra, quæ  
tanquam Jūdicis mater, &  
mater misericordiæ, supplici-  
ter & efficaciter salutis nostræ

negōtia pertractabit. Pretiō-  
sum hodie munus terra nostra  
direxit in cœlum; ut dando  
& accipiēdo felici amicitia-  
rum fœdere copulētur hu-  
māna divinis, terrēna cœlé-  
stibus, ima summis. Illō enim  
ascendit fructus terræ subli-  
mis, unde data optima & dona  
perfecta descendunt. Ascen-  
dens ergo in altum Virgo beā-  
ta, dabit ipsa quoque dona  
hominibus. Quidni daret? Si-  
quidem nec facultas ei deesse  
pōterit, nec voluntas. Regina  
cœlorum est, misericors est;  
dēnique mater est unigēnici  
Filiī Dei. Nihil enim sic potest  
potestātis ejus seu pietātis  
magnitudinē commendāre,  
nisi forē aut non crēditur Dei  
Filius honorāre matrem, aut  
dubitāre quis potest omnino  
in affectum caritātis tran-  
sisse Mariæ viscera, in quibus ipsa  
quæ ex Deo est caritas, novem  
mēnsibus corporāliter requiē-  
vit?

*R.* Anteibit faciē tuā  
justitia tua. \* Et glōria Dō-  
mini colliget te; & † Dōmi-  
nus implebit splendoribus ani-  
mā tuā. *ψ.* Abundanter  
ministrābitur intrōitus in æ-  
ternū regnū; \* Et. Glória.  
† Dñs. *Resumitur R.* Anteibit.  
*usque ad ψ. Is. 58. 2. Petr. 1.*

**IN III. NOCTURNO.**

*Ant. 5. C.* En dilectus meus  
lōquitur mihi: Surge, prope-  
ra, amīca mea, columba mea,  
formōsa mea, & veni. *Cant. 2.*

*Ant. 2. D.* Anima mea li-  
quefacta est, ut locutus est di-  
lectus meus. *Cant. 5.*

*Ant. 1. a.* Totus desiderābi-  
lis, talis est dilectus meus; &  
ipse

ipse est amicus meus. *Cant. 5.*

ψ. In iustitia apparebo conspectui tuo: R. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. *Pf. 16.*  
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 1.

**R**Eplēta est Spiritu sancto Elizabeth, & exclamavit voce magna, & dixit ad Mariam: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

In Assumpt. B. M. V. Serm. 1.

**N**Ec in terris locus dignior uteri virginalis templo, in quo Filium Dei Maria suscepit; nec in cælis regali sôlio, in quo Mariam hodie Maria Filius sublimavit. Maria mulier benedicta in mulieribus. Quis enim, etiam si linguis hominū Angelorumque loquatur, explicare queat, quemadmodum superveniente Spiritu, obumbrante virtute Altissimi, caro factum sit Verbum Dei, per quod facta sunt omnia; & Dominus majestatis, quem non capit universitas creaturæ, intra virginea sese clausit viscera, factus homo? Sed & illud quis vel cogitare sufficiat, quam gloriosa hodie mundi Regina processerit, & quanto devotionis affectu tota in ejus occursum cælestium legionum prodierit multitudo; quibus ad thronum gloriæ canticis sit deducta; quam placido vultu, quam serenâ facie, quam latis amplexibus suscepta à Filio, & super omnem exaltata creaturam, cum eo honore quo tanta mater digna

MIR. Pars Æstiva.

fuit, cum ea gloria quæ tantum decuit Filium.

R. Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, \* Et † Dixit mihi: Inter electos meos hereditare. Et sic in Sion firmata sum. ψ. Beátam me dicent omnes generatiões; quia fecit mihi magna qui potens est. \* Et. Glória. \* Et. *Eccli. 24. Luc. 10.*

Lectio viij.

**C**Hristi generationem, & Mariæ Assumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratiæ in terris adepta est præ ceteris, tantum & in cælis obtinet gloriæ singularis. Quod si oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ preparavit Deus diligentibus se; quod paravit gignenti se, & (quod omnibus est certum) diligenti præ omnibus quis loquatur? Felix planè Maria, & multipliciter felix, sive cum excipit Salvatorem, sive cum à Salvatore suscipitur. Utrobique miranda dignitas Virginis matris; utrobique amplectenda dignatio majestatis.

R. Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore languco. Vox dilecti mei, \* Ecce iste venit. ψ. Spiritus & sponsa dicunt: Veni. \* Ecce. Glória Patri. \* Ecce. *Cant. 2. Apoc. 22.*

Pro Commemoratione Voti Ludovici XIII.

Lectio ix.

Ex Declarat. Ludovici XIII. data die 10. Febr. 1638.

**H**odie celebratur memoria solemnisi illius voti, quo Ludovicus decimus-tertius,

\* G g

Francorum Rex, se suaque tutelae beatæ Mariæ Virginis commendavit edicto proposito in hæc verba: Beatissimam & gloriosissimam Virginem in specialem regni nostri Patronam assumentes, eidem speciali modo Nos, Nostrum Sceptum, Nostram Coronam, Nostrosque omnes Subditos dicamus & consecramus. Cujus nostri mancipatus ne memoria apud posteros excidat, mandamus fieri post Vesperas diei festi Assumptionis Processionem, ritu & apparatu quam maxime solemnem in singulis Dominationis nostræ Ecclesiis, tam Cathedralibus quam Parochialibus & Conventualibus cujuscumque civitatis & pagi: precipientes insuper quatenus superiores Curia, ac locorum optimates dictæ processionem intersint. Moneant etiam Episcopi Populos omnes Nostros ut peculiari erga beatissimam Virginem amore afficiantur ipsiusque patrocinium die illâ solemnem implerent, ut fretum adeo potentis Patronæ presidio regnum nostrum ab omnibus hostium tutum sit insidiis, & diuturna gaudeat pace, Deusque optimus maximus, tantâ in eo colatur reverentiâ, ut Nos Subditique omnes ab beatum finem cui sumus conditi, tendere ac pervenire valeamus.

R. Apertum est templum Dei in cælo, \* Et signum magnum apparuit in cælo; Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & † In capite ejus corona stellarum duode-

cim. †. Astitit regina à dextris tuis, Deus, in vestitu deaurato, circumdata varietate, \* Et signum. Gloria. † In. Resumitur R. Apertum. usque ad †. Apoc. 11. & 12. Ps. 44.

Te Deum.

### A D L A U D E S.

*Psalmi de Dominica.*

Ant. **Q**uæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? *Cant. 8.*

Ant. 5. a. Ascendit sicut virgula fumi ex aromatis myrrha, & thuris, & universi pulveris pigmentarii. *Cant. 3.*

Ant. 7. c. Dominus contulit ei splendorem, ut incomparabili decore omnium oculis appareret. *Judith 17.*

Ant. 6. Vidérunt.

*Canticum.* Judith 13.

**B**enedixit te Dominus in virtute sua, \* quia per te ad nihilum redégit inimicos nostros.

Benedicta es tu, filia, à Domino Deo excelso \* præ omnibus mulieribus super terram.

Benedictus Dominus, \* qui creavit cælum & terram:

Qui te direxit \* in vûnera capitis principis inimicorum nostrorum;

Quia hodie nomen tuum ita magnificavit, \* ut non recedat laus tua de ore hominum.

*Et dicitur per Octavam, quando fit de ea.*

Ant. Vidérunt eam filia, & beatissimam prædicaverunt, & laudaverunt eam. *Cant. 6.*

Ant. 3. a. Benedictus Dominus, qui exaltavit eam: Amen. *Tob. 13.*

*Capitulum.*

Cant. 6.

Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora con-furgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

*Hymnus.*

PARATA cum te poscerent,  
O Virgo, cæli præmia,  
Purum sacratis artibus  
Amor resolvit spiritum.

SED victa partu mors tuo  
Te labis expertem nequit,  
Suis nec audent stringere  
Vitæ parentem nexibus.

O qualis inter obvius  
Regina scandit Cœlites!  
Quam pulchra, celsæ præxi-  
ma

Sedi Tonantis, assidet!

AMICTA sole femina,  
Lunamque subjectam pre-  
mens,

Bissena cui cingunt caput  
Fulgore miro sidera.

O tu, clientum cui preces,  
Cui vota cordi, Iudicem  
Præbere nobis, quod potes,  
Patrona, placatum velis.

SIT nostra per te laus Patri:  
Tuoque grata Filio,  
Et utriusque Flâmini,  
In seculorum sæcula.

Amen.

Ï. Tu Domine, susceptor  
meus es, R. Gloria mea, &  
exaltans caput meum. Ps. 3.

Ad Benedictus. Ant. 1. D.  
In plenitudine sanctorum de-  
tentiõ me: quasi cedrus exal-  
tata sum in Libano, & qua-  
si cypressus in monte Sion.  
Eccli. 24.

*Oratio.*

Veneranda nobis, Domi-  
ne, hujus diei festivitas  
opem conferat salutarem, in  
MIR. Pars Æstiva.

qua sancta Dei Genitrix mor-  
tem subiit temporalem, nec  
tamen mortis nexibus deprimi  
potuit, quæ Filium tuum Do-  
minum nostrum Jesum Chri-  
stum de se genuit incarnatum;  
qui tecum vivit & regnat.

AD HORAS, in fine Hym-  
norum dicitur:

QUI natus es de Virgine,  
Jesu, tibi sit gloria,  
Cum Patre, cumque Spiritu:  
In sempiterna sæcula.

Amen.

*Psalmi de Dominica.*

A D P R I M A M.

Ant. Quæ est ista.

*Capitulum de Dominica.*

In R. br. Ï. Qui natus es  
de Maria Virgine.

*CANON proprius.*

A D T E R T I A M.

Ant. Ascendit.

*Capitulum.* Eccli 24.

Sicut cinnamomum & bal-  
samum aromatizans odó-  
rem dedi: quasi myrrha electa  
dedi suavitatem odoris.

R. br. In voluntate tua de-  
duxisti me, Domine, \* Alle-  
luia, alleluia. In voluntate.  
Ï. Et cum gloria suscepisti  
me, \* Alleluia. Gloria Patri.  
In. Ps. 72.

Ï. Propter innocentiam sus-  
cepisti me, Deus; R. Et con-  
firmasti me in conspectu tuo  
in æternum. Ps. 40.

*Oratio.*

Concede, quæsumus, om-  
nipotens Deus, ad beatæ  
Mariæ semper Virginis gau-  
dia aterna peringere, de cujus  
nos veneranda Assumptione  
tribuis annuâ solemnitate gau-  
dere; Per Dominum nostrum  
Jesum Christum.

\* G g ij

## A D S E X T A M.

*Ant.* Dóminus.*Capitulum.* Il. 61.

**I**ndumento iustitiæ circumdedit me Deus meus, quasi sponsum decoratum coronâ, & quasi sponfam ornâtam monilibus suis.

*Rz. br.* Convertisti planctum meum in gaudium mihi, \* Allelúia, allelúia. Convertisti. *Ps.* Concidisti saccum meum, & circumdediti me lætitiâ; \* Allel. Glória. Convertisti. *Ps.* Dómine, in voluntate tua *Rz.* Præstitisti decóri meo virtutem. *Pf.* 29.

*Oratio.*

**P**orrige nobis, Dómine, dextram tuam, & per intercessionem beatæ & gloriósæ semperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, auxilium nobis supernæ virtutis impende; Per eundem.

## A D N O N A M.

*Ant.* Benedictus.*Capitulum.* Eccli. 24.

**I**n civitate sanctificata requievi, & in Jerúsalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

*Rz. br.* Hæc requies mea in sæculum sæculi, \* Allelúia, allelúia. Hæc requies. *Ps.* Hic habitabo, quoniam elegi eam, \* Allelúia. Glória. Hæc. *Ps.* Surge, Dómine, in requiem tuam, *Rz.* Tu & arca sanctificationis tuæ. *Pf.* 131.

*Oratio.*

**F**amulorum tuorum, Dómine, delictis ignosce, & qui tibi placere de actibus

nostris non valémus, genitricis Filii tui Dómini nostri intercessióne salvémur; Per eundem Dóminum.

## A D I I. V E S P E R A S.

*Psalmi de Officio parvo.*

*Ant.* **P**ræcepit rex iis qui in i. D. **P**rospetu ejus ministrabant, ut introducerent reginam coram se, posito super caput ejus diademate. *Esther* 1.

*Ant.* 2. **D.** Surrexit rex in occursum ejus; positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus. 3. *Reg.* 2.

*Ant.* 3. **a.** Hábuít gratiam & misericórdiam coram rege super omnes mulieres, & posuit rex diadema regni in capite ejus. *Esther* 2.

*Ant.* 4. **E.** Rex dedit reginæ omnia quæ voluit & petivit ab eo. 3. *Reg.* 10.

*Ant.* 5. **C.** Benedixerunt eam omnes unâ voce, dicentes: Tu glória Jerúsalem, tu honorificéntia populi nostri. *Judith* 15.

*Capitulum.* Judith 13.

**B**enedictus Dóminus, quia hódie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Dómini in æternum.

*Hymnus.* O vos ætherei, ut in primis *Vesperis.*

*Ps.* Posuisti, Dómine, in capite ejus coronam *Rz.* De lapide pretioso. *Pf.* 20.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 7 **G.** Respexit Deus humilitatem ancillæ suæ: ecce ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes; quia fecit mihi magna qui potens est. *Luc.* 1.

*Oratio, ut supra ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM.

*Psalmi & Capit. de Dominica. Reliqua, ut heri. 461.*

DIEBUS

INTRA OCTAVAM ASSUMPTIONIS.

*Semiduplex.*

*Omnia, dempto ritu solemnâ, ut in die, præter ea quæ hic notantur.*

*Psalmi de Feria in toto Officio.*

AD NOCT. *Tres Antiph.*

*Ps. & RRR. ex Nocturno diei, secundum Feriam.*

*Lectio prima de Scriptura occurrente; ex tribus fit una.*

*Lectio ij. & iij. ut infra in qualibet die.*

AD LAUDES.

*Ant. sola 6. Vidérunt eam filia, & beatissimam prædicaverunt, & laudaverunt eam. Cant. 6.*

AD HORAS, *dicitur Alleluia. in RRR. br. excep. Prim.*

AD VESPERAS.

*Ant. sola 7. d. Pósuit rex diadéma regni in cápite ejus. Esther 2.*

DOMINICA

INTRA OCTAVAM.

IN VESP. *Sabbati, Psalmi de Sabbato sub sola Ant. Pósuit. supra Capitulum, (omisso Responsorio) Hymn. Ps. & Ant. ad Magnificat. ut in I. Vesper. cum Commem. Dominica.*

AD OFFICIUM NOCTUR.

*Ut in die, dempto ritu solemnâ, exceptis quæ sequuntur.*

*Psalmi de Dominica, & sic in toto Officio.*

*Responsoria ut in die Festi.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectiones de Scriptura occurrente.*

MIR. *Pars Æstiva.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Cyrilli Alexandrini.

*Hom. contra Nest. hab. Ephes. In Basilica majori.*

*Lectio iv.*

**S**anctorum cœtum, quæ à sancta Deipara semper Virgine Maria invitati prompto animo huc confluerunt, lætum erectumque conspicio. Quare licet multâ præmerer tristitiâ, attamen hic sanctorum Patrum cœtus lætitiâ mihi præbuit. Nunc dulce illud hymnographi David verbum apud nos implētum est: Ecce jam quid bonum aut quid jucundum, nisi habitare fratres in unum? Salve itaque à nobis, sancta Mystica Trinitas, quæ nos omnes convocasti in hanc Ecclesiâ Deiparæ Mariæ.

*Lectio v.*

**S**alve à nobis, Mariâ Deipara, venerabile cimélium totius orbis terrarum, lampas inextinguibilis, sceptrum rectæ doctrinæ, templum indissolubile, locus ejus qui loco capi non potest, mater & virgo; per quam nominatur in sanctis Evangéliis: Benedictus qui venit in nómine Domini.

*Lectio vj.*

**S**alve, quæ immensum incomprehensumque in sancto virgineo útero comprehendisti; per quam cœlum exultat; per quam Angeli & Archangeli lætantur; per quam demones fugantur; per quam prolapsus homo cœlum recuperat; per quam omnis creatúra idolorum vesaniâ de-

\* G g ij

tenta ad agnitionem veritatis pervenit; per quam sanctum baptisma obtingit credentibus; per quam oleum exultationis; per quam toto orbe terrarum fundatæ sunt Ecclesiæ; per quam gentes adducuntur ad poenitentiam: & quid plura dicam? per quam unigenitus Dei Filius iis qui in tenebris & umbra mortis sedebant, lux effulsit.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. i.

**R**epleta est Spiritu sancto Elizabeth, & exclamavit voce magna, & dixit ad Mariam: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

In Cap. i. Luc. apud Alcuin.

**N**on solum benedicta inter mulieres, sed inter mulieres benedictas, majori benedictione specialiter insignis. Benedictus fructus ventris tui. Nec ipse generali sanctorum more benedictus, sed ut Apostolus ait: Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. De hujus ortu fructus, Psalmista mystico sermone testatur dicens: Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Dedit quippe Dominus benignitatem, quia genus humanum reatu prevaricationis per unigenitum

suum liberare disposuit; dedit benignitatem, quia ejus ingressui virginalis uteri templum Spiritus sancti gratia consecravit.

Lectio viij.

**M**agnificat anima mea Dominum; & exultavit Spiritus meus in Deo salutari meo. Quæ cum omnibus perfectis verba conveniant, maxime tamen ea beatam Dei genitricem proferre deceret, quæ meriti privilegio singularis spirituali ipsius dilectione flagrabat, cujus corporali conceptione gauderet. Quam vilia de seipsa senserit edocet & quidquid boni meriti habuit, hoc superna gratia largiente perciperit, dicens: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Addidit etiam: Quia fecit mihi magna qui potens est. Nihil ergo suis meritis tribuit, quæ totam suam magnitudinem ad illius donum refert, qui essentialiter potens & magnus, fideles suos de parvis atque infirmis, fortes facere consuevit & magnos.

Lectio ix. de Homilia Dominica occurrentis. Cetera ut in die, cum Commemoratione Dominica in Laudibus & Vesperis.

DIE XVI.

DE OCTAVA.

Sermo sancti Procli Episcopi.

Orat. i. in S. Deipar. hab. in Concilio Ephes.

Lectio ij.

**V**irginalis sollemnitas linguam nostram hodie, fratres, ad laudis præconium provocat. Hic nos quippe mo-

ipse est amicus meus. *Cant. 5.*  
 ¶ In iustitia apparebo  
 conspectui tuo: *R.* Satiabor,  
 cum apparuerit gloria tua.  
*Pf. 16.*

Lectio sancti Evangelii secun-  
 dum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 10.*

**I**n illo tempore; Intravit Je-  
 sus in quoddam castellum;  
 & mulier quaedam, Martha  
 nomine, excepit illum in do-  
 mum suam. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi  
 Abbatis.

*In Assumpt. B. M. V. Serm. 1.*

**Q**uem in castellum mundi  
 hujus intrantem prius  
 Maria susceperat, ab  
 eo suscipitur hodie sanctam  
 ingrediens civitatem. Sed cum  
 quanto putas honore, cum  
 quanta putas exultatione, cum  
 quanta gloria? Nec in terris  
 locus dignior uteri virginalis  
 templo, in quo Filium Dei  
 Maria suscepit; nec in caelis  
 regali solio, in quo Mariam  
 hodie Mariae Filius sublimavit.  
 Felix nimirum utraque  
 susceptio: ineffabilis utraque,  
 quia utraque inexcogitabilis  
 est. Ut quid enim ea hodie in  
 Ecclesiis Christi Evangelica  
 lectio recitatur, in qua mulier  
 benedicta in mulieribus excep-  
 sisse intelligitur Salvatorem?  
 Credo, ut haec quam celebra-  
 mus, ex illa susceptione ali-  
 quatenus aestimetur; imo ut  
 juxta illius inestimabilem  
 gloriam, inestimabilis cog-  
 noscatur & ista.

*R.* Qui creavit me, requie-  
 vit in tabernaculo meo, \* Et  
 † Dixit mihi: Inter electos  
 meos haereditare. Et sic in Sion  
 MIR. Pars Aestiva.

firmata sum. ¶ Beatum me  
 dicent omnes generationes;  
 quia fecit mihi magna qui  
 potens est. \* Et Gloria. \* Et.  
*Eccli. 24. Luc. 10.*

*Lectio viij.*

**Q**uis enim, etiam si linguis  
 hominum Angelorum-  
 que loquatur, explicare queat,  
 quemadmodum superveniente  
 Spiritu, obumbrante virtute  
 Altissimi, caro factum sit Ver-  
 bum Dei, per quod facta sunt  
 omnia; & Dominus majesta-  
 tis, quem non capit universi-  
 tas creaturae, intra virginea  
 sese clausit viscera, factus  
 homo? Sed & illud quis vel  
 cogitare sufficiat, quam glo-  
 riosa hodie mundi Regina  
 processerit, & quanto devo-  
 tionis affectu tota in ejus oc-  
 cursu caelestium legionum  
 prodierit multitudo; quibus  
 ad thronum gloriae canticis sit  
 deducta; quam placido vultu,  
 quam serenae facie, quam laetis  
 amplexibus suscepta a Filio,  
 & super omnem exaltata crea-  
 turam, cum eo honore quo  
 tanta mater digna fuit, cum  
 ea gloria quae tantum decuit  
 Filium?

*R.* Fulcite me floribus, sti-  
 pate me malis; quia amore  
 langueo. Vox dilecti mei,  
 \* Ecce iste venit. ¶ Spiritus &  
 sponsa dicunt: Veni. \* Ecce.  
 Gloria. \* Ecce. *Cant. 2. Apoc. 22.*

*Pro Commemoratione Voti  
 Ludovici XIII.*

*Lectio ix.*

*Ex Declarat. Ludovici XIII.  
 data die 10. Febr. 1638.*

**H**odie celebratur memoria  
 solemnis illius voti, quo  
 Ludovicus decimus-tertius,

Francorum Rex, se suaque tutelae beatae Mariae Virginis commendavit edicto proposito in haec verba: Beatissimam & gloriosissimam Virginem in specialem regni nostri Patronam assumentes, eidem speciali modo Nos, Nostrum Sceptrum, Nostram Coronam, Nostrosque omnes Subditos dicamus & consecramus. Cujus nostri mancipatus ne memoria apud posterum excidat, mandamus fieri post Vesperas diei festi Assumptionis Processionem, ritu & apparatu quam maxime solemni in singulis Dominationis nostrae Ecclesiis, tam Cathedralibus quam Parochialibus & Conventualibus cujuscumque civitatis & pagi: praecipientes insuper quatenus superiores Curiae, ac locorum optimates dictae processioni interfint. Moneant etiam Episcopi Populos omnes Nostros ut peculiari erga beatissimam Virginem amore afficiantur ipsiusque patrocinium die illa solemni implerent, ut fretum adeo potentis Patronae praesidio regnum nostrum ab omnibus hostium tutum sit insidiis, & diuturna gaudeat pace, Deusque optimus maximus, tanta in eo colatur reverentia, ut Nos Subditique omnes ad beatum finem cui sumus conditi, tendere ac pervenire valeamus.

*R.* Apertum est templum Dei in caelo, \* Et signum magnum apparuit in caelo; Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & † In capite ejus corona stellarum duode-

cim. *Ps.* Astitit regina a dextris tuis, Deus, in vestitu deaurato, circumdata varietate. \* Et signum. Gloria. † In. *Resumitur R.* Apertum. usque ad *Ps.* Apoc. 11. & 12. *Ps.* 44.

Te Deum.

A D L A U D E S.

*Psalmi de Dominica.*

*Ant.* Quae est ista quae ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? *Cant.* 8.

*Ant.* 5. a. Ascendit sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae, & thuris, & universi pulveris pigmentarii. *Cant.* 3.

*Ant.* 7. c. Dominus contulit ei splendorem, ut incomparabili decore omnium oculis appareret. *Judith* 17.

*Ant.* 6. Vidérunt.

*Canticum.* Judith 13.

Benedixit te Dominus in virtute sua, \* quia per te ad nihilum redégit inimicos nostros.

Benedicta es tu, filia, à Domino Deo excelso \* praeter omnibus mulieribus super terram.

Benedictus Dominus, \* qui creavit caelum & terram:

Qui te direxit \* in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum;

Quia hodie nomen tuum ita magnificavit, \* ut non recedat laus tua de ore hominum.

*Et dicitur per Octavam, quando fit de ea.*

*Ant.* Vidérunt eam filiae, & beatissimam praedicaverunt, & laudaverunt eam. *Cant.* 6.

*Ant.* 3. a. Benedictus Dominus, qui exaltavit eam: Amen. *Tob.* 13.

Capitulum. Cant. 6.

Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora con-surgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

Hymnus.

PARATA cum te poscerent,  
O Virgo, cæli præmia,  
Purum sacratis aribus  
Amor resolvit spiritum.

SED victa partu mors tuo  
Te labis expertem nequit,  
Suis nec audet stringere  
Vitæ parentem nexibus.

O qualis inter obvios  
Regina scandit Cœlites!  
Quam pulchra, celsæ proxima  
Sedi Tonantis, assidet!

AMICTA sole femina,  
Lunamque subjectam pre-mens,

Bissena cui cingunt caput  
Fulgore miro sidera.

O tu, clientum cui preces,  
Cui vota cordi, iudicem  
Præbere nobis, quod potes,  
Patrona, placatum velis.

SIT nostra per te laus Patri:  
Tuoque grata Filio,  
Et utriusque Flâmini,  
In seculorum sæcula. Amen.

ÿ. Tu Domine, susceptor  
meus es, R. Glória mea, &  
exaltans caput meum. Ps. 3.

Ad Benedictus. Ant. 1. D.  
In plenitudine sanctorum de-tentio mea: quasi cedrus exal-tata sum, & quasi cypressus exaltata sum, & quasi cypressus in monte Sion. Eccli. 24.

Oratio.

Veneranda nobis, Domi-ne, huius diæi festivitas opem conferat salutarem, in qua sancta Dei Genitrix mor-tem subiit temporalem, nec

tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ Filium tuum Do-minum nostrum Jesum Chri-stum de se genuit incarnatum; qui tecum vivit & regnat.

AD HORAS, in fine Hym-norum dicitur:

QUI natus es de Virgine,  
Jesu, tibi sit gloria,  
Cum Patre, cumque Spiritu:  
In sempiterna sæcula. Amen.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. Quæ est ista.

Capitulum de Dominica.

In R. br. ÿ. Qui natus es  
de Maria Virgine.

CANON proprius.

AD TERTIAM.

Capitulum. Eccli. 24.

Sicut cinnamomum & bal-samum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

R. br. In voluntate tua de-duxisti me, Domine, \* Alle-luia, alleluia. In voluntate. ÿ. Et cum gloria suscepisti me, \* Allel. Glória. In. Ps. 72.

ÿ. Propter innocentiam susce-pisti me, Deus; R. Et confir-masti me in conspectu tuo in æternum. Ps. 40.

Oratio.

Concede, quæsumus, om-nipotens Deus, ad beatæ Mariæ semper Virginis gaudia æterna pertingere, de cujus nos veneranda Assumptione tribuis annuâ solemnitate gaudere. Per Dominum.

AD SEXTAM.

Ant. Dominus.

Capitulum. Is. 61.

Indumento iustitiæ circum-dedit me Deus meus, quasi sponsum decoratum coronâ,

G g ij

& quasi sponsam ornátam monilibus suis.

*R. br.* Convertisti planctum meum in gáudium mihi, \* Allelúia, allelúia. Convertisti, *Ps.* Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitiã, \* Allelúia. Glória. Convertisti.

*Ps.* Dómine, in voluntate tua *R.* Præstitisti decóri meo virtutem. *Pf.* 29.

*Oratio.*

**P**ORRIGE nobis, Dómine, dextram tuam, & per intercessiónem beátæ & gloriósæ semperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, auxilium nobis supernæ virtutis impende; Per eundem Dóminum nostrum.

A D N O N A M.

*Ant.* Benedictus.

*Capitulum.* Eccli. 24.

**I**N civitate sanctificata requievi, & in Jerúsalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

*R. br.* Hæc réquies mea in sæculum sæculi, \* Allelúia, allelúia. Hæc réquies. *Ps.* Hic habitabo, quoniam elégi eam, \* Allelúia. Glória Patri. Hæc.

*Ps.* Surge, Dómine, in requiem tuam, *R.* Tu & arca sanctificationis tuæ. *Pf.* 131.

*Oratio.*

**F**AMULÓRUM tuórum, Dómine, delictis ignosce, & qui tibi placere de áctibus nostris non valémus, genitricis Filii tui Dómini nostri intercessióne salvémur; Per

eundem Dóminum nostrum Jesum Christum.

A D II. VESPERAS.

*Psalmi de Officio parvo.*

*Ant.* **P**RÆCÉPIT rex iis qui 1. D. **P**in conspectu ejus ministrabant, ut introducerent reginam coram se, posito super caput ejus diadema. *Esther* 1.

*Ant.* 2. D. Surrexit rex in occursum ejus; positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus. 3. *Reg.* 2.

*Ant.* 3. a. Hábuít grátiam & misericórdiam coram rege super omnes mulieres, & posuit rex diadema regni in capite ejus. *Esther* 2.

*Ant.* 4. E. Rex dedit reginæ omnia quæ voluit & petivit ab eo. 3. *Reg.* 10.

*Ant.* 5. C. Benedixerunt eam omnes unâ voce, dicentes: Tu glória Jerúsalem, tu honorificéntia populi nostri. *Judith* 15.

*Capitulum.* *Judith* 13.

**B**ENEDICTUS Dóminus, quia hódie nomen tuum ita magnificávit, ut non recedat laus tua de ore hóminum, qui memores fuerint virtutis Dómini in æternum.

*Hymnus.* O vos ætherei. *ut in primis Vesperis.*

*Ps.* Posuisti, Dómine, in capite ejus coronam *R.* De lapide pretioso. *Pf.* 20.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 7. G. Respexit Deus humilitatem ancillæ suæ: ecce ex hoc beatam me dicent omnes generatiões; quia fecit mihi magna qui potens est. *Luc.* 1.

*Oratio, ut supra ad Laudet.*

AD COMPLETORIUM.

*Psalmi & Capit. de Dominica. Reliqua, ut heri. 461.*

DIEBUS

INTRA OCTAVAM ASSUMPTIONIS.

*Semiduplex.*

*Omnia dempto ritu solemnî, ut in die, præter ea qua hic notantur.*

*Psalmi de Feria in toto Officio.*

AD NOCT. Tres Antiph.

*¶. & RRRR. ex Nocturno diei, secundum Feriam.*

*Lectio prima de Scriptura occurrente; ex tribus fit una.*

*Lectio ij. & iij. ut infra in qualibet die.*

AD LAUDES.

*Ant. sola. 6. Vidérunt eam filia, & beatissimam prædicavérunt, & laudavérunt eam. Cant. 6.*

*AD HORAS, dicitur Alleluia. in RRRR. br. excep. Prim.*

AD VESPERAS.

*Ant. sola. 7. d. Pósuit rex diadéma regni in cápite ejus. Esther 2.*

DOMINICA

INTRA OCTAVAM.

*INVESP. Sabbati, Psalmi de Sabbato sub sola Ant. Pósuit. supra. Capitulum, (omisso Responsorio) Hymnus ¶. & Ant. ad Magnificat. ut in I. Vesper. cum Comm. Domin.*

AD OFFICIUM NOCTUR.

*Ut in die dempto ritu solemnî, exceptis qua sequuntur.*

*Psalmi de Dominica, & sic in toto Officio.*

*Responsoria ut in die Festi.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Cyrilli

Alexandrini.

*Hom. contra Nest. hab. Ephes. in Basilica majori.*

*Lectio iv.*

**S**anctorum cœtum, qui à sancta Deipara semper Virgine Maria invitati prompto animo huc confluerunt, lætum erectumque conspicio. Quare licet multâ præmerer tristitiâ, attamen hic sanctorum Patrum cœtus lætitiâ mihi præbuit. Nunc dulce illud hymnographi David verbum apud nos impletum est: Ecce jam quid bonum aut quid jucundum, nisi habitare fratres in unum? Salve itaque à nobis, sancta Mystica Trinitas, quæ nos omnes convocasti in hanc Ecclesiâ Deiparæ Mariæ.

*Lectio v.*

**S**alve à nobis, Maria Deipara, venerabile cimélium totius orbis terrarum, lampas inextinguibilis, sceptrum rectæ doctrinæ, templum indissolubile, locus ejus qui loco capi non potest, mater & virgo; per quam nominatur in sanctis Evangeliiis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

*Lectio vj.*

**S**alve, quæ immensum incomprehensumque in sancto virgineo útero comprehendisti; per quam cœlum exultat; per quam Angeli & Archangeli lætantur; per quam dæmones fugantur; per quam prolapsus homo cœlum recuperat; per quam omnis creatura idolorum vesaniâ de-

tenta ad agnitionem veritatis pervenit; per quam sanctum baptisma obtingit credentibus; per quam oleum exultationis; per quam toto orbe terrarum fundatae sunt Ecclesiae; per quam gentes adducuntur ad poenitentiam: & quid plura dicam? per quam unigenitus Dei Filius iis qui in tenebris & umbra mortis sedebant, lux effulsit.

### IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 10.

**I**N illo tempore; Intravit Jesus in quoddam castellum: & mulier quaedam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia sancti Anselmi Episcopi.

Homil. 9. in Evang.

**D**UAE istae sorores, sicut Patres sancti plenissime nobis exposuerunt, duas in sancta Ecclesia vitas designant; Martha scilicet activam, Maria contemplativam. Ista laborat ad exhibenda indigenti omnia humanitatis officia; illa vacat & videt quoniam Deus est. Ista circa exteriora occupatur; illa interiora contemplatur. Sicut autem mater Dei est singularis; ita & istarum vitarum effectus, quarum istae sorores typum tenent, in ea extitit singularis. Nunquam in aliqua persona, imo in omnibus sic Martha operata est, nunquam alias sic Maria contemplationi vacavit.

Lectio viij.

**J**AM videamus actionem huius Marthae. Ista non quemlibet ex minimis, sed summum Dei Filium hospitem suscepit; nudum carne vel etiam pannis operuit; esurientem pavit; comprehenso & crucifixo affuit. Porro de parte Mariae quanta in Maria fuerit, quis digne loquatur? Haec conservabat omnia verba, Angelorum, Pastorum, Magorum, necnon ipsius Filii sui, conferens in corde suo. Nemo unquam, sicut ipsa, gustavit quam suavissimum est Dominus. Nec mirum: quoniam apud eam, imo intra eam erat fons vitae. Circa plurima ut Martha occupabatur: circa unum ut Maria delectabatur. Sed pars Marthae ei auferitur: jam enim non erit sollicita ut ministret ei sicut puero: jam non turbabitur fugiens in Aegyptum: jam Filius Mariae non flagellabitur, nec occidetur. Pars ergo Marthae ei auferitur, sed bono suo: pars vero Mariae ei perficitur, quae non auferetur ab ea.

Lectio ix. de Homilia Dominica occurrentis. Cetera ut in die, cum Commemoratione Dominica in Laudibus & Vesperis.

DIE XVI.

DE OCTAVA.

Sermo sancti Procli Episcopi, Orat. 1. in S. Deipar. hab. in Concilio Ephes.

Lectio ij.

**V**IRGINALIS sollemnitas linguam nostram hodie, fratres, ad laudis praeconium provocat. Hic nos quippe mo-

dò sancta Dei génitrix virgo Maria in unum coégit : impollutus ille virginitatis thesaurus ; spiritalis secundi Adæ paradísus ; uniónis naturárum officína ; thálamus in quo sibi Verbum carnem desponsávit ; animátus naturæ rubus quem divini partús ignis non combussit ; verè levis nubes quæ sedentem super Chérubim cum corpore portávit ; mundíssimum vellus imbre è cælo infúsum , ex quo Pastor ovem índuit. Quamvis ómnium Sanctórum memóriæ mirábiles sint ; nihil tamen diéi hujus solénnis æquale ad glóriam. Abel propter sacrificium celebrátur ; Abraham propter fidem præcláris láudibus cumulátur ; Móyses tanquàm legístator prædicátur ; Eliás , ut zelótes , testimónium habet ; David , ut pater mystérii in carne peracti , commendátur : verum nihil tale est qualis est Dei génitrix Maria : ipsa enim , quem illi in ænigmate viderunt , incarnátum in útero portávit. Cunctas res creatas , ó homo , cogitátione percurrere , & vide an quidquam sit æquale vel majus Mariá Deipará.

*De sancto Rocho.*

*Lectio iij.*

**R**Ochus apud montem Pefsulánium equestri genere mortificátionem Christi jejuniis & austeritate vitæ , à primâ ætate in corpore suo portávit. Paréntibus vitâ functis , vigésimum nondum attingens annum , post erogatas paupéribus facultates , peregrinátionem Románam ,

religiónis ergo , suscepit. Iter aggressus in Xenodóchia divertébat , ibique páuperes & ægros quâcumque póterat ratióne atque subsidio solabátur. Peste ígitur in Italiá fervente , præcláram naçtus exercendæ caritátis opportunitátem , strénuam in juvandis ac sanandis eâ infectis óperam navare cœpit , plurimisque solo crucis signo sanitátem restituit. Postquàm verò multos curasset , ipse Româ egressus , Placéntiæ pestilentíâ corripitur , quâ cum gravíssimè laboráret , in próximam silvam se récipit , ubi fons divino nutu ad Languentis preces exiliisse fertur , ad temperandum febris ardorem. Sanitate recuperatâ , in pátriam révertitur : verum cum bellis illa vexarétur , ipse tanquàm explorátor comprehensus , in cárcerem conjicitur ; ubi per quinquénnum durè exceptus , cum máximâ paciéntiæ laude , in jugi meditátione Passiόνis Christi , excessit è vivis décimo sexto Calendas Septembris , anno Christi millésimo trecentésimo vigésimo séptimo. Post ejus tránsitum multi lue pestiferâ laborantes , prístinæ sanitáti précibus ejus restituti sunt. Quibus intellectis , patrum Constantiensis Concilii œcuménici decreto , ad pestem in urbe grassantem propulsandam , honóres Sanctis exhibéri soliti , Rocho inter Sanctos nondum relátio impénsi sunt , & ipsius imágine à pátribus frequenti pópulo , per vicos & compita civitátis in solénni supplica-

tióne circumductâ , quiévit  
confestim savítia morbi.

*Pro Commemor. S. Rochi,  
Ant. Propter. ̄. In iustitia.  
Ixi.*

*Oratio.*

**P**Opulum tuum , quæsu-  
mus, Dómine, ad te con-  
fugientem paternâ récipe pie-  
tate; ut qui tuæ iracundiæ fla-  
gella formidant, intercedente  
beáto Rocho, tuâ mereantur  
misericórdiâ liberári; Per  
Dóminum.

D I E X V I I.

D E O C T A V A

Ex libro S. Ambrósii Epíscopi,  
de Virgínibus.

*Lib. 2 caput 2.*

*Lectio ij.*

**S**It vobis tanquam in imá-  
gine descripta virginitas  
vitaque beátæ Mariæ, de qua  
velut spéculo refúlgeat spécies  
castitatis & forma virtútis.  
Hinc sumátis licet exempla  
vivendi, ubi tanquam in exem-  
plári magistría expressa pro-  
bitatis, quid corrígere, quid  
effúgere, quid tenére debeát-  
is ostendunt. Primus discendi  
ardor nobilitas est magistrí.  
Quid nobílius Dei matre?  
quid splendídus eâ quam  
splendor elégit? quid castius  
eâ quæ corpus sine corpóris  
contagióne generávit? Talis  
fuit María, ut ejus unius vita  
ómnium sit disciplína.

*Lectio iij.*

**S**I ígitur auctor non displicet,  
opus probémus; ut  
quicumque sibi ejus exoptat  
præmium, imitétur exemplū.  
Quanta in una vírgine spécies  
virtúrum émicant? Secrétum  
verecúndiæ, vexillum fidei

devotiónis obléquium; virgo  
intra domum, comes ad mini-  
stérium, mater ad templum.  
O quantis illa virgínibus oc-  
curreret? quantas complexa ad  
Dóminum trahet, dicens:  
Hæc thorum filii mei, hæc  
thálamos nuptiales immacu-  
lato servávit pudóre! Quem-  
admodum eas ipse Dóminus  
commendábit Patri, nimirum  
illud répetens suum: Pater  
sancte, istæ sunt quas custodi-  
vi tibi; peto ut ubi ego sum,  
& ipsæ sint mecum. Tunc etiá  
María tympanum sumens,  
choros virgínales excitábit  
cantantes Dómino, quòd per  
mare séculi sine secularibus  
flúctibus transierunt.

D I E X V I I I.

D E O C T A V A.

Homília S. Andréæ Cretensis.

*In S. Annuntiatione.*

*Lectio ij.*

**B**enedicta tu inter mulie-  
res. Verè quidem bene-  
dicta: nam benedixit te  
Deus suum tabernáculum,  
quando paternâ glóriâ eximie  
plenum hóminem Christum  
Jesum, eundemque Deum, ex  
quibus ac in quibus perfectus  
constat natúris, incompre-  
hensâ ratióne útero gestasti.  
Benedicta tu inter mulieres,  
quæ ccelestem thesaurum, in  
quo sunt omnes thesauri sa-  
piéntiæ & sciéntiæ abscondi-  
ti, in virginitatis tuæ inviolá-  
to thálamo, nihil angustarum  
complexa es. Benedicta tu in  
mulieribus, quæ sola benedi-  
ctiõem hæreditate consecuta  
es, quam Deus per Abraham  
géntibus promiserat. Benedi-  
cta tu in mulieribus, quam

generatiões beátam dicunt, quam Reges glorificant, quam principes venerantur, cujus vultum dívites plebis deprecantur, ac postquam vírgines quæ sequentes, quæ præeuntes in templum Regis unà contendunt.

*Lectio iij.*

**B**enedicta tu in mulieribus, quam Isaias prophéticis óculis videns, Prophetissam & Virginem appellávit. Verè benedicta tu, quam Ezéchiél Orientem prænuntiávit, & portam clausam, per quam Deus solus tránseat, & quæ iterum clausa maneat. Sola tu verè benedicta, quam montem magnum vir desideriórum Dániel vidit, Habacucque ille admirábilis, montem umbrósum; quam prætereà avus tuus David, montem Dei, montem pinguem, montem coagulátum; montem dénique in quo sit beneplácitum Deo habitáre in eo, prophéticè decantávit. Benedicta tu in mulieribus, quam Zachariás, in divinis perspicacíssimus, vidit aureum candelábrum, lucernis septem, & septem infusóriis spléndidum, nempe septem divini Spíritus carismátibus úndique collustrátum.

*VESPER. de S. Ludovico, Episcopo, ut in Communi, xvij. Oratio. Deus, fidélium. xxj.*

D I E X I X.

In Festo  
SANCTI LUDOVICI,  
Episcopi.

*Duplex I. Ordinis.*

*Omnia ut in Communi SS. Pontificum, additis qua sequuntur.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

*Lectio iv.*

**L**udovicus Cároli secundi Siciliæ regis filius, adhuc puer obses pro patre bello capto ductus est in Catalóniam. Ibi virtútibus ómnibus, præsertim verò castitate & córporis castigatióne máximè enituit. In cárcere detentus votum emísit de amplectendo Franciscanórum institúto; quod cum è Catalónia reversus implére vellet apud Montem Pessulánum, à patre prohibitus est. Designátus Episcopus Tolosánus sancti Francisci régulam prius profiteri voluit, quàm ordinaretur piscopus. In Episcopátu pauperes impensè coluit, & ómnibus ómnia factus est. Obiit anno ætatis vigésimo quarto, sepultus est Malsilia in Æde Franciscanórum. Hunc miraculis clarum Joannes vigésimus secundus, sanctórum factis adscripsit.

Ex libro sancti Gregórii Papæ, de Cura pastoráli.

*Part. I. Cap. 9. & 10.*

*Lectio v.*

**C**um curam pópuli electus Præsul suscipit, quasi ad ægrum médicus accedit. Si ergo adhuc in ejus córpore passiones vivunt, quæ præsumptiõne percussum mederi properat, qui in fácie vulnus portat? Ille igitur modis ómnibus debet ad exemplum bene vivendi pértrahi, qui cunctis carnis passiónibus móriens jam spiritaliter vivit,

qui prospéra mundi postpónit, qui nulla adversa pertimescit, qui sola interna desiderat. Cujus intentioni bene congruens, nec omnino per imbecilitatem corpus, nec valde per contumaciam repugnat spiritus. Qui ad aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur. Qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum fléctitur, sed nunquam plusquam deceat ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur. Qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat. Qui ex affectu cordis, alienæ infirmitati compátitur; sicque in bonis próximi sicut in suis profécibus lætatur. Qui ita se imitabilem ceteris in cunctis quæ agit insinuat, ut inter eos non habeat quod saltém de transactis erubescat. Qui sic studet vivere, ut proximorum quoque corda aréntia doctrinæ valeat fluentis irrigare. Qui orationis usu & experimento jam didicit quod obtinere à Dómino quæ popósce-rit, possit; cui prophéticæ voce jam quasi specialiter dicitur: Adhuc loquente te, dicam: Ecce adsum.

Cap. 11. *Lectio vj.*

**S**icut enim fortasse quis veniat, ut pro se ad intercedendum nos apud potentem quempiam virum, qui sibi iratus, nobis verò sit incognitus, ducat; prótinus respondemus: Ad intercedendum venire non possumus, quia familiaritatis ejus notitiam non habemus. Si ergo homo apud hominem de quo minime præsumit fieri

intercessor erubescit; quâ mente apud Deum intercessionis locum pro populo arripit, qui familiarem se ejus gratiæ esse per vitæ méritum nescit? Aut ab eo quomodo aliis veniam postulat, qui utrum sibi sit placatus ignorat? Quâ in re adhuc aliud est sollicitius formidandum; ne qui placare iram posse créditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquidò novimus, quia cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur.

### IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij.* Cap. 24.

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit. Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii Episcopi.

*Comment. in Matth. Cap. 26.*

**U**t ignorantiam illam dici omnibus taciti non sine utilis silentii ratione esse sciremus, vigilare nos Dominus propter adventum furis admonuit, & orationum assiduitate detentos, omnibus præceptorum suorum operibus inhærere. Furem enim esse ostendit zâbulum ad detrahenda ex nobis spolia pervigile, & corporum nostrorum domibus insidiantem; ut ea, incuriosus nobis & somno deditis, consiliorum suorum atque illecebrarum jaculis perfodiat. Paratos igitur esse nos

convenit ; quia diē igno-  
rātio intentam sollicitudinē  
suspensæ expectatiōnis exāgi-  
tat.

Cap. 27. *Lectio viij.*

**Q**uis namque est fidēlis ser-  
vus & prudens , quem  
constituit Dōminus super fa-  
miliam suam ? Quāquam in  
commūne nos ad indefessam  
vigilantiæ curam adhortetur ,  
specialem tamen pōpuli prin-  
cipibus , id est , Episcopis , in  
expectatiōne adventūque suo  
sollicitudinē mandat. Hunc  
enim servum fidēlem atque  
prudentem , prapōsitum fa-  
miliæ significat , cōmoda  
atque utilitatē commissi sibi  
pōpuli curantem.

*Lectio ix.*

**Q**ui si dicto audiens , &  
præceptis obediens erit ;  
id est , si doctrinæ opportuni-  
tate & veritate infirma confir-  
met , disrupta consolidet , de-  
pravata convertat , & verbum  
vitæ in aternitatis cibum a-  
lendæ familiæ dispendat , at-  
que hæc agens , hisque immo-  
rans deprehendatur ; gloriā  
à Dōmino tanquam dispensā-  
tor fidēlis & villicus utilis  
consequetur , & super omnia  
bona constituetur ; id est , in  
Dei gloriā collocabitur , quia  
nihil sit ultra quod melius  
sit.

*Oratio.* Deus, fidēlium. xxj.

*AD LAUD.* sit *Commem.*

*Octava.*

*AD HORAS.* RRRRL. *brev.*  
*additur bis Allelūia.*

*IN VESP.* sit *Commemor.*

*S. Bernardi, Abbatis. Ant.*

*Sedēbit. ψ. Abscondet. xxxiv.*

*Oratio.* Deus, qui, *infra.* 478.

*Deinde Octava Assumption.*

*Ant. Respexit ψ. Poluisti. 468.*

*Oratio.* Veneranda nobis. 467.

D I E X X.

In Festo

SANCTI BERNARDI,  
Abbatis.

*Duplex II. Ordinis.*

*Omnia de Communi Docto-  
rum, additis qua sequuntur.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectiōnes de Scriptura oc-  
currente.*

IN II. NOCTURNO.

*Lectio iv.*

**B**ernardus , Fontānis in  
Burgūdia nobilibus &  
piis parētibus natus ,  
anno ætatis vicésimo secundo,  
Cisterciense monastērium cui  
Stēphanus Hardingus tertius  
à sancto Roberto præerat , in-  
gressus est ; ejusque exemplo  
triginta socii idem vitæ genus  
amplexi sunt. Ut autem se ad  
arctiorem observantiā exci-  
taret , hoc sæpius in ore habē-  
bat : Bernarde , ad quid veni-  
sti ? Eos in pietate fecit pro-  
gressus , ut à Stēphano ad  
construendum Claravallense  
monastērium , juvenis licet ,  
mitteretur. Cujus loci , ut tunc  
mox erat , Abbas pariter de-  
signatus , à Guillelmo Cata-  
launensi Episcopo , absente  
Josceranno Episcopo Lingon-  
nensi , benedictionem accē-  
pit. Ibi pro victu pulmenta ,  
sæpius ex foliis : panis ex hór-  
deo , milio & viciā ; hūmiles  
casæ ; solitudo ingens in ma-  
gna fratrum multitudinē ; si-  
lentiūque tanta observantiā , ut  
præter laborantium strépitus  
& voces laudantium Deum ,  
nihil penitus audiretur. Tum

Iegem sibi ipsi impósuit Bernardus è monasterio nunquam exeundi, nisi aut urgérent Ordinis sui negotia, aut ab Apostólicæ Sedis Legáto, vel próprio Epíscopo, evocarétur.

*Lectio v.*

**I**Nterfuit Concílio Trecensi sub Honorio secundo, in quo Templáriis militibus Régula præscripta est. Remensem pópulum Archiepíscopo reconciliávit. Pontificátum asseruit Innocéntio secundo, quem Petrus Leónis, usurpáto Anacleti secundi nómine, Româ expúlerat: cum enim, coacto apud Stampas Concílio, Rex & Antístites rem totam ad unius Bernardi arbitrium detulissent, Innocéntiú legítimum esse beáti Petri successórem declarávit. Henricum primum Angliæ regem, partes Anacleti cum Epíscopis Anglicánis tuentem, ita flexit, ut Innocéntio Carnútas usque óbviám procésserit. Tum Bernardus, solútâ Synodo Pisánâ cui affuerat, Mediolanenses & Aquitános, qui Anacletum fovébant, ad unitátem Ecclésiæ revocávit; Ducemque Aquitániæ Guillelmum, expóstitâ cum obtestatióne ob óculos ejus tremendâ Hóstiâ, ádeo terruit, ut ille abjecto schismate, ad saniórem mentem súbito redierit. Imperatórem Lothárium jus investiturárum sibi vindicantem solítâ loquendi libertáte reprehendit, & à susceptis consiliis dimóvit. Romam accitus, Victóri qui Anacletó & ipse pseudo-póntifex subrogátus fuerat,

persuásit ut Innocéntio obsequerétur.

*Lectio vj.*

**C**Laravalle reversus, sancti Anastásii monasterio, quod ad Aquas Sálvias prope Romam extrúxerat, eum præfécit Abbátem, qui postea summus Póntifex creatus, Eugénius tertius appellátus est, ad quem étiam scripsit libros de Consideratióne. Eo summi Pontíficis jussu concionante, sacra in Saracénos expeditio suscepta est, quæ tamen felicem éxitum non hábit. Hinc multórum agitátus est calumniis, quas patientíssimè tulit. Abailardum confutávit in Senonensi Concílio; & in Remensi adversus Gilbertum Porretánum Pictavensem Epíscopum, quem erróris convicerat, symbolum cóndidit. Henriciánam hæresim in Tolosátibus repressit; & Radulfum mónachum arguit, qui interficiendos esse Judæos contendébat. Gravióra inter civitátem Metensem & vicinos príncipes orta dísidia dirémit. Oblátos quinque epíscopátus recusávit. Ab omnibus ómnium órdinum úndique consultus, oratióni vacáre nunquam, Missæ sacrificium celebráre, vix aliquando intermísit. Cum dénique annum vitæ sexagésimum tertium ágeret, miraculórum magnítudine & número claríssimus, Claravalle obdormivit in Christo anno millésimo centésimo quinquagésimo tertio; sepultusque est ante altáre beátæ Virginis, quam religióne singulári colúerat:

p̄ctori vero, uti præcep-  
rat, capsula reliquiarum san-  
cti Thaddæi Apostoli in tū-  
mulo superposita est. Sancto-  
rum canonum vixdum viginti  
post mortem annis ab Alexan-  
dro Papa tertio ascriptus est.  
Odo vero Parisiensis Episcopus,  
anno millésimo ducen-  
tésimo séptimo, natalem ejus  
in Ecclesia Parisiensi quotan-  
nis deinceps celebrari, an-  
nuente Decano & Capitulo,  
datis litteris, constituit.

### IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secun-  
dum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 19.*

**I**N illo tempore; Dixit Pe-  
trus ad Jesum: Ecce nos  
reliquimus omnia, & secuti  
sumus te; quid ergo erit no-  
bis? Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi  
Abbatis.

*Serm. 22. de divers. qui est de  
quadrupl. debito.*

**I**N via estis, fratres, quæ  
ducit ad vitam; in via  
recta & impolluta, quæ  
ducit ad civitatem sanctam  
Jerusalem illam, quæ libera  
est, quæ sursum est, quæ est  
mater nostra. Arduus quidem  
ascensus ejus, utpotè per ip-  
sam montis summitatem in-  
census; sed via compendiosior  
laboris magnitudinem vel  
temperat, vel excludit. Vos  
autem tam felici facilitate,  
quam facili felicitate viam  
istam non solum itis, sed cur-  
ritis; quia exonerati estis &  
accincti, nihil ponderis super  
dorsa portantes.

*Lectio viij.*

**F**ELICES igitur vos, qui vos  
& vestra sine omni excep-  
tionum reliquistis, per ipsum  
montis verticem iter facitis ei  
qui ascendit super occasum;  
Dominus nomen illi. Illi ve-  
rò, qui quamvis Ægyptum fu-  
gerint, tamen ad quæque Æ-  
gyptia tenerrimè respirant,  
viam civitatis habitaculi non  
invenérunt; sed voluntatum  
suarum gravissimis sarcinis  
prægravati, vel sub onere,  
vel cum onere cadunt, ut vix  
ad cursum perveniant desti-  
natum. Quid enim est quod  
vita vestra vitam Apostolicam  
repræsentet? Illi reliquerunt  
omnia, & in schola Salvato-  
ris sub ejus præsentia congre-  
gati, hausérunt aquas in gau-  
dio de fonte Salvatoris, ipsum  
vitæ fontem in ipso fonte  
bibentes.

*Lectio ix.*

**B**EATI oculi qui viderunt.  
Numquid non & vos, non  
in præsentia, sed in absentia  
ipsius: non ad verba oris ejus,  
sed ad vocem nuntiorum ejus,  
simile aliquid fecistis? Defen-  
dite vobis hanc prærogati-  
vam; quod, illi ad visum &  
ad verbum, vos ad auditum  
& nuntium, credidistis. Sic  
stare in Domino, carissimi, ut  
quemadmodum illi in fame  
& siti, in frigore & nuditate,  
in laboribus & jejuniis, & vi-  
giliis, & ceteris observantiis,  
justitiæ viam regiã tenuerunt;  
sic & vos, etsi non eorum mé-  
ritis tamen exercitiis aliqua-  
tenus coæquati, dicatis Dó-  
mino Deo vestro, cum ve-  
neritis ante thronum gloriæ

ipsius : Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti ; annis quibus vidimus mala.

*Oratio.*

**D**Eus, qui beatum Bernardum Abbatem caritatis tuæ igne succensum in Ecclesia tua lucere simul & ardere fecisti : ejus intercessione concede, eodem nos caritatis Spiritu ferventes, coram te semper in filios lucis ambulare ; Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per.

*Fit Commemor. Octava Assumpt. Ant. In plenitudine. V. Tu, Domine. Oratio. Veneranda. 467.*

*AD HORAS, REPER. brev. cum duplici Alleluia. dicuntur.*

*AD II. VESP. fit Comm. Oct. Assumpt. Ant. Respexit. V. Posuisti. 468. Oratio. Veneranda. 467.*

D I E X X I.

D E O C T A V A.

Sermo sancti Joannis  
Damasceni.

*Orat. 2. de Dormitione S. M.*

*Lectio ij.*

**H**odie sacra & animata Arca Dei viventis, quæ suum in utero concepit creatorem, requiescit in templo Domini, quod nullis est extractum manibus : & David exultat ejus parens ; & cum eo choros ducunt Angeli, celebrant Archangeli, Virtutes glorificant, Principatus exultant, Potestates collatantur, gaudent Dominationes, Throni festum diem agunt, laudant

Chérubim, glóriam ejus prædicant Séraphim. Hodie sacratissima columba, hoc est simplex atque innocens anima, Spirituique divino consecrata, arca id est corpore quod vitæ initium dedit evolans, pedibus suis requiem invenit, atque in superna hereditatis terra habitavit. Hodie Edem, novi Adam paradysum suscipit animatum, in quo soluta est condemnatio, in quo plantatum est lignum vitæ, in quo nuditas nostra contacta est. Hodie Virgo immaculata, quæ nullis terrenis inquinata est affectibus, sed cælestibus educata cogitationibus, non in terram abscessit ; verum, ut quæ verè vivum cælum extiterat, in cælestia tabernacula introducitur. Hodie vitæ thesaurus, gratiæ abyssus, morte vitam afferente obtrigatur ; quæque ejus everforem pepererat, ad eam metus omnis expers accedit, si tamen sanctissimum ac vitalem ipsius somnum, mortem appellare fas est ; nam quæ veram vitam cunctis protulit, quæ tandem mortem degustare aut ei obnoxia esse queat ? Verum filii sui legi obsequitur ; & ut filia veteris Adam, veterem sententiam subiit (nam & ejus filius, qui est vita ipsa, eam non recusavit) ; ut autem Dei viventis mater, ad illum ipsum dignè assumitur.

*Paulo post. Lectio iij.*

**H**anc nos qui has divitias consecuti sumus ut Christi populus & simus & dicamur, sanctis cantibus hodie

collaudemus: hanc nocturnis celebramus vigiliis: hanc animi & corporis puritate oblectemus. Hæc inenarrabilem divinæ erga nos benevolentia abyssum in publicum prompsit. Per hanc diuturnum illud bellum, quod nobis cum Creatore erat, sublatum & extinctum est. Per hanc nobis cum eo reconciliatio sancita, paxque & gratia donata est. Hæc bona omnia nobis conciliavit. In hac & Deus homo, & homo Deo factus est; quo quid admirabilius? quid beatus? Jubilemus igitur ob Arcam Domini Dei toto animo: & muri cadent Jerichuntini; hoc est, contrariarum potestatum infestæ munitiones. Cum David exultemus spiritu: Arca enim Domini hodie requievit. Cum Gabriele exclamemus: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Ave gaudii pelagus inexhaustum; Ave unicum molestiarum levamen; Ave omnium cordis dolorum medicamentum; Ave per quam mors summovetur, vita autem importatur.

*VESPER. de die Octava, ut in primis Vesperis Festi.*

D I E X X I I.

Octava

A S S U M P T I O N I S

B E A T Æ M A R I Æ.

*Duplex I. Ordinis.*

*Omnia dempto ritu solemni, ut in die 461; exceptis quæ sequuntur.*

*Psalmi de Feria in toto Officio.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectiones de Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

De Sermone sancti Bernardi Abbatis.

*In Assumpt. Serm. 4. num. 5.*

*Lectio iv.*

**N**on est quod me magis delectet, sed nec quod terreat magis, quam de gloria Virginis matris habere sermonem. Ecce enim si in ea laudavero virginitatem, mihi multæ virgines post eam videntur offerri. Si humilitatem prædicavero, invenientur forte vel pauci, qui, docente Filio ejus, mites facti sunt & humiles corde. Si magnificare volüero misericordiae ejus multitudinem, sunt aliqui misericordiae viri, etiam & mulieres. Unum est, in quo nec primam similem visa est, nec habere sequentem, gaudia matris habens cum virginitatis honore. Mariæ privilegium est, non dabitur alteri: singulare est, sed continuo etiam indicibile invenitur.

*Lectio v.*

**V**eruntamen non hoc tantum, sed ceteras quoque virtutes singulares prorsus invenies in Maria, quæ videbantur esse communes. Quæ enim vel angelica puritas virginitati illi audeat comparari, quæ digna fuit Spiritus sancti sacrarium fieri, & habitaculum Filii Dei? Quanta verò & quam pretiosa humilitatis virtus cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cum conscientia prorsus absque delicto, imò cum tanta gratiæ plenitudine? Unde tibi humilitas, & tanta humilitas, o beata? Digna planè quam

respiceret Dóminus, cujus decórem concupísceret Rex, cujus odóre suavíssimo ab æterno illo paterni sinûs attraherétur accúbitu.

*Lectio vj.*

**E**Cce jam quibus potúimus votis ascendentem te ad Filium dedúximus, & profecúti sumus saltèm à longè, Virgo benedícta. Sit pietátis tuæ ipsam quam apud Deum grátiam invenisti, notam fácere mundo: reis véniam, medélam ægris, pusillis corde robur, afflictis consolatióem; periclitántibus adjutórium & liberatióem sanctis tuis precibus obtinendo. In hac quoque die solemnitátis & lætitiæ dulcíssimum Mariæ nomen cum laude invocántibus sérvulis, per te, Regina clemens, grátia suæ múnera largiátur Jesus Christus Filius tuus, Dóminus noster: qui est super ómnia Deus benedíctus in sécula. Amen. Tu autem.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 11.*

**I**N illo tempore; Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beátus venter qui te portávit. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

*In Luc. Cap. 11. Lib. 4.*

**M**agnæ devotiónis & fidei hæc mulier osténditur, quæ Scribis & Pharisæis Dóminum tentántibus, simul & blasphemántibus, tantâ ejus incarnatióem præ omnibus sinceritate cognós-

cit, tantâ fiduciâ confitétur, ut & præsentium prócerum calúnniam & futurórum confundat hæreticórum perfidiá. Nam sicut tunc Judæi, sancti Spíritus ópera blasphemando, verum consubstantialémque Patri Dei Filium negábant: sic hæretici, póstea negando Mariam semper virginem, sancti Spíritus operante virtute, nascituro ex humanis membris Unigénito Dei carnis suæ matériam ministrasse, verum consubstantialémque matri filium hóminis fatéeri non debére dixerunt.

*Lectio viij.*

**S**ED si caro Verbi Dei secundum carnem nascentis à carne Virginis matris pronuntiátur extránea; sine causa venter qui eum portasset, & úbera quæ lactassent, beatificarentur. Nos igitur, his contra Eutychem dictis, extollámus vocem cum Ecclesiá Cathólica, cujus hæc mulier typum gessit: extollámus & mentem de médio turbárum, dicamúsque Salvatóri; Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ suxisti! Verè enim beáta parens, quæ, sicut quidam ait, enixa est puérpera Regem, qui cælum terramque tenet per sécula, cujus Numen & æterno complectens ómnia gyro, impérium sine fine manet; quæ ventre beáto gáudia matris habens cum virginitátis honóre, nec primam símilem visa est, nec habére sequentem.

*Lectio ix.*

**A**T ille dixit: Quinimò, beáti qui áudiunt verbum

bum Dei, & custodiunt! Pulchre Saluator attestatiōni mulieris annuit, non eam tantummodo quæ Verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes qui idem Verbum spiritaliter auditu fidei concipere, & boni operis custodiā vel in suo vel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint, asseverans esse beatos: quia & eadem Dei Génitrix: & inde quidem beata, quia Verbi incarnandi ministra est facta temporalis; sed inde multo beator, quia ejusdem semper amandi custos manebat aeterna.

IN VESP. Commem. sancta Helena. Ant. Domus. ♀. Anima. l. Oratio, ut infra.

D I E X X I I I.

In Festo

SANCTÆ HELENÆ,  
Imperatricis & Viduæ.

Semiduplex.

Omnia ut in Communi SS. Mulierum, l. additis qua sequuntur.

Sermo sancti Ambrōsii  
Episcopi.

Ex Orat. in obitu Theodos.

Lectio ij.

BEATUS est Constantinus, parente Helena, quæ imperanti filio divini muneris quæsitum auxilium, quo inter prælia quoque tutus assisteret & periculum non timeret. Magna femina, quæ multo amplius invenit quod Imperatori conferret, quam quod ab Imperatore acciperet. Anxia mater pro filio cui regnum orbis Romani cesserat, festinavit Hierosolymam & servata est locum Dominicæ Pas-

MIR. Pars Æstiva.

siōnis. Stabulariam hanc primo fuisse asserunt, sic cognitam Constantio seniori, qui postea regnum adeptus est. Bona stabularia quæ tam diligenter præsepe Domini requisivit. Bona stabularia quæ stabularium non ignoravit illum, qui vulnera curavit à latronibus vulnerati. Bona stabularia quæ maluit æstimari stercora, ut Christum lucrifaceret. Ideo illam Christus de stercore levavit ad regnum, secundum quod scriptum est: quia suscitatur de terra inopem; & de stercore erigit pauperem.

Lectio iij.

VENIT ergo Helena coepit revivere loca sancta, infudit ei spiritus, ut lignum Crucis requireret, accessit ad Gólgota, & ait: Ecce locus pugnae, ubi est victoria? Quæro vexillum salutis & non invenio. Ego, inquit, in regnis, & Crux Domini in pulvere? Ego in aulis, & in ruinis Christi triumphus? ille adhuc latet, & latet palma vitæ æternæ? quomodo me redemptam arbitror, si redemptio ipsa non cernitur? aperit itaque humum, decutit pulverem: tria patibula confusa reperit, incerta hæret; hæret ut mulier, sed certum indaginem sanctus Spiritus inspirat. Avida mulier festinabat tangere remedium immortalitatis, metuēbat calcare Sacramentum salutis. Lignum refulsit, & gratia micuit. Et quia jam feminam visitaverat Christus in Maria, spiritus in Helena visitaret.

H h

Quæsiuit clavos quibus crucifixus est Dominus, & invenit; de uno clavo frænos fieri præcepit, de altero diadema intexuit: unum ad decorem, alterum ad devotionem vertit. Utròque usus est Constantinus, & fidem transmisit ad posteriores reges. Sapienter Helena, quæ Crucem in capite regum locavit, ut Crux Christi in regibus adorètur.

*Oratio.*

**D**omine Jesu Christe, qui per beatam Helenam passionis tuæ Crucem & clavos dedisti in loco Calvariæ reperiri: præsta quæsumus, ut ejus intercessione, invenire gratiam tuam in præsentem & gloriam in futuro valeamus; Qui vivis & regnas.

*VESPERÆ de S. Bartholomæo. In iis Commemor. S. Helena. Ant. Exuc. ψ. Anima. liv. Oratio, ut supra.*

**D I E X X I V.**

In Festo

**SANCTI BARTHOLOMÆI,**

**APOSTOLI.**

*Duplex I. Ordinis.*

*Omnia de Communi Apostolorum, additis quæ sequuntur.*

**IN I. NOCTURNO.**

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

**IN II. NOCTURNO.**

*Lectio iv.*

*Ex Euseb. S. Hieron. &c.*

**B**artholomæus, unus ex Duodecim quos elegit Jesus & Apostolos nominavit, post ejus Ascensionem, accepto Spiritu sancto, in Indiam profectus, Christi fidem, ut scribit Eusebius in Historia

Ecclesiastica, fertur illis Gentibus prædicasse, & Evangelium Matthæi Hebræicis conscriptum litteris reliquisse, quod quidem ad Pantæni tempora servatum esse memoratur. Idem refert in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis Hieronymus. Postquam enim Pantænum in Indiam à Demétrio Alexandria Episcopo, rogantibus illius gentis legatis, missum retulit, subdit eundem inter gentes illas comperisse olim adventum Domini Jesu juxta Matthæi Evangelium à Bartholomæo, qui inter duodecim Apostolos numeratur, illic fuisse prædicatum. In cujus rei fidem ipsum Matthæi exemplar Hebræicis litteris scriptum secum Alexandriam revertens detulerat. Fide Gentilibus prædicata, Bartholomæus vitam martyrio consummavit. Parisius juxta aulam Regalis Palatii, insignis fuit sancti Bartholomæi Capella, quæ decimo sæculo Maglorianis Monachis concessa est, ac deinceps in Ecclesiam parochialem erecta.

De Sermone sancti Joannis Chrysostomi.

*Homil. 33. in Cap. 9. Matth. Lectio v.*

**V**iden ministerii magnitudinem? Viden Apostolorum dignitatem? Nihil sensibile jubentur dicere, nec sicut Moyses & Propheta priores; sed nova quædam & inexpectata. Neque enim talia ipsi prædicabant, sed terram & terræna bona: hi autem regnum cælorum, & quæ

ibi sunt omnia. Neque inde solum hi majores sunt, sed etiam ex obedientia. Neque enim recusant, neque cunctantur sicut veteres illi: sed etiam si pericula, bella & intolerabilia mala audiant, cum obsequentiâ multâ imperata suscipiunt, utpotè qui regni sint præcones. Et quid mirum, inquires, si nihil durum & asperum prædicatûri, subito paruerunt? Quid dicis? Nihil durum prædicare jussi sunt? Non audis carceres, abducciones ad mortem, bella civilia, universorum odium? Quæ omnia ipsis paulo post eventura esse dicebat.

*Lectio vj.*

**D**iabolo cum orbe toto & turbâ dæmonum innúmerâ contra Duodecim illos irruente, non brevi tempore, sed per totum vitæ spatium vicērunt illi & superarunt. Quodque mirum est, non cæsis hostibus, sed mutatis & conversis. Illud enim maxime ubique observandum est, ipsos nec occidisse, nec delevisse insidiatores suos; sed, cum illos dæmonibus pares cepissent, Angelis æquales fecisse, humanam naturam hæc improbâ tyrannide liberantes: illos autem scelestos dæmones, qui omnia conturbabant, à medio foro & à domibus, imò etiam à deserto expulerunt. Quodque mirabilius est, non instructâ acie hoc faciebant, sed malè habitii implébant omnia. Habebant enim in medio positos illos infimæ conditionis viros

quos ligabant, verberabant, circumagébant; nec poterant eorum ora claudere: sed sicut radium solis vincire nemo potest, sic non poterant ipsorum linguam alligare. Cujus rei causa erat, non illi quidem qui loquebantur, sed Spiritus virtus.

*IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 6.*

**I**n diebus illis; Exiit Jesus in montem orare; & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos; & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit. Et reliqua.

Homilia sancti Ambronii  
Episcopi.

*In Luc. Lib. 5. n. 43.*

**S**pécies tibi, Christiane, datur, forma præscribitur quam debeas amulari. Quid enim te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Quid te facere convenit, cum vis aliquod pietatis officium adoriri; quando Christus missurus Apostolos, oravit prius, & solus oravit? Nec usquam alibi, si non fallor, orasse cum Apostolis reperitur: ubique solus obsecrat. Dei enim consilium humana vota non capiunt, nec quicquam interiorum potest esse particeps Christo.

*Lectio viij.*

**V**is scire quoniam mihi, non sibi oraverit? Vocavit, inquit, discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos ad propagandum auxi-

lium salutis humanæ per terrarum orbem satores fidei destinaret. Simul adverte cælestis consilium: non sapientes aliquos, non divites, non nobiles, sed piscatores & publicanos, quos dirigeret, eligit; ne traduxisset prudentiâ, ne redemisset divitiis, ne potentia nobilitatisque auctoritate traxisset aliquos ad suam gratiam videretur; ut veritatis ratio, non disputationis gratia, prævaleret.

*Lectio ix.*

**E**ligitur & Judas, non per imprudentiam, sed per providentiam. Quanta est veritas, quam nec adversarius minister infirmat! quanta moralitas Domini, qui periclitari magis apud nos iudicium suum quam affectum maluit! suscepit enim hominis fragilitatem; & ideò nec has partes recusavit infirmitatis humanæ. Voluit deserere, voluit prodi, voluit ab Apostolo suo tradi; ut tu à socio desertus, à socio proditus, moderatè feras tuum errasse iudicium, periisse beneficium.

*Oratio.*

**O**Mnipotens, sempiterna, Deus, qui hujus diei venerandam sanctamque lætitiâ in beati Apostoli tui Bartholomæi festivitâte tribuisti: da Ecclesiæ tuæ, quaesumus, & amare quod credit, & prædicare quod docuit; Per Dominum nostrum Jesum Christum.

*AD VESPER. fit Comm. S. Ludovici. Ant.* Quæsit Dominus sibi virum juxta corpus suum, & præcepit ei ut esset

dux super populum suum.  
1. Reg. 13.

Ï. Inveni servum meum:  
R. Oleo sancto meo unxi eum.  
Ps. 88.

*Oratio.*

**D**EUS, qui beatum regem Ludovicum de terreno regno ad cælestis regni gloriam transtulisti: ejus, quaesumus, meritis & intercessione, Regis regum Jesu Christi Filii tui, facias nos esse confortes; Qui tecum.

## D I E X X V.

## In Festo

SANCTI LUDOVICI,  
REGIS FRANCIAE.

*Duplex II. Ordinis.*

*Psalmi de Feria in toto Officio.*

AD OFFICIUM NOCTUR.

*Invit.* Regem regum Dominum, \* Venite, adoremus. 1. Tim. 6.

*Pf.* 94. Venite. 2.

*Hymnus.*

**R**EX summe regum, qui  
potenti numine  
Quo sunt creata regna nutu  
dividis,  
Dum thure fumant templa,  
voce personant,  
Audi profusas Regis in laudem preces.

NASCENS in ipsa Ludovicus  
púrpura,

Sceptris avitis parvus ad-  
moveret manus;

Piaque ductu matris, ignarus mali,

Servire Christo discit antequam regat.

JUSTI severus cultor, urbes  
legibus,

Amore cives continens, hostes metu:

Pietate cælum flectit, aras  
excitat;  
Deoque templa, tecta nudis  
erigit.

Mox christiáni serus ultor  
sanguinis

Ementus æquor, inque littus  
bárbarum

Vexilla pandens, urget ar-  
mis impios,

Unoque vitam pro Deo pa-  
ciscitur.

SIT Trinitati sempiterna gló-  
ria,

Honor, potestas, atque ju-  
bilatio,

In unitate, quæ gubernans  
omnia,

Per cuncta regnat seculó-  
rum sécula. Amen.

IN I. NOCTURNO.

*Ant. 1. g.* Confortatus est  
in regno suo, & Dóminus  
Deus ejus erat cum eo, &  
magnificavit eum in excel-  
sum. 2. *Paral. 1.*

*Ant. 2. d.* Fecit quod bo-  
num & plácitum erat in con-  
spectu Dei sui; & subvertit  
altária peregrini cultús. 2. *Pa-  
ral. 14.*

*Ant. 3. a.* Percussit fœdus  
coram Dómino, ut ambularet  
post eum, & custodiret præ-  
cepta ejus; & fecit omnes ser-  
vire Dómino Deo suo. 2. *Pa-  
ral. 34.*

Ÿ. Dómine, in virtute tua  
latábitur rex, R. Et super sa-  
lutáre tuum exultábit vehe-  
menter. *Pf. 20.*

Tres Lektionen de Scriptura  
occurrente.

*Post j. Lect. R.* Locutus es  
sanctis tuis, & dixisti, Dómi-  
ne: \* Exaltávi electum de  
plebe mea; manus enim mea

auxiliábitur ei, & bráchium  
meú confortábit eum. Ÿ. Deus  
elegit patres nostros, & susci-  
távit illis regem; cui testimó-  
nium pérhibens, dixit: \* Exal-  
távi electum de plebe mea.  
*Pf. 88. Act. 13.*

*Post ij. Lect. R.* Ecce dedit  
vobis Dóminus regem: \* Si  
timuéritis Dóminum, & ser-  
viéritis ei, éritis & vos & rex  
qui imperat vobis, sequentes  
Dóminum Deum vestrum.  
Ÿ. Deum timéte, regem ho-  
norificáte, quia sic est volun-  
tas Dei: \* Si. 1. *Reg. 12.*  
1. *Petr. 2.*

*Post iij. Lect. R.* Dissipat  
impios rex sapiens: miseri-  
córdia & veritas custódiunt  
regem, \* Et † Roborábitur  
cleméntiâ thronus ejus. Ÿ. Quí  
custodierit usque in finem  
ópera mea, dabo illi pote-  
státem super gentes, & re-  
get eas. \* Et. Glória Patri.  
† Roborábitur. *Proverb. 20.*  
*Apoc. 2.*

IN II. NOCTURNO.

*Ant. 7. d.* Fortis in bello,  
máximus in salutem electórum  
Dei, expugnare insurgentes  
hostes, quam glóriam adeptus  
est! *Eccli. 46.*

*Ant. 5. a.* Invocávit Altís-  
simum potentem, in oppug-  
nando inimicos úndique; &  
audivit illum magnus & san-  
ctus Deus. *Eccli. 46.*

*Ant. 6.* Succinxit se ar-  
ma béllica sua in præliis, &  
protegébat castra gládio suo.  
1. *Mach. 3.*

Ÿ. Veritas mea & miseri-  
córdia mea cum ipso; R. Et  
in nómine meo exaltábitur  
cornu ejus. *Pf. 88.*

H h iij

*Lectio iv. Ex Joinvil.*

**L**udovicus nonus, Francorum Rex, anno aetatis duodecimo; patri Ludovico successit, regnumque sub tutela Blanchæ sapientissimæ matris administrare cœpit. Hæc filium à puerò sanctis documentis instituerat, dicere solita: Mallem, fili, te vitâ & regno privatum, quam lethâlis peccati reum agnoscere. In ipso regni exordio, viros spectatæ virtutis & prudentiæ, cum è clericis, tum è laicis, in consilium adhibuit; & Albigenses perduelles, paternis jam armis impetitos, subegit. Rebus cum finitimis principibus compositis, totum se divino cultui promovendo dedit. Duello & blasphemis penitus extirpandis incubuit; histriões & jocularōres regno expulit. Beneficia ecclesiastica non nisi probatis, ac præcipue per Ecclesiæ Parisiensis Cancellarium, personis, neque jam aliud habentibus, nisi illo abdicato, conferbat. Adeo justitiæ studiosus fuit, ut quicumque transiret, illata si qua forent à comitatu damna, per Archidiaconum Parisiensem aliove notæ æquitatis viros inquiri juberet ac resarciri: & contra Saracenos profecturus, mōnitos per præconem subditos voluerit, ut qui læsi fortè essent, ipsum adirent, omnibus facturum satis.

R. Sancta in manu extraneorum facta sunt: vasa gloriæ nostræ captiva abducta sunt: \* Quæ erat libera, facta est ancilla: quò ergo nobis adhuc vivere? Omnis qui ze-

lum habet legis staturus testamentum, exeat post me. *ψ.* Ascenderunt gentes super latitudinem terræ: & circumierunt castra sanctorum & civitatem dilectam. \* Quæ erat. *1. Mach. 2. Apoc. 20.*

*Lectio v.*

**T**ricésimo aetatis anno gravi morbo affectus, acceptâ cruce ab Episcopo Parisiensi, sacrum bellum vovit. Et post aliquot annos, contractis ingentibus copiis, patri commissâ regni curâ, mare trajecit. Atque ubi primum Saracenos in littore astantes conspexit, è navi in mare ense districto congressurus insiliit: fugatisque hostibus, Damiatam victor intravit. Sed debilitato postmodum ex lue exercitu, victus ipse captusque est; neque, per totum captivitatis tempus, Horarum Canonicarum, quas ubique ad usum Ecclesiæ Parisiensis quotidie persolvebat, recitationem intermisit. Cum de pace actum est, ipse conditiones Saracenis dedit, mirantibus quòd victus victoribus leges imponeret. Pacto fœdere, Rex cum exercitu liber dimittitur: cumque in pecunia numeranda, Saracenis non advertentibus, erratum esset; integrum pecuniæ pondus solvi voluit, violati pacti alioquin reis. Annos deinde circiter quatuor, quò Saracenos ad servandas induciarum conditiones adigeret, in Syria commoratus; Christianos multos è vinculis eripuit, Gentiles fidei præceptis imbuit, ac Christianorum urbes aliquot & castra suis

sumptibus instauravit. Interim mater ejus migrat è vita; cujus ut mortem accepit, in genua procidens, obortis lacrymis, hæc verba protulit: Grátias tibi ago, Dómine, qui matrem únice dilectam quam ad tempus commodaveras, recepisti; ita sit ut plácitum est coram te: sit nomen Dómini benedictum.

R. Custodivit illum Dóminus ab inimicis, & \* In vinculis non dereliquit illum, & dedit illi claritatem æternam. V. Erat Deus cum eo, & eripuit eum ex ómnibus tribulationibus ejus: \* In vinculis. Sap. 10. Act. 7.

Lectio vj.

**I**N Gálliam rédiens, navi prope Cyprum ad fyrtes allisá, coram sacra Eucharistia, cujus in navi asservandæ facultatem à Legáto Apostólico obtinuerat, suppliciter orans, ab imminente naufragii periculo liberátus est. Cúmque navis ad reliquum itineris mínus tuta à nautis renuntiaretur; Rex pius, rejectá prócerum sententiá, in áliam transire nóluit; ne sexcenti ferè hómines qui metu periculi ex eadem navi descendissent, in ínsula remanerent, inde nunquam aut vix reversuri; malle se dicens, cum liberis & uxóre, Deo áuspice, periculum adire, quam sibi suisque cum tanto totque hómínium damno consuleré. Post réditum, piis opéribus impénsius stúdiit. Plúrima Lutetiæ aliisque in locis ædificávit aut perfécit monasteria, & páuperum hospitalia. Frequens visébat agró-

tos, quibus non sumptibus modò, sed & manibus propriis ministrabat. In páuperes munificentissimè provídus, virginibus dotem, provinciis annónæ inopiá laborántibus alimenta, universis egéntibus necessária suppeditabat. Veste vulgari utebatur; cilicio & jejúnio sæpe corpus affligébat; statis jejuniórum & festórum diébus, cónjuge abstínens. Cúm in Africam trajecisset, bellum dénuò Saracénis illatúrus; jamque, captá Carthagine, castra prope Tunétum in eórum conspectu posuisset, mortem imminére sentiens, documenta Rege digna Christianissimo, suá manu conscripta, Philippo filio & successori tradidit: illudque Davidicum próferens, Introibo in domum tuam, adorábo ad templum sanctum tuum, & confitebor nómini tuo, Dómine; ánimam Deo reddidit apud Cartháginem, anno ætatis quinquagésimo quinto, Christi verò millésimo ducentésimo septuagésimo. Eum miraculis illustrem Bonifácus octávus Sanctórum albo inférunt. Ossa ejus apud sanctum Dionysium religiósè asservantur in capsá argentea, caput Parísii ad sanctam Capellam, pars verò carnis apud Montem-regálem prope Panormum in Sicília.

R. Ipse est directus divinitus in peniténtiam gentis, & \* Tulit abominatiónes impietatis; & gubernávit ad Dóminum cor ipsius, & † In diébus peccatórum corroborávit pietatem. V. Dei minister

in bonum, vindex in iram  
ei qui malum agit, \* Tullit.  
Gloria. † In diebus. *Eccli.* 49.  
*Rom.* 13.

IN III. NOCTURNO.

*Ant.* 4. a. Vólui nequá-  
quam abuti poténtiæ magni-  
túdine, sed cleméntiâ & leni-  
táte gubernáre subjectos.  
*Esther* 13.

*Ant.* 8. c. Adversum me  
terra mea non clamat, nec  
ánimam agricolárum ejus af-  
fixi. *Job* 31.

*Ant.* 1. D. Non putávi au-  
rum robur meum, nec lætátus  
sum super multis divítiis meis.  
*Job* 31.

ψ. Dilexi mandáta tua super  
aurum & topázion: R. Pro-  
pterea ad ómnia mandáta tua  
dirigébar. *Pf.* 118.

Lectio sancti Evangelii secun-  
dum Lucam.

*Lectio vij.* Cap. 19.

**I**N illo tempore; Dixit Je-  
sus discipulis suis parábo-  
lam hanc: Homo quidam nó-  
bilis abiit in regiónem lon-  
ginquam accipere sibi regnú,  
& reverti. Et reliqua.

Homília sancti Augustini  
Episcopi.

*De Civitate Dei. Lib. 5. C. 24.*

**C**Hristianos imperatores  
non ideo felices dici-  
mus, quia vel diutius  
imperarunt, vel imperantes  
filios morte placida relique-  
runt, vel hostes Reipublicæ  
domuerunt, vel inimicos cives  
adversus se insurgentes & ca-  
vere & opprimere potuerunt.  
Hæc enim & alia vitæ hujus  
ærumnosæ, vel mûnera, vel  
solatia quidam etiam cultores  
dæmonum accipere merue-

runt, qui non pertinent ad re-  
gnum Dei, quo pertinent isti:  
& hoc ipsius misericordiâ fa-  
ctum est, ne ab illo ista, qui  
in eum crederent, velut sum-  
ma bona desiderarent.

R. Auris audiens beatificá-  
bat me, eò quòd liberásssem  
páuperem vociferantem, &  
pupillum cui non esset adju-  
tor. \* Cùm sedérem rex, cir-  
cumstante exercitu, eram ta-  
men mœréntium consolátor.  
ψ. Sic decet nos implere om-  
nem justitiam: \* Cùm. *Job*  
29. *Matth.* 3.

*Lectio viij.*

**S**ed felices eos dicimus, si  
justè imperant; si inter  
linguas sublimiter honorá-  
tium & obsequia nimis humi-  
liter salutantium non extol-  
luntur, sed se homines esse  
meminerunt; si suam potestá-  
tem, ad Dei cultum máximè  
dilatandum, majestati ejus  
famulam faciunt; si Deum ti-  
ment, diligunt, colunt; si  
plùs amant illud regnum ubi  
non timent habere consortes;  
si tardius vindicant, facîle ig-  
noscent; si eandem vindictam  
pro necessitate regendæ tuen-  
dæque Reipublicæ, non pro  
saturandis inimicitiarum odiis  
exerunt; si eandem veniam,  
non ad impunitatem iniqui-  
tatis, sed ad spem correctio-  
nis indulgent; si quod ásperè  
coguntur plerumquè decerne-  
re, misericordiæ lenitate &  
beneficiorum largitate com-  
pensant; si luxúria tantò eis  
est castigatior, quantò posset  
esse liberior; si malunt cupi-  
ditatibus pravis, quam qui-  
buslibet gentibus imperare.

R. *Justitiã indutus sum; & vestivi me, sicut vestimento & diademate, judicio meo: \* Pater eram pauperum; & causam quam nesciebam, diligentissime investigabã. ¶ Judicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam; superexaltat autem misericordia judicium. \* Pater. Job 29. Jac. 2.*

## Lectio ix.

**E**T si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter caritatem felicitatis æternæ; si pro suis peccatis, humilitatis & miseratiõnis & oratiõnis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt: tales Christianos Imperatores dicimus esse felices interim spe, postea reipsã futuros, cum id quod expectamus advenerit.

R. Regna terræ, cantate Deo, psallite Dõmino, \* Quõniam rex omnis terræ Deus. ¶ Lucerna civitatis sanctæ Jerusalem est Agnus; & reges terræ afferent gloriã suam, & honorem in illam; \* Quõniam. Glõria. \* Quõniam. Ps. 47. & 66. Apoc. 21.

Te Deum.

## A D L A U D E S.

*Ant.* **M**agnificavit eum I. g. Dõminus, & dedit illi gloriã regni, qualem nullus habuit ante eum rex. 2. Paral. 29.

*Ant.* 4. E. Operatus est bonum, & rectum & verum coram Dõmino Deo suo, volens requirere Deum suum in toto corde suo: fecitque, & profperatus est. 2. Paral. 31.

*Ant.* 8. G. Fecit judicium

& justitiã, judicavit causam pauperis & egeni, quia cognovit me, dicit Dõminus. Jerem. 22.

*Ant.* 7. d. Perambulavit civitates, & perdidit impios ex eis; & nominatus est usque ad novissimum terræ. 1. Mach. 3.

*Ant.* 2. D. De omni corde suo laudavit Dõminum, & dilexit Deum qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam. Eccli. 47.

*Capitulum.* 1. Esdr. 7.

**B**enedictus Dõminus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret domum Dõmini.

Hymnus.

**T**EMPLA nunc fument, resonentque cantu,  
En triumphato Lodoicus hoste

Quærit æternas, tibi militando,

Christe, coronas.

Hic tuos ardet reparare cultus:

Hic gregem tuto fugitivum ovili

Reddit: hic armis tua christianis

Sacra tuetur.

**B**ELLIÆ vixdum memor ille laudis,

Cuncta qui subdit, tibi servit uni:

Imperes unus, satis imperabit,

Te duce, princeps.

**S**TAT tuã fidens ope, fortiorque

Sumit ex ipsis animos ruinis:

Jura dat victus, sedet inter ipsos

Arbiter hostes.

SUMMA laus summo super  
astra Patri :

Filio compar homini Deo-  
que ;

Nec tibi dispar, utriusque  
sacri

Nexus amoris.

Amen.

ψ. Ego primogenitum po-  
nam illum. R. Excelsum præ  
régibus terræ. Ps. 88.

Ad Benedictus. Ant. D. In  
tentatione inventus est fidé-  
lis : ideo dedit illi Dominus  
gloriam in gente sua, crescere  
illum quasi terræ cumulum ; &  
ut stellas exaltare semen ejus.  
Eccli. 44.

Oratio.

**D**Eus, qui beatum regem  
Ludovicum, de terréno  
regno ad cœlestis regni gló-  
riam transtulisti : ejus, quæsu-  
mus, méritis & intercessióne,  
Regis regum Jesu Christi Filii  
tui facias nos esse consortes ;  
Qui tecum.

A D P R I M A M.

Ant. Magnificavit.

A D T E R T I A M.

Ant. Operatus est.

Capitulum. Deut. 17.

**D**iscat rex timere Deum,  
& custodire verba ejus,  
& cœremónias ejus quæ in le-  
ge præcepta sunt : nec elevé-  
tur cor ejus in superbiam su-  
per fratres suos, neque decli-  
net in partem dexteram vel si-  
nistram ; ut longo tempore  
regnet ipse, & filii ejus.

R. brev. Erudimini, reges  
\* Qui judicatis terram. Eru-  
dimini. ψ. Servite Domino in  
timóre. \* Qui. Glória. Eru-  
dimini. Ps. 2.

ψ. Rex qui sperat in Dño,

R. In misericordia Altissimi  
non commovébitur. Ps. 20.

A D S E X T A M.

Ant. Fecit judicium.

Capitulum. Prov. 29.

**R**ex qui judicat in veritate  
páuperes, thronus ejus in  
æternum firmábitur.

R. br. Judicabit páuperes  
pópuli, \* Salvos faciet filios  
páuperum. Judicabit. ψ. Et  
humiliábit calumniatórem ;  
\* Salvos. Glória. Judicabit.  
Ps. 71.

ψ. Ad nihilum deductus est  
in conspectu ejus malignus ;  
R. Timentes autem Dominum  
glorificat. Ps. 14.

A D N O N A M.

Ant. De omni.

Capitulum. Eccli. 47.

**S**tare fecit cantores contra  
Saltare, & in sono eorum  
dulces fecit modos : & dedit  
in celebrationibus decus, &  
ornávit tempora usque ad con-  
summationem vitæ, ut laudá-  
rent nomen sanctum Domini,  
& amplificarent manè Dei san-  
ctitatem.

R. br. Confiteantur tibi,  
Domine, \* Omnes reges ter-  
ræ. Confiteantur. ψ. Et can-  
tent in viis Domini, \* quo-  
niam magna est glória Domi-  
ni, \* Omnes. Glória Patri.  
Confiteantur. Ps. 137.

ψ. Deus, canticum novum  
cantábo tibi, R. Qui das sa-  
lútem régibus. Ps. 143.

A D I I. V E S P E R A S.

Ant. **I**N gentibus non erat  
6 Rex similis ei, & dile-  
ctus Deo suo erat ; & posuit  
eum Deus regem super omnem  
Israël. 2. Esdr. 13.

Ant. 7. 5. Similis illi non

fuit rex, qui reverteretur ad  
Dominum in omni corde  
suo, & in tota anima sua,  
& in universa virtute sua. 4.  
Reg. 23.

Ant. 3. a. Confirmavit omnes  
humiles populi sui, & legem  
exquisivit: sancta glorificavit,  
& multiplicavit vasa  
sanctorum. 1. Mach. 14.

Ant. 1. f. Hortabatur suos,  
ne formidarent ad adventum  
nationum, sed in mente haberent  
adjutoria sibi facta de  
caelo. 2. Mach. 15.

Ant. 4. E. Spiritu magno  
vidit ultima, & consolatus est  
lugentes in Sion. Eccli. 48.

Capitulum. If. 60.

Jerusalem, aperientur portae  
tuae jugiter: die ac nocte non  
claudentur, ut afferatur ad te  
fortitudo gentium, & reges eorum  
adducantur, gens enim & regnum  
quod non servierit tibi, peribit.

Hymnus.

TE sancte rursus, Ludovice,  
praelia  
Divina poscunt: tu crucis  
clavum tenens,  
Speique sacras anchora fundans  
rates,  
Moves tyrannis bella, Christo  
militas.

VINCIS cadendo: mors tibi  
victoriam

Aufert & addit: corpus hic  
palmae tegunt

Nondum sepultum; sed  
triumpho nobili

Caelum paratur, & coronis  
sidera.

Tuus paternae redditus terrae  
cinis

Regnum tuetur, dum throno  
praesens Dei,

Aeterna regnans pascis inter  
lilia,

Favensque blando nostra  
cernis lumine.

SIT Trinitati sempiterna gloria,

Honor, potestas, atque jubilario,

In unitate, quae gubernans  
omnia,

Per cuncta regnat seculorum  
secula. Amen.

Ps. Introibo in domum  
tuam, Domine: & adorabo  
ad templum sanctum tuum in  
timore tuo. Ps. 5.

Ad Magnificat. Ant. 5. C.  
Ambulabunt reges in splendore  
ortus tui, Jerusalem; & ministrabunt  
tibi, & venient, & adorabunt  
vestigia pedum tuorum. Is. 60.

Oratio, ut supra ad Laudes.

Fit Commem. S. Genesii,  
Martyris. Ant. Nemo. Ps. Justus.  
vij. Oratio. Adesto. x.

D I E X X V I.

In Festo

SANCTI GENESII,  
Martyris.

Lectio ij.

Ex Suario, Tom. 4.

GENESIUS theatralis histrio,  
cum Romae quadam die  
vellet imperatori Diocletiano  
ludum exhibere de Mysteriis  
Christianae observantiae, &  
spectante Imperatore & omni  
populo quasi aegrus decumbens  
baptismum in scena irridentis  
poposcisset; ubi aqua cum  
tetigit, visa super se manu  
caelitus veniente sic repente  
mutatus est, ut cum indutus  
vestibus albis esset, & veluti  
per ludum a militibus

raptus, & ad similitudem sanctorum Martyrum de Christi discutiendus nomine, Imperatori fuisset exhibitus; stans in editiori loco, jam serio se Christianum gravi oratione professus sit.

*Lectio iij.*

**A**D hæc imperator vehementissimè indignatus, statim eum fustibus crudelissimè cælum Plautiano præfecto tradidit ad sacrificia compellendum; à quo in equuleo suspensus, & ungarum diutissimâ laceratione vexatus, lampadibus etiam inflammatus, cum in fide persisteret, dicens: non est Rex præter Christum, quem vidi, & adoro, & colo, & pro ejus cultu si millies occidar, ipsius ero, ut cœpi; Christum mihi de ore, Christum mihi de corde tormenta auferre non poterunt; tandem martyrii coronam capitis obtruncatione promeruit, octavo Calendas Septembris.

*Oratio. Adesto. x.*

*IN VESP. fit Commem. S. Casarii, Doctoris. Ant. & V. Beatus. xxij. Oratio, ut infra.*

**D I E X X V I I.**

*In Festo*

**SANCTI CÆSARII,**  
Episcopi & Doctoris.

*Semiduplex.*

*Omnia de Communi Doctorum, additis que sequuntur.*

*IN NOCT. Lectio prima de Scriptura occurrente, ex tribus una.*

*Lectio ij. Mabillon.*

**C**Æsarius Cabilone claro genere ortus, in insula Lirinensi sub Porcario Abbate

mönachus, & postea celsarius fuit. Quo munere post breve tempus absolutus, ita per jejunia, vigiliis & oracul studium, vires corporis attrivit, ut Arelatem valetudinis recuperandæ causâ missus fuerit. Illic cum Æonio Arelatensi Antistite statim ob sacre doctrinæ desiderium junxit consuetudinem. Is Cæsarium, perspectâ morum ejus innocentiam, Diaconum, & tandem, impetrato Porcarii Abbatis consensu, Presbyterum ordinavit, & Arelatensi Ecclesiæ ascripsit, in qua nihilominus cursum canonicum institutionis monasticæ, maxime verò humilitatem, caritatem, obsequium, & patientiam monasterii semper retinuit. Cum verò Æonius eum sibi successorem cuperet, Cæsarius, ne id fieret, arreptâ fugâ, in sepulcris aliquandiu delituit: verum, Deo sic volente, detectus & inventus, Pontificatus quidem onus, cogente caritatis necessitate, suscepit, sed sublevante quam non dimisit contemplationis suavitate, lenius toleravit. Tertiar, Sextar, & Nonar Officia in majore Basilica sancti Stephani instituit, Laicosque hortabatur Dei laudes in Ecclesia canere, ut eos à fabulis avocaret. Quod secutus in Ecclesia Parisiensi post annos aliquot sanctus Germanus, similiter Clerum, populum, & infantes ipsos, Fortunato teste, psallere instituit. Ter apud reges Gothos prodicionis accusatus, ac toties in exilium, & in carcerem detrusus,

ter innocentiam ejus manifestis argumentis comprobata, ab- solutus est, & ad Ecclesiam suam remissus. In hac singulis fere diebus predicabat; aliis vero Ecclesiis homilias populo recitandas suppeditabat.

*Lectio iij.*

**I**nter bella quibus tunc fere continuis Arelatensis provincia desagrabat, captivis redimendis sacram suppelle- ctilem distrahere non dubitavit. Puellare coenobium ante hac bella in civitate construere coeperat, ut Virginum choris, Arelatensium Ecclesia & civitas munitur. Extat hactenus inter regulas Patrum institutionis norma quam illis prescripsit; cujus prima lex erat, ut nulli unquam liceret exire e monasterio. Pluribus interfuit presuitque Conciliis; imprimis Arausicano secundo, in quo de gratia, & libero arbitrio viginti quinque Canones promulgati sunt; in quibus inter cetera definitum est Canone quinto, quod, si quis, sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsumque credulitatis affectum naturali- ter nobis inesse dicat, Apo- stolicis dogmatibus adversari comprobetur. Hoc errore dam- nato, sana de Christi gratia doctrina ex ipsis Augustini sententiis sancita est, juxta Capitula quae a Felice Romano Pontifice, auctoritate Sedis Apostolicae munita Caesarius susceperat. Scripsit Caesarius specialem librum de gratia Dei, & libero arbitrio, adver- sus sententiam Fausti Rhe- gienis Episcopi, & in Scrip-

turam enarrationes, & homi- lias, cum epistolis super varia rerum divinarum argumenta, viris Religiosis, ut in appen- dice Gennadii legitur, om- nino necessarias; unde post Irenaeum & Hilarium praeci- pue Ecclesiae Gallicanae Do- ctor agnoscitur. Demum exactis in Pontificatu annis qua- draginta, pridie festum sancti Augustini, uti se, & optare, & sperare dixerat, e vivis excessit anno aetatis septuagesimo-tertio, Christi quingen- tesimo quadagesimo secun- do, & in Basilica sanctae Ma- riae sepultus est.

*Oratio.*

**D**Eus, qui populo tuo aeter- nae salutis beatum Caesa- rium ministrum tribuisti: presta, ut, quem doctorem vitae habuimus in terris, in- tercessorem habere mereamur in caelis; Per Dominum no- strum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum.

D I E X X V I I I.

In Festo

S. AUGUSTINI, EPISCOPI & Ecclesiae Doctoris.

*Duplex II. Ordinis.*

*Omnia de Communi Docto- rum, exceptis quae sequuntur.*

In VESP. pridie ad Magni- ficat. Ant. Gratiâ Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit. I. Cor. 15.

*Oratio, ut infra ad Lau- des.*

*Fit Commem. S. Juliani, Mart. Ant. Nemo. V. Justus.*

vij. *Oratio.* Da nobis. x.

IN I. NOCTURNO.

*Lectiones de Scriptura oc- currente.*

## IN II. NOCTURNO.

## Lectio iv.

Ex Possid. &amp; S. Aug. Oper.

**A**ugustinus, Tagaste in Africa natus, adolescens in amores illicitos & Manichæorum hæresim impégit. Carthagine primùm Rhetoricam docuit, deinde Romæ, ac Mediolani; ubi cum Ambrósii frequens esset auditor, paulatim in Catholicos propensior factus, sacros códices, à quorum lectiõne priùs abhorrebat, evolvere studiõsius cœpit, & novæ vitæ institutum meditari. Verùm cum diu multùmque secum ipse luctatus, conversionem procrastinasset; tandem insolita voce admõnitus ut legeret, ex verbis Apóstoli in quæ incidit, derepentè mutatus est, & ab Ambrósio aliquantò post, annum agens tricésimum tertium, in Páschate baptizatus. Cum patriam repeteret, matri ad Ostia Tiberina defunctæ supræma christiãne pietatis officia persolvit. Reversus in Africam, rus se recépit, ut uni Deo vacaret.

## Lectio v.

**H**ippõnem-régiùm evocatus, ut virum ipsius audiendi cupidum Deo lucraretur; raptus à pópulo, invitus atque ubertim flens, Præsbyter civitatis ordinatus est à Valerio Episcopo: qui cum genere Græcus esset, nec satis Latine scirer, potestatem ei fecit in Ecclesiã coram se Evangelium prædicandi; idque ex more Orientalium, sed præter Africane Ecclesiæ consuetudinem. Tum Augustinus

monastérium intrã Ecclesiã instituit, & cum Dei servis vivere cœpit secundùm regulam sub sanctis Apóstolis constitutam. Veritus autem Valerius jam senior, ne sibi Augustinus ab aliis Ecclesiis præriperetur, obtinuit à Primare Carthaginensi, ut sibi adhuc viventi darètur Coepiscopus. In Episcopatu communiem vitæ ratiõnem, quam Præsbyter instituerat, cum Clericis tenuit. Vestis ejus ac suppellex nec nitida nimium, nec abjecta. Ita frugali & parca mensã utebatur, ut non nisi propter hõspites & infirmos carnes ad legumina & ólera adhiberet; eamque lectiõne aut disputatiõne, exclusã penitus obtrectatiõne, semper condiébat. Causis dirimendis vacabat per totam diem, sæpè jejûnus. Ut pauperes aleret, cum non esset alia facultas, sacra vasa frangi jubébat. Pupillos duntaxat invisëbat & viduas: feminarum autem monastèria non adibat, nisi urgente necessitate: cumque ab ægrotantibus peteretur ut ipsis manus imponeret, ad eos sine mora pergébat. Quin & aliquos, éditis miraculis, sublevavit; ægrum enim ad se adductum æger ipse manus impositione sanavit: energumenos etiam, fufis in oratione lacrymis, Præsbyter & Episcopus liberavit.

## Lectio vj.

**A**Cerrimus contra omnes hæreses catholice veritatis propugnator, Manichæos, quos statim à baptismo aggressus fuerat, tum scriptis,

tum publicis disputationibus confutavit. Arianorum hæresim singulari veritatis illustratione profligavit. Ecclesiæ unitatis studio, quam adversus Donatistas validissimè tutatus est, Episcopos penè trecentos induxit, ut schismaticis ad Ecclesiam redeuntibus, non honorem modò sedium servarent, sed &, si opus esset, Episcopatum cederent. Gratiam Christi, suo tempore à Pelagianis impugnata, invictissimè asseruit; eorumque in Semipelagianis reliquias, morti jam proximus, repressit. Adversus Paganorum calumnias & errores, Religionem Christianam, eruditissimo præsertim opere de Civitate Dei, vindicavit. In Confessionum ac Retractationum libris, à se gesta scriptaque magnà cum humilitate severus iudex recensuit. De Scriptura variis tractatibus sapientissimè disseruit. Difficillimas quæstiones undequaque sibi propositas suis epistolis enodavit. Eum Theodosius junior nominatim invitavit ad Synodum Ephesinam in causa Nestorii, cujus errores jam ipse scriptis præfocaverat: sed morte præventus, Concilio interesse non potuit. Vandalis enim tertium jam mensem Hipponem obsidentibus, in extremum morbum incidit: atque ubi lecto decubuit, Psalmos de penitentiâ parieti iussit affigi, quos profusis lacrymis jùgiter meditatus, & per decem ultimos dies soli intentus orationi, obdormivit in Domino anno

ætatis septuagesimo-sexto, Christi quadringentesimo trigésimo. Pro commendanda corporis ejus depositione, sacrificium Deo oblatum est. Testamentum nullum fecit; quia unde faceret, ait Possidius, Christi pauper non habuit. Corpus ejus primùm in Sardiniam translatum est; postea Papiam, ad Basilicam sancti Petri in Cælo aureo, nunc sancti Augustini dictam; ubi nunc Mònachi sub régula sancti Benedicti Deo militabant.

### IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

**I**N illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quòd si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini  
Episcopi.

In Joan. Tract. 23. Ed. Ben.

**O**Mnes homines lucernæ, cum sapiunt; lucent, & spiritu fervent. Permanserunt enim servi Dei lucernæ bonæ, ex oleo misericordiæ illius, non ex viribus suis. Gratiâ quippe Dei gratuita, illa oleum lucernarum est. Plus enim illis omnibus laboravi, ait quædam lucerna: & ne viribus suis ardere videretur, adjunxit: Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Lucernæ ergo & Apóstoli: & gratias agunt, quia accensi sunt lu-

mine veritatis, & fervent Spiritu caritatis, & suppetit illis oleum gratiæ Dei. Si non essent lucernæ, non diceret illis Dominus: Vos estis lumen mundi. Postea ostendit ne tale lumen se putarent, quale dictum est, Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ergo cum & discipulis diceret: Vos estis lumen mundi, ne aliquid sibi tributum putarent quod de solo Christo intelligendum esset, & ita lucernæ vento superbix extinguerentur; continuo subjunxit: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videntes bona opera vestra, glorificent, non vos, sed Patrem vestrum qui in cœlis est.

*Serm. 240. Lectio viij.*

**Q**uid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Si dicam hoc me retribuere, quod pasco oves ejus; hoc facio, non ego, sed gratia Dei mecum. Ubi ergo retributor inveniar, cum ubique præveniar? Et tamen, quia gratis amamus, quia oves pasчимus, mercèdem quærimus. Quomodo fiet istud? quomodo convenit, Gratis amo ut pascam, & mercèdem posco, quia pasco? Nullo modo fieret hoc, nullo modo merces quæreretur ab eo qui gratis amatur, nisi merces esset ipse qui amatur. Nam si hoc retribuimus pro eo quod nos redemit, quia ejus pasчимus oves; pro eo ipso quid retribuemus, quod nos fecit esse pastores? Mali namque

pastores (quod à nobis ab sit) nostrâ malitiâ sumus; boni verò (quod ab illo nobis adsit) nisi ejus gratiâ esse non possumus. Unde & vos, fratres mei, præcipientes rogâmus, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Facite nostrum ministerium fructuosum. Adjuvate nos & orando & obtemperando; ut nos vobis non tam præesse quàm prodesse delectet.

[*Si transfertur.*

*Serm. 350. Lectio ix.*

**P**ericulum meum est, si attendam quomodo laudatis, & dissimulem quomodo vivatis. Ille autem novit sub cujus oculis loquor, imo sub cujus oculis cogito, non me tam delectari laudibus popularibus, quàm stimulari & angî quomodo vivant qui me laudant. Laudari autem à malè viventibus nolo, abhorrere, detestor: dolori mihi est, non voluptati. Laudari autem à bene viventibus, si dicam, Nolo, mentior: si dicam, Volo, timeo ne sim inanitatis appetentior quàm soliditatis. Ergo quid dicam? Nec plenè volo, nec plenè nolo. Non plenè volo, ne in laude humana periclitèter: non plenè nolo, ne ingrati sint quibus prædico.]

*De S. Juliano, Martyre.*

*Lectio ix.*

Ex libro secundo S. Gregorii Turonensis de miraculis Martyrum. *Cap. I.*

**J**ulianus Viennensi ortus urbe, cum esset apud beatissimum Ferréolum, jam tum Martyrii ardore flagrabat. Qui

Qui relictis divitiis, ac propinquis, tantum ob solius amoris martirii Arvernum advénit. Sed nec hoc sine divino mandato perégit, cum tunc persecutio in urbe Viennensi fervéret. Légerat enim Dóminum prædixisse, si vos persecuti fuerint in ista civitate, fugite áliam. Cónsulit ergo se hic in Arvernum territorium, non metu mortis, sed ut relinquens própria, facilius perveniret ad palmam: metuébat enim ne ei parentes essent óbvi, si inter eos hoc certamen iniisset: & pérderet miles Christi coronam glóriæ, si legitimè non certasset. Igitur instante persecutióne ad Brivatensem vicum in quo fanáticos erroris nánia colebantur, advénit. Et cum insequi adversários nutu Dei sensisset, à vidua quadam se óculi deprecabátur. Quem illa regens, illico, Mártire poscente, detexit, qui suis infecutoribus ita inquit: Nolo, inquit, diútius commorári in hoc século, quia sitio tota ánima aviditate jam Christum. At illi eductam vibranti dexterá frámeam deciso cápite, in tres, ut ita, dicam partes gloriósus Mártir dividitur. Nam caput Viennam defertur, artus Brivate reconduntur, felix ánima à Christo conditóre suscipitur.

*Ad Benedictus. Ant. 7. a.* Ministérium verbi accépi à Dómino Jesu, testificári Evangelium grátie Dei. *Act. 20.*

*Oratio.*

**O**Mnipotens & misericors Deus, qui B. Augustinum Evangelii grátie tuæ testem & *MIR. Pars Æstiva.*

propugnatoré in Ecclesia suscitasti: ejusdem grátie, quæsumus, in nobis ostende virtutem; ut & voluntatem tuam, te docente, cognóscere, & eam corde magno valeámus, te operante, perficere; Per.

*AD LAUD. pro Commem. S. Juliani, Mart. Ant. Bonum. V. Adjutor. Oratio. Da. x.*

**D I E X X I X.**

In Festo

**DECOLATIONIS  
S. JOANNIS BAPTISTÆ.**

*Duplex I. Ordinis.*

**I N I. V E S P E R I S.**

*Psalmi de Feria, & sic in toto Officio.*

*Ant. 3. a.* **E**cce ego mitto Angelum meum, & præparábit viam ante faciém meam. *Malach. 3.*

*Ant. 1. g.* Mittam vobis Eliam Prophétam, ántequam véniat dies Dómini. *Mal. 4.*

*Ant. 2. D.* Convertet cor patrum ad filios, & cor filiórum ad patres eórum. *Mal. 4.*

*Ant. 6. F.* Erit quómodo scriptum est in Filium hóminis, ut multa patiátur, & contemnátur. *Marc. 9.*

*Ant. 4. f.* Si vultis reciperé, Joannes ipse est Eliás qui ventúrus est. *Matth. 11.*

*Capitulum. Act. 13.*

**D**Eus ex fémine David secundum promissionem eduxit Israél Salvatórem Jesum, prædicante Joanne ante faciém adventus ejus baptismum pœnitentiæ omni pópulo Israél.

*Rz.* Joannes testimónium perhibuit veritati: \* Ille erat lucerna ardens & lucens. *V. Surrexit Eliás quasi ignis &*

\* I i

verbum ejus quasi fácula ardébat. \* Ille. Glória. \* Ille.  
*Joan. 5. Eccli. 48.*

*Hymnus.*

**E**CCE, saltantis prætium  
 puellæ,  
 Fertur in disco caput ampu-  
 tatum :

Hæc cruentatis nova profes-  
 runtur

Fercula mensis.

**Q**UÆ rudes sylvis pópulos  
 docébat,

Quæ Deum totâ resonábat  
 aulâ,

Illâ vox, cheu ! gládio re-  
 secta,

Mura silébit.

**O**CCIDIT Vates, & adhuc ti-  
 métur ;

Vox filet Verbi, cruor ille  
 clamat :

Sancta fraterni temerata  
 carpit

Fœdera lecti.

**N**UBE sub densa jubar invo-  
 lûtum

Venerat cæcis aperire fe-  
 clis :

Sole matûro, velut umbra,  
 cessit

Lúcifer Orbi.

**S**UMMA laus Patri, genitô-  
 que Verbo

Et tibi compar, utriusque  
 nexus

Spiritus semper, Deus unus,  
 omni

Témporis ævo.

Amen.

ÿ. Dixi iniquis : Nolite  
 iniquè ágere ; R. Et delin-  
 quéntibus : Nolite exaltâre  
 cornu. *Pf. 74.*

*Ad Magnificat. Ant. 1. D.*  
 Dico vobis quia Elías jam ve-  
 nit, & non cognoverunt eum ;

sed fecerunt in eo quæcumque  
 voluerunt. *Matth. 17.*

*Oratio, ut infra ad Laudes,  
 Pro Commem. S. Augustini,*

*Antiph. Máximus in salutem  
 electórum Dei : expugnare in-  
 surgentes hostes : quis ante il-  
 lum réstitit ? nam hostes ipse  
 Dóminus perduxit. Eccli. 46.*

ÿ. Beátus vir qui dispónit  
 sermónes suos in iudicio : R.  
 In æternum non commovébi-  
 tur. *Pf. 111.*

*Oratio. Omnipotens. 497.*

**AD OFFICIUM NOCTUR.**

*Invit. Dóminum qui dat  
 voci suæ vocem virtútis, \**  
 Veníte, adorémus. *Pf. 67.*

*Pf. 94. Veníte. 2.*

*Hymnus. Ecce. ut supra.*

**IN I. NOCTURNO.**

*Ant. 3. a. Venit Joannes in  
 omnem regiónem Jordánis,  
 prædicans baptismum poni-  
 téntiæ in remissionem pecca-  
 tórum. Luc. 3.*

*Ant. 5. a. Hic est qui dictus  
 est per Isaiam Prophétam, di-  
 centem : Vox clamantis in de-  
 serto, Paráte viam Dómini.  
 Matth. 3.*

*Ant. 8. G. Exhibat ad eum  
 omnis Judæa ; & baptizaban-  
 tur ab eo in Jordáne, confi-  
 tentes peccata sua. Matth. 3.*

ÿ. Vox Dómini super aquas,  
 R. Vox Dómini concutientis  
 desertum. *Pf. 28.*

*Tres Lectiones de Scriptura  
 occurrente.*

*Post j. Lect. R. Videns Joan-  
 nes multos Phariseórum ve-  
 nientes ad baptismum suum,  
 dixit eis : Progénies viperá-  
 rum, quis demonstrávit vobis  
 fugere à ventúra ira ? \* Fácite  
 ergo fructum dignum poni-*

téntiæ. *ÿ*. Repletus sum fortitudine Spiritus Domini, iudicio, & virtute; ut annuntiem Israël peccatum suum: \* Facite. *Matth.* 3. *Mich.* 3.

*Post ij. Lect. R.* Interrogabant eum turbæ: Quid faciemus? Dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Et dixit ad Publicanos: \* Nihil amplius quam quod constitutum est vobis, faciatis. *ÿ*. Vir si fecerit iustitiam, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, vitâ vivet: \* Nihil. *Luc.* 3. *Ezech.* 18.

*Post iij. Lect. R.* Interrogabant eum & milites: Quid faciemus & nos? Ait illis: Contenti estote stipendiis vestris. \* Multa quidem & alia exhortans, † Evangelizabat populo. *ÿ*. Mónica salutis dabat eis, & consolabatur eos: \* Multa. Glória Patri. † Evangelizabat. *Luc.* 3. *Tob.* 1.

## IN II. NOCTURNO.

*Ant.* 4. E. Venérunt ad Joannem, & dixerunt ei: Ille cui tu testimonium perhibuisti trans Jordánem, ecce hic baptizat; & omnes veniunt ad eum. *Joan.* 3.

*Ant.* 2. D. Respondit Joannes: Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. *Joan.* 3.

*Ant.* 1. a. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui desursum venit, super omnes est. *Joan.* 3.

*ÿ*. Tu es lucerna mea, Domine: *R.* In te enim curram accinctus. 2. *Reg.* 22.

Sermo sancti Joannis  
Chrysoptomi.

*Homil.* 28. in *Epist.* 2. ad *Cor.*

*Lectio iv.*

**U**T virtute nihil purius est, sic improbitate nihil obscenius est. Illa enim sole splendidior est: hæc cæno foetidior. Arque hoc suo testimonio comprobare illi queant, qui in cæno voluntantur, atque in tenebris versantur, cum ab aliquo eorum, qui in virtute vivunt, sese coargui viderint, vel etiam eum conspexerint. Tum demum miseriam suam apertius agnoscunt, ac velut immisso quodam radio foeditatem suam contegunt, atque ante consciorum ora erubescunt; etiam si hic servus sit, ille liber; hic subditus, ille rex. Sic Herodes, cum reprehensionum pudorem ferre non posset, ( siquidem propheticæ vocis ingens, ac præclarus splendor erat ) Joannem in carcerem conjecit, tanquam qui nudus esset, ac lucernam extinguere conaretur, ut rursus in tenebris degeret. Cur enim non eum contempsit? Num Joannes eum in iudicium tracturus erat? Num adultérii pœnas ab eo expetiit? Nonne reprehensio duntaxat erant ea quæ dicebantur? Quid ergo metuit ac tremit? Annon verba erant, ac simplex sermo. Sed hujusmodi verba magis quam res ipsæ pungebant. Non eum ad iudicium, sed ad aliud conscientie tribunal pertrahébat; omnesque eos qui liberâ cogitatione suffragium tunc ferébant, iudices ipsi constitué-

bat. Quocirca tremébat tyrannus, virtutis splendorem haud ferens. Vides quanta philosophiæ vis sit? Eum qui caténis vinctus erat, tyranno splendidiorem réddidit; effecitque ut hic illum formidaret ac trémeret.

Rz. Heródes cum corripéretur à Joanne de Herodiáde uxóre fratris sui, & de ómnibus malis quæ fecit, \* Adjécit & hoc super ómnia, & inclúsit Joannem in cárcere.

Ÿ. Non récipit stultus verba prudentiæ; & cum in profundum vénerit peccatórum, contemnit: \* Adjécit. *Luc. 3. Prov. 18.*

*Ex Libro ejusdem ad eos qui scandalizati sunt. C. 22.*

*Lectio v.*

**P**erpende quómodo affectum fuisse verisimile est Heródem reprehensum à vincto, cum cerneret nihil eum de loquendi libertate propter catenam remittere, sed occidi malle quam pulcherrimam illam liberè loquendi facultatem amittere. Cógita quis ex hominibus illius ætatis, vel etiam consequentis ævi, cum hæc cerneret & audiret, quantumvis deses ac remissus esset, at exiguo tamen judicio valeret, non summam utilitatem inde decéperet. Noli enim mihi commemorare sceleratos & stultos homines, socordes, totos corpore curando addictos, ac foliis leviores. Isti enim non his solum, sed re quavis quæ acciderit, offenduntur: non aliter ac populus Judæorum, qui & cum manna comederet, & cum

panem, pariter morosus erat & offendebatur, sive in Ægypto esset, sive ab Ægypto liberatus, sive adesset Moyses, sive abesset. Verum illos in médium mihi producito, qui sobrii erant & vigiles: & cum animo tuo réputa quantam ipsos probabile sit utilitatem inde percepisse, cum animam constantem cernerent, mentem invictam, linguam maximam libertate loquendi præditam; hominem deserti incolam, regem superare; vinctum esse, nec tamen cedere; capite truncari, nec filere.

Rz. Joannes in vinculis duos de discipulis suis misit ad Jesum. In ipsa autem hora multos curavit Jesus à languoribus, & ait: Dícite Joanni quæ vidistis; & \* Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Ÿ. Ne extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua: \* Beatus qui. *Matth. 11. Luc. 7. Eccli. 7.*

*Lectio vj.*

**S**ed ne hic quidem subsiste; verum ea quæ secuta sunt, examina. Caput amputavit Heródes, capite truncatus est Joannes. Quis ergo beatus ab ómnibus prædicatur? quis imitandus proponitur? quis celebratur? quis coronatur? quis præconiis ornatur? quis laudatur? quis commendatur? quis in hunc usque diem reprehendit? Nonne in singulis Ecclésiis hic quidem clamat: Non licet tibi habere uxorem fratris tui; ille vero diffamatur etiam post obitum ob adultérium, insaniam, & audaciam? Considera verò

præter ea quæ dicta sunt, quanta virtus esset captivi, tyranni imbecillitas. Nam hic quidem non potuit linguam unam compescere; sed, eâ sublata, sexcenta pro illa & cum illa ora referavit. Siquidem unusquisque dum Evangelium illud legit, dicit, Non licet tibi habere uxorem fratris tui: & sine Evangelio in cœtibus, in congressibus, vel etiam ad ipsos ultimos mundi limites, hanc vocem audies; & justum illum videbis etiamnum clamantem, inculcantem, & nequitiam tyranni redarguentem. Quid ergo detrimenti cepit ex obitu justus ille? quid ex morte violenta? quid ex catena? quid ex carcere? Quos autem non correxit, quibus cor saperet, ex iis quæ dixit, ex iis quæ passus est, ex iis quæ nunc prædicat, eadem prorsus quæ cum viveret.

R. Cum discessissent nuntii Joannis, cœpit Jesus de Joanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? \* Dico vobis: † Major inter natos mulierum Propheta Joanne Baptistâ nemo est. † Sicut Angelus Dei, sic est, ut nec benedictione nec maledictione moveatur. \* Dico vobis. Gloria Patri. † Major inter natos mulierum Propheta Joanne Baptistâ nemo est. *Luc. 7. 2. Reg. 14.*

### IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. A diebus Joannis Baptistæ usque nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Matt. 11.*

Ant. 7. a. Omnes Prophetæ & lex usque ad Joannem prophetaverunt. Qui habet aures audiendi, audiat. *Matt. 11.*

Ant. 1. f. Omnis populus audiens, & publicani, justificaverunt Deum, baptizati baptismo Joannis: Pharisei autem consilium Dei spreverunt, non baptizati ab eo. *Luc. 7.*

Ÿ. Defectio tenuit me. R. Pro peccatoribus dereliquentibus legem tuam. *Psal. 118.*

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio vij. Cap. 6.

IN illo tempore; Herodes misit, ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcere, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

Lib 3. de Virgin.

QUoniam Joannis præ-nuntii Christi non strictim prætereunda est recordatio; interest ut quis, & à quibus, & quam ob causam, quo modo, & quo tempore sit occisus, advertere debeamus. Ab adulteris justus occiditur, & à reis in iudicem capitalis sceleris pœna convertitur. Deinde præmium saltatricis, mors est Prophetæ. Postremo (quod etiam omnes barbari horrere consueverunt) inter epulas atque convivia consummandæ crudelitatis profertur edictum; & à convivio ad carcerem, de carcere ad convivium, ferâlis flagitii circumfertur obsê-

quium. Quanto in uno facinore sunt crimina!

R. Heródes dúxerat Herodiadem. Dicebat Joannes Heródi: \* Non licet tibi habere uxórem fratris tui. *Ps.* Ne sequáris in fortitúdine tua concupiscéntiam cordis tui; Deus enim vindicans vindicábit: \* Non. *Marc. 6. Eccli 5.*

*Lectio viij.*

**Q**uis non? cùm è convívio ad cárcerem cursári vidéret, putáret Prophétam jussum esse dimitti? Quis inquam, cùm audisset natálem esse Heródis, solemne convívium, puellæ optiónem eligendi quod vellet datam, missum ad Joannem ad solutió-nem non arbitrarétur? Quid crudelitáti cum delíciis? Quid cum funéribus voluptáti? Rá-pitur ad pœnam Prophéta, conviváli témpore, conviváli præcepto, quo non cúperet vel absolvi: Perimitur gládio, caput ejus affertur in disco. Hoc crudelitáti férculum debébatur, quo infatiáta épulis féritas vescerétur.

R. Heródiás insidiabátur Joanni, & volébat occidere eum, nec póterat; \* Heródes enim metuébat Joannem, sciens eum virum justum & sanctum. *Ps.* Fortitúdo simplici-s, via Dómini; & pavor his qui operantur malum: \* Heródes. *Marc 6. Prov. 10.*

*Lectio ix.*

**I**ntuére, rex acerbíssime, tuo spectácula digna convívio. Pórrige dexteram, ne quid sævitix tuæ desit, ut inter dígitos tuos rivi défluant sancti cruóris. Et quóniam

non exsaturári épulis fames, non restingui póculis póuit inauditæ sævitix sitis; bibe sánguinem scaturientibus adhuc venis exfecti cápitis profluentem. Cerne óculos in ipsa morte scéleris tui testes, aversantes conspectum deliciáru. Clauduntur lúmina, non tam mortis necessitáte, quàm hor-róre luxúriæ. Os áureum illud exangue, cujus senténtiam ferre non póteras, conticescit, & adhuc timétur.

R. In diébus suis non pertímuit princípem, & poténtiá nemo vicit illum, \* Nec superávit illum verbum áli-quod. *Ps.* Heródes propter Herodiadem volens Joannem occidere, tímuit pópulum, quia sicut Prophétam eum habébant: \* Nec. Glória Patri. \* Nec superávit. *Eccli. 48. Matth. 14.*

Te Deum.

A D L A U D E S.

*Ant.* **H**eródes tenuit Joannem, & alligávit eum, & pósuit in cárcerem propter Herodiadem. *Matth. 14.*

*Ant.* 8. G. Die natális Heródis saltávit filia Herodiadis, & plácuit Heródi; unde cum juramento pollicítus est ei dare quodcumque postulasset ab eo. *Matth. 14.*

*Ant.* 7. d. Illa præmónita à matre sua, da mihi, inquit, híc in disco caput Joannis Baptistæ. *Matth. 14.*

*Ant.* 6. Contristátus est rex: propter juramentum autem, & eos qui páriter recumbébant, jussit dari. *Matth. 14.*

*Ant.* 1. a. Misso spiculatò-

re, præcepit afferri caput ejus  
in disco. *Marc. 6.*

*Capitulum.* Jerem. 1.

**E**GO dedi tæ hodie in civi-  
tatem munitam, & in co-  
lumnarum ferream, & in mu-  
rum æreum super omnem ter-  
ram, régibus Juda, princí-  
pibus ejus, & sacerdotibus,  
& pópulo terræ.

*Hymnus.*

**O**MNIBUS manat cruor  
ecce venis:  
Hinc sitim longam sátiã,  
Tyranne,  
Et cibos inter paterasque  
puro

Sanguine liba.

Ut caput vidit dápius pa-  
ratis

Triste fumanti natitare  
tabo,

Hæsit, impastis fremuit-  
que mensis

Fúneris auctor.

NON tamen frontis grávitãs  
ferená

Cessit immíti violáta ferro:  
Dura mitescit plácido sub  
ore

Mortis imágo.

Sic suo rursúm Deus hunc  
præire

Núntium Christo jubet,  
inferisque

Ferre præcónem nova li-  
berandi

Gáudia mundi.

QUI Deo plenus rigidis fu-  
túrum

Móribus Christum rudis  
exprimébat,

Débuit dirã quoque morte  
totum

Réddere Christum.

SUMMA laus Patri, genitóque  
Verbo;

Et tibi compar, utriusque  
nexus

Spiritus semper, Deus unus  
omni

Témporis ævo.

Amen.

¶ Superbi iniquè agébant  
usquequaque: R. A lege  
autem tua non declinavi.  
*Pf. 118.*

*Ad Benedictus. Ant. 2. D.*  
Misit Heródes, & decollávit  
Joannem in cárcere; & allá-  
tum est caput ejus in disco,  
& datum est puellæ; & puel-  
la dedit matri suæ *Matth. 14.*  
*Marc. 6.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui beátum Joan-  
nem Baptistam, & nas-  
centis & morientis Filii tui  
Præcursórem esse voluisti:  
concede, ut sicut ille veritátis  
& justitiæ Martyr occúbuit;  
ita nos pro veritate & justitia  
ad mortem usque certémus;  
Per eundem Dóminum.

A D P R I M A M.

*Ant.* Heródes.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Die natális.

*Capitulum.* Eccles. 5.

**N**E témerè quid loquáris,  
neque cor tuum sit velox  
ad proferendum sermónem  
coram Deo; Deus enim in  
cælo, & tu super terram.

R. br. Deus, iniqui \* In-  
surrexerunt super me. Deus.  
¶ Et synagóga poténtium  
quæsiérunt animam meam,  
\* Insurrexerunt. Glória Patri.  
Deus. *Pf. 85.*

¶ Totã die exprobrábant  
mihi inimíci mei; R. Et qui  
laudábant me, adversum me  
jurábant. *Pf. 101.*

## A D S E X T A M.

*Ant.* Illa præmonita.*Capitulum.* Isai. 4.

**V**Æ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem: qui justificatis impium pro muneribus, & justitiam justii aufertis ab eo. Propter hoc sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit; sic radix eorum quasi favilla erit, & germen eorum ut pulvis ascendet.

*R.* *br.* Adversum me loquebantur, Qui sedebant in porta. Adversum. *ÿ.* Et in me psallébant qui bibébant vinum,\* Qui sedébant in porta. Glória. Adversum. *Pf.* 68.

*ÿ.* Deus, ne derelinquas me in cogitatu illorum; *R.* Et animæ irreverenti & infrunitæ ne tradas me. *Cantic.* *Eccli.* 23.

## A D N O N A M.

*Ant.* Misso.*Capitulum.* *Eccli.* 49.

**M**alè tractaverunt illum, qui à ventre matris consecratus est Prophéta, evètere, & erüere, & pèrdere, & iterum ædificàre, & renovàre.

*R.* *br.* Príncipes \* Persecuti sunt me gratis. Príncipes. *ÿ.* Et à verbis tuis formidavit cor meum: \* Persecuti sunt me gratis. Glória Patri. Príncipes. *Pf.* 118.

*ÿ.* Eripe me, Dómine, de operantibus iniquitatè: *R.* Et de viris sanguinum salva me. *Pf.* 58.

## A D I I. V E S P E R A S.

*Ant.* **A**ccedentes discipuli 3. a. Joannis, tulérunt

corpus ejus, & sepeliérunt illud. *Matth.* 14.

*Ant.* 1. f. Audivit Heródes famam Jesu, & ait: Hic est Joannes Baptista: ipse surrexit à mortuis. *Matth.* 14.

*Ant.* 5. C. Hæsitabat, & ait: Joannem ego decollavi. Quis est iste de quo talia audio? Et quærébat vidére eum. *Luc.* 9.

*Ant.* 8. G. Venientes discipuli Joannis, nuntiavérunt Jesu. Quod cum audisset Jesus secessit inde in navícula, in locum desertum seorsum. *Matth.* 14.

*Ant.* 6. Venérunt multi ad Jesum, & dicébant: Quia Joannes quidem signum fecit nullum: omnia autem quæcumque dixit de hoc, vera erant. Et credidérunt in eum. *Joan.* 10.

*Capitulum.* *Il.* 57.

**J**ustus perit, & non est qui recógitet in corde suo. Et viri misericórdiæ colliguntur, quia non est qui intélligat: à facie enim malitiæ collectus est justus.

*Hymnus.* Omnibus manat, ut *suprà.*

*ÿ.* Custódit Dóminus ánimas Sanctórum suórum: *R.* De manu peccatóris liberábit eos. *Pf.* 96.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 7. a. Venit Joannes in via justitiæ, & non credidistis ei: publicáni autem & meretrices credidérunt ei; vos autem videntes, nec pœniténtiam habuistis postea, ut crederétis ei. *Matth.* 21.

*Oratio, ut suprà ad Laudes.*

D I E X X X I.

In Festo

S. RAYMUNDI NONNATI

Presbyteri.

Simplex.

Pridiè VESPER. de Psalt.  
A Capitulo de Communi SS.  
Presbyterorum. xxviii.


Lectio iij.

**R**aymundus, Nonnatus cognomento dictus, quia præter communem naturæ legem è mortuæ matris dissecto latere in lucem eductus fuit, Portelli in Catalauniâ piis & nobilibus parentibus ortus, ab infantia pietati operam dedit, & máxima præbuit futuræ sanctitatis indicia. Religionem sub titulo de Mercède seu de misericordia redemptionis Captivorum nuper fundatam ingressus, virginitatem quam pridem Beatae Virgini consecrarat perpetuò coluit, ceterisque virtutibus enituit, caritate præsertim erga Christianos, qui sub Infidelium potestate miseram in captivitate vitam degébant; quos ut redimeret in Africam missus est. Cum vero ibi jam multos à servitute liberasset, ne consumptâ pecuniâ aliis item in proximo abnegandæ fidei discrimine constitutis deesset, seipsum pignori dedit: cumque ardentissimo salutis animarum desiderio accensus,

plures Mahumetanos suis concionibus ad Christum converteret, in arctam custodiam à Barbaris coniectus, variisque suppliciis cruciatus, mox labiis perforatis, & serâ ferreâ clavis, crudèle martyrium diu sustinuit. Ob hæc & alia fortiter gesta eum Gregorius nonus in amplissimum sanctæ Romænæ Ecclesiæ Cardinaliû Collégium adscripsit; qua in dignitate ab omni pompa semper abhorrens, religiosæ humilitatis semper fuit tenacissimus. Cardonæ extremo morbo confectus est. Corpus ejus Dei nutu delatum fuit ad sacellum sancti Nicolai in Portelli finibus situm, ubi prima jecerat sanctioris vitæ fundamenta. Illic constructo sui ordinis cœnobio, à confluentibus voti causa ex universa Catalaunia fidelibus populis honoratur, variis miraculis & signis gloriosus.

Oratio.

**D**Eus, qui in liberandis fidelibus tuis ab impiorum captivitate, beatum Raymundum Nonnatum Sacerdotem tuum mirabilem effecisti; ejus nobis intercessione concede, ut à peccatorum vinculis absoluti, quæ tibi sunt placita liberis mentibus exequamur; Per Dòminum nostrum Jesum Christum.




*Excerpta quaedam ex Rubricis usum Communis  
Sanctorum contingentia.*

¶ *Omne Officium Duplex & supra habet I. & II. Vesperas integras, nisi cum equali aut digniori concurrat.*

*Officium Semiduplex incipit à Capitulo I. Vesperarum, quinque habet Antiphonas ad Laudes & II. Vesperas integras. Unico verò ad Matutinum constat Nocturno, in quo dicuntur tres Antiphona, cum suo Versiculo, tres Lectiones & tria Responsorialia, Lectio j. semper est de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis: ij. & iij. habentur in Proprio Sanctorum. Tres autem Antiphona V. & R. R. R. de uno Nocturnorum unicuique Communi assignatorum sumenda sunt secundum Feriarum ordinem, id est Feria II. & V. de primo Nocturno; Feria III. & VI. de secundo; Feria IV. & Sabbato de tertio.*

*Officium Simplex incipit etiam à Capitulo I. Vesperarum; habet unicam Antiphonam ad Laudes, qua semper est quarta ex assignatis: & desinit ad Nonam inclusivè, seu non habet II. Vesperas: idem Officium unico ad Matutinum constat Nocturno quod ordinatur ut in Officio Semiduplexi. Excipienda Lectiones j. & ij. qua erunt de Scriptura occurrente, è tribus duæ: iij. ut assignatur in Proprio.*

*Modus dicendi Invitatorii in quolibet Officio, ordinandique Officii Duplicis & supra, ceteraque ad Officium Simplex & Semiduplex attinentia suo loco commodius inserta habentur in ipso Communi, praesertim in Communi Apostolorum, & in Communi unius Martyris.*



# COMMUNE

## SANCTORUM:

### PARS ÆSTIVA.

---

#### COMMUNE APOSTOLORUM.

[ *In hoc Communi, & in cæteris, ad I. Vesperas semper dicuntur Psalmi de Feria. ]*

##### IN I. VESPERIS.

*Ant.* **E**cce ego mittam  
i. f. **E**piscatores multos, dicit Dóminus, & piscabuntur eos, & venatores & venabuntur eos de omni monte & de omni colle. *Jer. 16.*

*Ant. 2. D.* Vocabuntur fortes iustitiæ, plantatio Dómini ad glorificandum. *Isai. 61.*

*Ant. 4. E.* Sanctificabunt Sanctum Jacob, & Deum Israël prædicabunt. *Isai. 29.*

*Ant. 3. a.* Ædificabunt deserta à sæculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt civitates dissipatas. *Isai. 61.*

*Ant. 6.* Ponent Dómino glóriam, & laudem ejus in Insulis nuntiabunt. *Isai. 42.*

*Capitulum. Isai. 66.*

**H**æc dicit Dóminus: Mitam ex eis qui salvati fuerint, ad Gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam, in Italiam & Græciam, ad Insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt glóriam meam: & annuntiabunt glóriam meam Géntibus.

*Br. Mir. Pars Æstiva.*

*R.* Dabo opus eórum in veritate, & fœdus perpétuum fériam eis, & \* Scient in gèntibus semen eórum, & germen eórum in médio populórum. *ÿ.* Scriptum est: Quàm speciosi pedes evangelisantium pacem, evangelisantium bona! \* Scient. Glória. \* Scient. *Isai 61. Rom. 10.*

*Hymnus.*

**L**ÆTARE cœlum; plausibus  
Tellus resultet æmulis:  
Apostolorum glóriam  
Solemnis instaurat dies.

Vos, ceu tubis sonantibus,  
Christum per orbem spargitis:  
Vos illa sacris vātibus  
Prædicta mundi lúmina.

QUI, dante Christo, pán-  
ditis,  
Qui clauditis cœli fores,  
Nos criminum tenácibus  
Vinclis ligátos solvite.

POTENTE qui nutu graves  
Morbos fugátis córporum,  
Desiderátam póscite  
Ægris medelam moribus.

SUBLIMITIS ut cum vénerit  
Vobis simul sedéntibus,  
Ad dexterum Judex latus  
Nos inter agnos collocet.

UNI sit & trino Deo  
Suprema laus, summum decus,

De nocte qui nos ad suæ  
Lumen vocavit glóriæ.

Amen.

Ū. Magnificéntiam glóriæ  
sanctitátis tuæ loquentur: R.  
Et mirabilia tua narrábunt.

*Pf. 144.*

*Ad Magnificat. Ant. 1. D.*  
Dóminus locútus est: Ascen-  
dent salvatóres in montem  
Sion: & erit Dómino regnum.

*Abd. v. 21.*

[ *Ad Completorium Psalmi  
feriales, & cetera ut in Psal-  
terio.*

*In Solemnibus super Psalmos  
dicitur*

*Ant. 4. a.* Vos estis lux  
mundi: luceat lux vestra co-  
ram homínibus. *Matth. 5.*

AD OFFICIUM NOCT.

*Invit.* Christum Apostoló-  
rum Magistrum & Dóminum,  
\* Veníte, adorémus. *Joan. 13.*

[ *In Solemnibus Invit. ante  
Pf. Veníte bis dicitur, & post  
singulos ejus versus repetitur  
integrum: post Glória, cum  
Sicut erat. repetitur à medio,  
ac postea integrè adhuc dicitur.  
In Duplicibus idem servatur  
ritus, nisi quòd post 2. & 4.  
versum repetitur duntaxat à  
medio.* ]

*Pf. 94. Veníte. 2.*

*Hymnus.*

SUPREME, quales, Arbitr,  
Tibi ministros éligis,  
Tuas opes qui vilibus  
Vasis amas committere!

HÆC nempe plena lumine  
Tu vasa frangi præcipis:  
Lux inde magna rumpitur,  
Ceu, nube scisâ, fulgura.

TOTUM per orbem nuntii,  
Nubes velut, citi volant:

Verbo graves, Verbo Deo,

Tonant, coruscant, pérpluant.

CHRISTUM sonant: versæ  
ruunt

Arces superbæ dæmonum.  
Circum tubis clangéntibus,  
Sic versa quondam mœnia.

FAC, Christe, cœlestestubæ  
Somno graves nos éxcitent:  
Accensa de te lumina  
Pellant tenébras méntium.

UNI sit & trino Deo  
Supréma laus, summum decus,  
De nocte qui nos ad suæ  
Lumen vocavit glóriæ. Amen.

[ *In Solemnibus primi & se-  
cundi ordinis ad Officium  
Nocturnum, itemque ad II.  
Vesperas, Psalmi sunt proprii,  
prout designantur in Proprio  
Ecclesiarum; vel, si nulli sunt  
ejusmodi, sumuntur de Do-  
minica: ad Laudes verò, ad  
Horas, & ad Completorium,  
dicuntur de Dominica; & sic  
in omni alio Communi.*

*In Solemnibus tertii ordinis  
& infra, Psalmi in toto Officio  
semper sunt de Feria.]*

IN I. NOCTURNO.

*Ant. 1. f.* Vocávit Jesus  
discipulos suos, & elégit duo-  
decim ex ipsis, quos & Apó-  
tolos nominávit. *Luc. 6.*

*Ant. 8. G.* Dedit illis virtu-  
tem & potestátem super omnia  
dæmónia, & misit illos prædi-  
cáre regnum Dei. *Ibid.*

*Ant. 2. D.* Præcipiens, dicé-  
bat eis: Infirmos curáte, mó-  
tuos suscitáre, dæmones eji-  
cite: gratis accepistis, gratis  
date. *Matth. 10.*

Ū. Constitues eos príncipes  
super omnem terram: R. Mé-  
mores erunt nóminis tui, Dó-  
mine. *Pf. 44.*

*Pater noster. Benedictiones*

habentur post Psalterium.

Tres prima Lectiones de Scriptura occurrente, nisi alia assignentur, & sic in omni alio Communi.

R. i. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & \* Pó sui vos ut eatis & fructum afferatis, & fructus vester máneat. *Ps.* Quod salvárum fuerit de domo Juda, faciet fructum: zelus Dómini exercituum faciet istud. \* Pó sui. *Joan.* 15. *Isai.* 37.

R. ii. Ite ad oves quæ perierunt domus Israel; euntes autem prædicáte, dicentes: \* Quia appropinquávit regnum cælorum. *Ps.* Hæc dicit Dóminus: Revertátur unusquisque à viâ suâ malâ & dirigite vias vestras, & stúdia vestra. \* Quia. *Matth.* 10. *Jer.* 18.

R. iii. Ecce dedi vobis potestatem super omnem virtutem inimici: \* Verúmtamen in hoc nolite gaudere: † Gaudete quòd nómína vestra scripta sunt in cælis. *Ps.* Dabo vos in nomen, & in laudem omnibus pópulis: \* Verúmtamen. Glória Patri. † Gaudete. *Luc.* 10. *Soph.* 3.

#### IN II. NOCTURNO.

*Ant.* 4. D. In quamcumque domum intraveritis, dicite: Pax huic domui; & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. *Luc.* 10.

*Ant.* 5. a. Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. *Luc.* 10.

*Ant.* 6. Dabo vobis os & sapiéntiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes

adversarii vestri. *Luc.* 21.

*Ps.* Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, R. In omnibus pópulis mirabilia ejus. *Ps.* 95.

Pater noster. Benedictiones habentur post Psalterium.

Tres Lectiones, ut in Proprio Sanctorum.

R. iv. Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum: \* Estóte ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. *Ps.* Ex ore Dómini prudéntia: & próteget gradientes simpliciter: \* Estóte. *Matth.* 10. *Prov.* 2.

R. v. Jam non dicam vos fervos: vos autem dixi amicos; \* Quia ómnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis. *Ps.* Antiqua ne intueámini: ecce ego facio nova, & nunc orientur: útique cognoscétis ea; \* Quia. *Joan.* 15. *Is.* 43.

R. vi. Nolite cogitare quomodo, aut quid loquámini: \* Non enim vos estis qui loquimini, sed Spíritus Patris vestri qui loquitur in vobis. *Ps.* Spíritus meus erit in médio vestrum, nolite timére: \* Non. Glória. \* Non. *Matth.* 10. *Agg.* 2.

#### IN III. NOCTURNO.

*Ant.* 7. d. Non est discipulus super Magistrum: Si Patrem familias Beélzebub vocaverunt, quanto magis domésticos ejus? *Matth.* 10.

*Ant.* 8. c. Tradent vos in Conciliis, & in Synagógis suis flagellábunt vos. *ibid.*

*Ant.* 3. c. Eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveráverit usque in

finem, hic saluus erit. *ibid.*

Ÿ. Multæ tribulationes Iustorum: R. Et de omnibus his liberabit eos Dominus. *Pf. 33.*

Pater noster. *Benedictiones habentur post Psalterium.*

*Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.*

R. vii. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis: \* Non est servus major domino suo: si me persecuti sunt, & vos persequentur. Ÿ. Locuti sunt adversum me lingua dolosa, & sermonibus odii circumdederunt me: \* Non est. *Joan. 15. Pf. 108.*

R. viii. Trademini a parentibus, & cognatis, & amicis; & morte afficient ex vobis, & capillus de capite vestro non peribit: \* In patientia vestra possidebitis animas vestras. Ÿ. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis; ego, ego ipse consolabor vos: \* In patientia. *Luc. 21. Is. 51.*

R. ix. Vos estis qui permanistis mecum in tentationibus meis: \* Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum. Ÿ. Disposui testamentum electis meis. \* Et ego dispono vobis. Gloria Patri. \* Et ego. *Luc. 22. Pf. 88.* Te Deum.

#### AD LAUDES.

*Ant.* **J**esus locutus est un-  
8. G. **J**decim discipulis;  
dicens: Data est mihi omnis  
potestas in caelo & in terra;  
euntes ergo, docete omnes  
gentes. *Matth. 28.*

*Ant.* 6. Prædicæte Evangelium omni creaturæ: qui crediderit & baptisatus fuerit,

salvus erit. *Matth. 17.*

*Ant.* 3. a. Docete eos servate omnia quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. *Matth. 28.*

*Ant.* 4. E. Accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos, & eritis mihi testes usque ad ultimum terræ. *Act. 1.*

*Ant.* 2. D. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. *Joan. 20.*

*Capitulum.* Hebr. 2.

**C**UM initium accepisset salus enarrari per Dominum, ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus Sancti distributionibus secundum suam voluntatem.

*Hymnus.*

**C**OELIS aulæ principes,  
Sacri duces exercitus,  
Bissena mundi lumina,  
Olim futuri iudices:

MERSIS gravi caligine,  
Per vos dies renascitur:  
Quos vanus error luserat,  
Illustrat alma veritas.

NON vi, nec armis militum,  
Fandi nec ullis artibus,  
Verbo sed irrisæ Crucis,  
Christo rebelles subditis.

QUIBUS gemebat subditus,  
Rumpuntur orbis vincula:  
Jam gaudet, excusso jugo,  
Liber Dei sub legibus.

VULGATA terris omnibus  
Per vos Dei mysteria:  
Sic vestra terris omnibus  
Præclara facta personant.

UNI sit & trino Deo  
Suprema laus, summum decus,

De nocte qui nos ad suæ  
Lumen vocavit glóriæ. Amen.

Ÿ. Glóriam regni tui dicent:  
R. Ut notam faciunt filiis hó-  
minum poténtiam tuam. Ps.  
144.

Ad Benedictus. Ant. 1. D.  
Prædicaverunt ubique, Dómi-  
no cooperante, & sermónem  
confirmante, sequentibus si-  
gnis. Marc. 16.

Oratio ut in Proprio.

AD HORAS, Antiphona de  
Laudibus, quartâ prætermisâ;  
quod semper observatur, nisi  
aliter notetur.

AD PRIMAM.

Ant. Jesus.

Capitulum & cætera inde  
sumuntur unde sumpti sunt  
Psalmi.

AD TERTIAM.

Ant. Prædicâte.

Capitulum. 2. Cor. 2.

**D**Eo grâcias, qui semper  
triumphat nos in Christo  
Jesu, & odórem notitiæ suæ  
manifestat per nos in omni  
loco.

R. br. In omnem terram  
\* Exiit sonus eórum. In om-  
nem. Ÿ. Et in fines orbis ter-  
ræ verba eórum. \* Exiit.  
Glória Patri. In omnem.

[In Solemnibus cujuscum-  
que ordinis, & per Octavas  
Solemniū 1. ordinis (nisi ali-  
ter notetur) ad R. R. R. brevis  
Tertia, Sexta & Nona additur:  
Allelúia, Allelúia; hoc ritu:

R. br. In omnem terram  
exiit sonus eórum, \* Allelúia,  
Allelúia. In omnem. Ÿ. Et in  
fines orbis terræ verba eórum.  
\* Allelúia, Allelúia. Glória. In  
omnem terram exiit sonus  
eórum, Allelúia, Allelúia.

Isque ritus servatur in quo-  
libet Communi.]

Ÿ. Non sunt loquelæ neque  
sermões, R. Quorum non  
audiantur voces eórum. Ps. 18.

Oratio, ut in Proprio.

AD SEXTAM.

Ant. Docete.

Capitulum. Ephes. 4.

**C**Hristus dedit quosdam  
quidem Apóstolos, quos-  
dam autem Prophétas, alios  
verò Evangelistas, alios au-  
tem Pastóres, & Doctóres, ad  
consummationem sanctorum  
in opus ministerii, in ædifi-  
cationem corporis Christi.

R. br. Confitebimur tibi,  
Deus: \* Invocabimus nomen  
tuum. Confitebimur. Ÿ. Nar-  
rabimus mirabilia tua: \*  
Invocabimus. Glória Patri.  
Confitebimur. Ps. 74.

Ÿ. In generationem & ge-  
nerationem R. Annuntiabi-  
mus laudem tuam. Ps. 78.

AD NONAM.

Ant. Quorum.

Capitulum. 2. Cor. 5.

**P**osuit in nobis Deus ver-  
bum reconciliatiōis. Pro  
Christo ergo legatione fungi-  
mur, tanquam Deo exhor-  
tante per nos. Obsecramus pro  
Christo, reconciliamini Deo.

R. br. Dóminus excelsus \*  
Subjécit pópulos nobis. Dó-  
minus. Ÿ. Elégit nobis hæ-  
reditatem suam: \* Subjécit.  
Glória Patri. Dóminus. Ps. 46.

Ÿ. Nimis honorificati sunt  
amici tui, Deus: R. Nimis  
confortatus est principatus  
eórum. Ps. 138.

AD II. VESPERAS.

Ant. **L**oquebantur ver-  
bum Dei cum fi-

dúcia, & virtute magnâ red-  
debant testimonium resurrec-  
tionis Jesu Christi. *Act.* 4.

*Ant.* 7. d. Erat manus Dó-  
mini cum eis; multusque nú-  
merus credentium conversus  
est ad Dóminum. *Act.* 11.

*Ant.* 6. Injecerunt manus  
in Apóstolos, & posuerunt eos  
in custodia, & cæsis denuncia-  
verunt ne omnino loqueren-  
tur in nómine Jesu. *Act.* 5.

*Ant.* 4. E. Ibant gaudentes à  
conspéctu concílii, quóniam  
digni hábiti sunt pro nómine  
Jesu contuméliam pati. *ibid.*

*Ant.* 3. a. Tradiderunt áni-  
mas suas pro nómine Dómini  
nostri Jesu Christi. *Act.* 15.

*Capitulum* 1. Cor. 4.

**D**EUS nos Apóstolos no-  
vissimos ostendit, tan-  
quam morti destinátos; quia  
spectáculum facti sumus mun-  
do, & ángelis, & homínibus.

*Hymnus.*

**Q**UEM misit in terras Deus,  
Ut morte nos servet suâ;  
Amóris hic fidos sui  
Vos éligit vicários.

Occisus Agnus à lupis,  
Vos misit agnos ad lupos:  
Mores ferinos éxuunt,  
Agni repentè de lupis.

QUÆ victimárum cædibus  
Tellus madébat impiis,  
Vestris eam sudóribus,  
Vestro piastis sáanguine.

Hoc rore facta pinguior,  
Quor illa fructus proutit!  
Quæ, quanta surrexit seges!  
Et ista nos seges sumus.

QUAM si bonus respéxeris,  
Qui das rigátis créscere;  
Frumenta nos cæléstibus  
Matúra condés hórreis.

UNI sit & trino Deo  
Supréma laus, summum decus,  
De nocte qui nos ad suæ  
Lumen vocávit glóriæ. Amen.

¶ Principes populórum  
congregáti sunt r. Cum Deo  
Abraham. *Pf.* 46.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 1. D.  
Vos qui secúti estis me, in re-  
generatióne cum séderit Filius  
hómínis in sede majestátis  
suæ, sedébitis & vos judican-  
tes duódecim tribus Israel.  
*Matth.* 19.

*Oratio, ut in Proprio.*

[ *In Solemnibus ad Comple-  
torium super Psalmos Antipho-  
na propria, qua ad Comple-  
torium habetur post I. Vesperas.*

*Capitulum & cætera inde  
sumuntur unde sumpti sunt  
Psalmi.* ]

## COMMUNE UNIUS MARTYRIS.

IN I. VESPERIS.

*Ant.* **J**USTUS quasi leo  
1. a. confidens, absque  
terrore erit. *Prov.*

28.

*Ant.* 4. E. Qui timet Dómi-  
num, nihil trepidábit, & non  
pavébit; quóniam ipse est spes  
ejus. *Eccli.* 34.

*Ant.* 6. Probationem indú-  
cet super illum, donec credat  
ánimæ illius, & firmábit illú,  
& lætificábit. *Eccli.* 4.

*Ant.* 5. a. In tentatióne Deus  
illum conservábit, & liberá-  
bit à malis; & non illidétur  
quasi in prócella navis. *Eccli.*  
33.

*Ant. 4. a.* Usque in tempus  
sustinébit pátiens, & póstea  
redditio jucunditátis. *Eccli. 1.*

*Capitulum. Josue 1.*

**E**cce præcipio tibi : Con-  
fortáre, & esto robustus.  
Noli metúere, & noli timére ;  
quóniam tecum est Dóminus  
Deus tuus.

*In Duplicibus 1. ordinis, &  
supra :*

*R.* Benedictus vir, qui con-  
fidit in Dómino ; \* Erit Dó-  
minus fidúcia ejus ; † Non ti-  
mébit, cum véncrit æstus.  
‡ Hæc est grátia si propter  
Dei consciéntiam sustinet quis  
tristitias pátiens injustè. \* Erit  
Dóminus. Glória. † Non ti-  
mébit. *Jer. 17. 1. Petr. 2.*

*Hymnus.*

**F**ELIX morte tuâ, qui cru-  
ciátibus  
Cælo difficilem rumpere  
amas viam ;  
Et signáre cruóre,  
Quam Christo, déderas  
fidem.

POENIS victa quibus defi-  
ceret fides,

Tu pœnas ávidâ mente præ-  
occupas ;

Cui non sufficit una,  
Ambis innúmeras neces.

Te pro lege sua magnáni-  
mum mori,

Te Christus púgilem spectat  
ab æthere :

Ne succumbere possis,  
Tecum prælia sustinet.

Et nos delicias, vana per  
ótia,

Gens infida Deo, quærimus  
Anxii :

Quid torpémus ? inertes

Sanguis Mártiris éxcitat.

PATRI máxima laus, má-  
xima Fílio ;

Sit par, Sancte, tibi glória,  
Spiritus,

Quo donante, corónam  
Invictus pugil obtinet.

Amen.

‡ Justus, cum ceciderit,  
non collidétur ; *R.* Quia Dó-  
minus supponit manum suam.  
*Pf. 36.*

*Ad Magnific. Ant. 5. C.* Ne-  
mo pariátur ut homicida, aut  
fur, aut alienórum appetitor : si  
autem ut Christiánus, non eru-  
belcat, gloríficet autem Deum  
in isto nómine. *1. Petr. 4.*

*Oratio, ut infra ad Laudes,  
nisi sit propria.*

[ *In Solemnibus super Psal-  
mos ad Completorium*

*Ant. 1. a.* Ego ad Dóminum  
aspiciam : expectábo Deum  
salvatórem meum. *Mich. 7. 1*

AD OFFICIUM NOCT.

*Invit.* Deum paciéntiæ &  
solátii, \* Veníte, adorémus.  
*Rom. 15.*

*Pf. 94.* Veníte. 2.

[ *In Solemnibus & Duplici-  
bus Invit. dicitur ut notatum  
est supra ad Commune Aposto-  
lorum. In Semidupl. autem &  
Simpl. semel tantum dicitur  
ante Psalmum Veníte. repetitur  
verò integrum post 1. versum :  
à medio post alios versus : &  
integrum post Glória. cum sicut  
erat. Et sic in omni alio Com-  
muni. ]*

*Hymnus.*

**E**X quo, salus mortálium,  
Fluxit facer Dei cruor ;

Homo redemptus æmulum  
Deo litávit sanguinem.

NON jam crucis Christi pu-  
det :

Quin surgit ingens glória  
Deum fatéri mórtuum ;

Pro mórtuo mori Deo.

Hoc iste plenus spírítu  
Ridet minas, ridet neces;  
Tuâque fretus dèxterâ,  
Tibi, Redemptor, militat.

PARATA spectans præmia,  
Securus ad pœnas volat:  
Sic pugnat, ut speret mori,  
Et morte mortem vincere.

UNUS tot armâtas manus  
Stupente lassat júdice;  
Et tortus ípsis qui cadit  
Torquéntibus sit fórtior.

DA, Christe, tanti militis  
Æquâre facta fórtia:  
Da sustinére pro tuo,  
Quodcumque durum nómine.

ÆTERNE, tu Verbi Pater,  
Æterne Fili par Patri,  
Et par utríque Spírítus,  
Tibi, Deus, sit glória. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Fili, sta in justitia  
& timóre, & præpara animã  
tuam ad tentationem. *Eccli. 2.*

Ant. 8. G. Confortâre, &  
esto robustus: Dóminus ipse  
erit tecum: non dimittet: nec  
derelinquet te. *Deut. 31.*

Ant. 3. a. Qui vicerit, vesti-  
etur vestimentis albis; & non  
delebo nomen ejus de libro  
vitæ: & consitébor nomen ejus  
coram Patre meo, & coram  
Angelis ejus. *Apoc. 3.*

Ÿ. In die tribulationis éruam  
te, R. Et honorificâbis me.  
*Pf. 49.*

*Lectiones de Scriptura occur-  
rente.*

R. j. Qui volúerit animam  
suam salvam fácere, perdet  
eam; \* Qui autem perdiderit  
animam suam propter me &  
Evangélium, salvam faciet  
eam. Ÿ. Erit tibi anima tua  
in salutem, quia in me ha-

buisti fidúciã, ait Dóminus:

\* Qui. *Marc. 8. Jerem. 39.*

R. ij. Esto fidélis usque ad  
mortem, & dabo tibi corón-  
nam vitæ: \* Qui vicerit, non  
lædetur à morte secunda. Ÿ.  
Usque ad mortem certa pro  
justitia, & Deus expugnabit  
pro te inimicos tuos: \* Qui.  
*Apoc. 2. Eccli. 4.*

R. iij. Qui vicerit, faciam  
illum columnam in templo  
Dei mei, \* Et foras non  
egredietur antèplius: & †  
Scribam super eum nomen  
Dei mei, & nomen civitatis  
novæ Jerúsalem. Ÿ. Plantabo  
eum, & non turbabitur am-  
plius; nec addent filii iniqui-  
tatis, ut affligant eum sicut  
prius, \* Et. Glória. † Scribam.  
*Apoc. 3. 2. Reg. 7.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Non mihi con-  
tingat parcere animæ meæ in  
omni tẽpore tribulationis.  
1. *Mach. 13.*

Ant. 7. d. Prompto animo  
pro gravíssimis ac sanctíssimis  
légibus honestâ morte perfun-  
gar. 2. *Mach. 6.*

Ant. 8. c. E cœlo membra  
ista possideo; sed propter Dei  
leges hæc ipsa despicio, quón-  
iam ab ipso me ea receptu-  
rum spero. 2. *Mach. 7.*

Ÿ. Fortitudinem meam ad  
te custodiam; R. Quia Deus  
susceptor meus es. *Pf. 58.*

*Lectiones ut in Proprio.*

R. xv. Ego non solum alli-  
gári, sed \* Et mori parâtus  
sum propter nomen Dómini  
Jesu. Ÿ. Ego animam meam  
& corpus meum trado pro pá-  
triis légibus: \* Et mori. *Act. 21. 2. Mach. 7.*

R. v. Etsi in præsentî tẽmpore supplicii hõminum eripiar, manum Omnipotentis nec vivus, nec defunctus effugiam; \* Quamõbrem fortiter vitã excedendo, exemplum forte relinquam. V. Existimo quod non sunt condignæ passiones hujus tẽporis ad futuram glóriam: \* Quamõbrem. 2. Mach. 6. Rom. 8.

R. vj. Dõmine, qui habes sanctam sciẽtiã, manifestẽ tu scis quia cum à morte possem liberari, \* Duros cõporis sustineo dolores; secundum animam verò, propter timorem tuum, libenter hæc patior. V. Gáudeo in passionibus, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea: \* Duros. Glória Patri. \* Duros. 2. Mach. 6. Coloss. 1.

## IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Pro certo habet omnis qui te colit, Dõmine, quod vita ejus, si in probatiõne fuerit, coronabitur. Tob. 3

Ant. 5. a. Ille pauper clamavit, & Dõminus exaudivit eum, & de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum. Ps. 33.

Ant. 6. In fraude circumventientium illum affuit illi, custodivit illum ab inimicis, & à seductõribus tutavit illum. Sap. 10.

V. Tu, Dõmine, adjuvisti me. R. Et consolatus es me. Ps. 85.

*Evangelium & Homilia ut in Proprio.*

R. vij. Certamen forte dedit illi Dõminus, \* Ut vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapiẽtia. V. Confortatus est fide, dans glóriam Deo, \* Ut. Sap. 10. Rom. 4.

MIR. Pars Æstiva.

R. viij. A peccatoribus liberavit eum Dõminus: \* Descendit cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit illum. V. Erat Deus cum eo, & eripuit eum ex omnibus tribulationibus ejus: \* Descendit. Sap. 10. Act. 7.

R. ix. Hanc tentationem ideo permisit Dõminus evenire illi, ut pòsteris darẽtur exemplum paciẽtiæ: nam \* Non est contristatus contra Deum quod plaga ei acciderit, sed † Immobilis in Dei timore permansit. V. Magis eligens affligi cum pòpulo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem. \* Non est. Glória Patri. † Immobilis. Tob. 2. Hebr. 11.

Te Deum.

## A D L A U D E S.

Ant. D. Ominus mecum est, 3. a. D. Quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt. Jerem. 20.

Ant. 1. f. Circumdedérunt me undique, & non erat qui adjuvaret: memoratus sum misericordiae tuae, Dõmine, quoniam eruis sustinentes te. Eccli. 51.

Ant. 2. D. Bonus Dõminus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Nahum. 1.

Ant. 4. A. Cantate Dõmino, laudate Dõminum; quia liberavit animam pauperis de manu malorum. Jer. 20.

Ant. 7. d. Eripuisti me de tempore iniquo; propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Dõmini. Eccli. 51.

\*

## Capitulum.

Job. 23.

**P**robavit me [Deus] quasi aurum quod per ignem transit: vestigia ejus secutus est pes meus: viam ejus custodivi, & non declinavi ex ea.

## Hymnus.

**J**AM non te lacerant carnicum manus,  
Inter qui recubas Cœlituum choros,

Nunc pro carcere cæco  
Fulgentes habitas domos.

**N**ON jam vincla manus, non  
côhibent pedes;

Tu liber superum regna  
perambulas:

Quot plagis laniatus,  
Cœlo tot radiis nites.

**N**EC te dira fames, nec sitis  
amplius,

Nec probrosa premit te modo  
nûditas:

Nunc te lumine puro  
Pascit Christus & induit.

**S**IC tu Martyribus dexter ades,  
Deus,

Ut quos mors perimit, gloria vindicet;

Confundisque tyrannum,  
Dum quos deprimit, elevas.

**S**EMPER máxima laus ingénito  
Patri:

Semper laus génito máxima  
Filio:

Sacri nexus amoris,  
Sit laus par tibi, Spiritus.

Amen.

Ÿ. Adjutor meus, tibi psallam;  
R. Quia Deus susceptor meus es. *Pf. 58.*

*Ad Benedictus. Ant. 1. D.*  
Bonum certamen certavi,  
cursum consummavi, fidem servavi:  
in reliquo repõsita est mihi corona justitiæ. *2. Timoth. 4.*

## Oratio.

**A**desto, Dómine, supplicatiõibus nostris, ut qui beati Mátyristui N. natalitiis gloriámur, nec minis injuste persecúentium, nec ullis perturbémur adversis; Per.

## Alia Oratio.

**D**A nobis, quæsumus, Dómine, intercedente beato N. Mátyre tuo, in tua fide & sinceritate constantiam; ut in caritate divina firmati, nullis tentatiõibus ab ejus integritate divellámur; Per.

## Si sit Pontifex, Oratio.

**O**Mnipotens, sempiternus Deus, qui in omnium Sanctõrum tuõrum es virtute mirabilis: da nobis in festivitãte beati N. cum gratiarum actiõne lætari, qui Filii tui Martyr & Põntifex, quod ministèrio gessit, testimoniõ comprobavit; & quod prædicavit ore, confirmavit exemplo; Per eundem.

## Alia Oratio.

**D**EUS, cujus grãtia beatorum N. Pontificem tuum in Sacerdotiũ elegit, doctrina ad prædicandum erudit, potèntia ad perseverandum confirmavit: da nobis ex ejus imitatiõne pópulum christiãnum & instrũere vivendi exemplo, & confirmare patiendo; Per.

## Si sit Sacerdos tantum, Oratio.

**D**EUS, à quo constantiam fides, & virtutem sumit infirmitas: quæsumus, ut beati N. Sacerdotis & Mátyris tui exemplo & præcibus, quidquid in persecutiõibus servũ est, quidquid in morte terribile, facias nos tui nominis confessiõne superare; Per.

AD PRIMAM.

*Ant.* Dóminus.

AD TERTIAM.

*Ant.* Circumdedérunt.*Capitulum.* II. 41.

**E**Runt quasi non sint, & vé-  
luti consúptio, hómi-  
nes bellantes adversum te; quia  
ego Dóminus Deus tuus ap-  
prehendens manum tuam, di-  
censque tibi: Ne timeas, ego  
adjúvi te.

*R. br.* In Deo salutáre  
meum, \* Et glória mea. In  
Deo. *Ÿ.* Deus auxilií mei,  
& spes mea in Deo est, \* Et.  
Glória Patri. In Deo. *Pf.* 61.

*Ÿ.* Deus meus adjutor meus,  
& sperábo in eum: *R.* Protec-  
tor meus, & cornu salutis  
meæ. *Pf.* 17.

AD SEXTAM.

*Ant.* Bonus Dóminus.*Capitulum.* 2. Tim. I.

**P**atior, sed non confundor:  
scio enim cui crédidi; &  
certus sum quia potens est de-  
pósitum meum serváre in illum  
diem.

*R. br.* Si consistant adver-  
sum me castra, \* Non timé-  
bit cor meum. Si consistant. *Ÿ.*  
Si exurgat adversum me præ-  
lium, in hoc ego sperábo:  
\* Non. Glória Patri. Si. *Pf.* 26.

*Ÿ.* Dóminus mihi adjutor,  
*R.* Non timébo quid faciat  
mihi homo. *Pf.* 117.

AD NONAM.

*Ant.* Eripuisti me.*Capitulum.* Tob. 3.

**P**ost tempestátem tranquil-  
lum facis, Dómine; &  
post lacrymationem & fletum,  
exultationem infundis. Sit no-  
men tuum, Deus Israel, be-  
nedictum in sécula.

*R. br.* Factus es, Dómine,

\* Susceptor meus. Factus es.  
*Ÿ.* Et refúgium meum in die  
tribulationis, \* Susceptor.  
Glória Patri. Factus. *Pf.* 58.

*Ÿ.* In die tribulationis meæ  
clamavi ad te: *R.* Quia exau-  
disti me. *Pf.* 85.

AD II. VESPERAS.

*Ant.* **P**ropter opus Christi  
8. G. *P*usque ad mortem  
accessit, tradens ánimam suam.  
*Philipp.* 2.

*Ant.* 3. a. Patienter susti-  
nens, destinávit non admíttere  
illicita propter vitæ amórem.  
2. *Mach.* 6.

*Ant.* 7. a. Divítias astimans  
impropérium Christi, aspicié-  
bat in remuneratióem. *Hebr.*  
11.

*Ant.* 5. C. Gloriosíssimam  
mortem magis quàm odíbi-  
lem vitam complectens, vo-  
luntáriè præibat ad supplicium.  
2. *Mach.* 6.

*Ant.* 1. a. Hoc modo vitâ de-  
cessit, universæ genti memó-  
riam mortis suæ ad exemplum  
virtútis & fortitudinis dere-  
linquens. 2. *Mach.* 6.

*Capitulum.* Jac. 1.

**B**eatús vir qui suffert tenta-  
tionem; quóniam cum  
probátus fuerit, accípiet coró-  
nam vitæ, quam repromísit  
Deus diligéntibus se.

*Hymnus,* FELIX, ut in I.  
*Vesperis* vij.

*Ÿ.* Posuisti, Dómine, in cá-  
pite ejus corónam *R.* De lápi-  
de pretiósó. *Pf.* 20.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 4. D.  
Justum non dereliquit Deus,  
donec afferret illi poténtiam  
adversus eos qui eum deprimé-  
bant; & dedit illi claritatem  
aternam. *Sap.* 10.

*Oratio,* ut *suprà* ad Laudes.

## COMMUNE PLURIUM MARTYRUM.

## INI. VESPERIS.

*Ant.* **V**enit hora, ut om-  
2. D. nis qui interficit  
vos, arbitretur obsequium se  
prestare Deo. *Joan.* 16.

*Ant.* 3. c. Injicient vobis ma-  
nus suas, & persequentur, tra-  
hentes ad reges & praesides prop-  
ter nomen meum. *Luc.* 21.

*Ant.* 4. E. Tradet autem fra-  
ter fratrem in mortem; & in-  
surgent filii in Parentes, &  
morte eos afficient. *Matth.* 10.

*Ant.* 6. Cum tradent vos, no-  
lite cogitare quid loquamini:  
dabitur enim vobis in illa ho-  
ra quid loquamini. *Matth.* 10.

*Ant.* 5. a. Nolite timere eos  
qui occidunt corpus, animam  
autem non possunt occidere.  
*Ibid.*

*Capitulum.* I. Petr. 4.

**S**I exprobramini in nomine  
Christi, beati eritis: quon-  
iam quod est honoris, glori-  
ae, & virtutis Dei, & qui est  
ejus Spiritus, super vos re-  
quiescit.

*In Dupl.* 1. ordinis, & supra:

*R.* In nullo terreamini ab  
adversariis; \* Quia vobis do-  
natum est pro Christo, non  
solum ut in eum credatis, sed  
ut etiam pro illo patiamini.  
¶ Confortamini, & non dis-  
solvantur manus vestrae: erit  
enim merces operi vestro: \*  
Quia. Gloria Patri. \* Quia.  
*Philipp.* 1. 2. *Paral.* 15.

*Hymnus.*

**C**HRISTI Martyribus de-  
bita nos decet,  
Virtutis memores, promere  
cantica;

Quos nec blanditiis, nec  
potuit minis

Fallax vincere seculum.

**C**ŒLESTIS Patriae mens in-  
hians bonis,

Mundi spernit opes, fluxa-  
que gaudia:

Vitæ quin etiam, præ Dô-  
mini lucro,

Jacturam facilem putant.

**N**ON vultus metuunt carnifi-  
cum truces:

Fœtas suppliciis despiciunt  
manus:

Enses, flagra, rotas, om-  
nia perpeti

Victrix edocuit fides.

**O** INCREDBILEM vim patien-  
tiæ!

Non, artus laceros qui crû-  
ciat dolor,

Extorquet gemitum, non  
querimoniam

Agnis micibus elicit.

**E**RGO nunc propior, Christe,  
tibi sedet

Palmis turba nitens usque  
virèntibus,

Victorumque gerens præ-  
mia, nobiles

Multo sanguine laureas.

**S**IT laus summa Patri, sum-  
maque Filio:

Sit par, Sancte, tibi gloria,  
Spiritus,

Cujus praesidio praelia ulti-  
nent,

Contemptâ nece Martyres.  
Amen.

¶ Viriliter agite, & confor-  
tetur cor vestrum, *R.* Omnes  
qui speratis in Domino. *Pf.* 30.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 8. G.  
Cum vos oderint homines, &

exprobraverint propter Filium  
hominis, gaudete & exultate :  
ecce enim merces vestra multa  
est in cælo. *Luc. 6.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

[ *In Solemnibus ad Comple-*  
*torium*

*Ant. 7. b. super Psalmos :*  
Complebuntur dies iuctûs tui,  
Sion : non occidet ultra sol  
tuus, pópulus tuus omnes iusti.  
*Is. 60.* ]

AD OFFICIUM NOCT.

*Invit. Dóminum legitímè*  
certantes coronantem, \* *Ve-*  
nite, adorémus. 2. *Tim. 2.*

*Pf. 94. Venire. 2.*

*Hymnus.*

**F**ORTES cadendo Mártires,  
Quos empta fuso sânguine  
Cælestis ornat púrpura,  
Junctis canámus vócbus.

ACTI procellis ómnibus,  
Sui cruóris flúmíne  
Vehuntur, & Christo duce,  
Portus beátos óccupant.

SÆVIT tyrannus, állicit :  
Temnunt minas, temnunt  
preces,

Deum minantem dum timent,  
Dum munerantem diligunt.

QUEM licetor infanus litit,  
Quem cæcus effundit furor,  
Amor sacerdos pródigum  
Christo cruórem cónsecrat

Et ille mixtus sânguini  
Quem fudit in ligno Deus,  
Fundéntibus placábilem  
Oráre non cessat Deum.

IMPLERE vos omnes decet  
Passo Deo quod defuit :  
Per tot neces læso Patri  
Fit plena Christus hóstia.

ÆTERNE tu Verbi Pater,  
Æterne Fili par Patri,  
Et par utrique Spíritus,  
Tibi, Deus, fit glória. Amen.

IN I. NOCTURNO.

*Ant. 3. c. Convenérunt ad-*  
versum nos, ut nos disperdant :  
quómodo poterimus subsiste-  
re, nisi tu Deus, adjuves nos ?  
*1. Mach. 3.*

*Ant. 5. a. Séquimur te in toto*  
corde ; & timémus te ; & qua-  
rimus faciém tuam : érue nos,  
& da glóriam nómini tuo,  
Dómine. *Dan. 3.*

*Ant. 8. G. Omnes qui osten-*  
dunt servis tuis mala, confun-  
dantur in ómnipoténtia tua ;  
& sciant quia tu es Dóminus  
Deus solus. *Dan. 3.*

Ï. Da nobis auxiliúm de  
tribulatióne, R. Quia vana  
salus hóminis. *Pf. 59.*

*Lectiones de Scriptura occur-*  
*rente.*

R. j. Nos stulti propter  
Christum : maledicimur, &  
benedicimus : \* Persecutió-  
nem pátimur, & sustinémus :  
blasphemámur, & obsecrá-  
mus. Ï. Propter te, Dómi-  
ne, mortificámur totâ die :  
astimáti sumus sicut oves oc-  
cisiónis ; \* Persecutióne. 1.  
*Cor. 4. Pf. 43.*

R. ij. Quis nos separábit à  
caritaté Christi ? Tribulatio ?  
an angústia ? an fames ? an  
persecutio ? an gládus ? \* Ne-  
que mors, neque vita poterit  
nos separare à caritaté Dei.  
Ï. Hæc ómnia venérunt super  
nos, nec obliti sumus te, Dó-  
mine ; \* Neque mors. *Rom. 8.*  
*Pf. 43.*

R. iij. Deus ómnis grátia,  
qui vocávit nos in æternam  
suam glóriam in Christo Jesu,  
\* Módicum passos ipse perficiet :  
ipsi glória & impérium  
† In sécula seculórum. Ï. Rex

mundi defunctos nos pro suis  
légibus in æternæ vitæ resur-  
rectiōne suscitabit : \* Mōdi-  
cum. Glória Patri. † In sécu-  
la. 1. Petr. 5. 2. Mach. 7.

## IN II. NOCTURNO.

*Ant. 7. ç.* In mortem tradi-  
mur propter Jesum, ut & vita  
Jesu manifestetur in carne nos-  
tra mortali. 2. Cor. 4.

*Ant. 2. D.* Parati sumus mori,  
magis quàm patrias Dei le-  
ges prævaricari. 2. Mach. 7.

*Ant. 6.* Propitius sit nobis  
Deus : non est nobis utile re-  
linquere legem & justitias Dei,  
ut eamus alterâ viâ. 1. Mach. 2.

ÿ. In Deo faciemus virtū-  
tem : R. Et ipse ad nihilum de-  
ducet tribulantes nos. Ps. 59.

*Lectiones, ut in Proprio.*

R. iv. Absit à nobis, ut re-  
linquamus Dóminum, & ser-  
viámus diis aliénis : \* Dómi-  
no Deo nostro serviémus, &  
obedientes érimus præceptis  
ejus. ÿ. Etsi sunt qui dicantur  
dii, sive in cælo, sive in ter-  
ra; nobis tamen unus Deus :  
\* Dómino. Jos. 24. 1. Cor. 8.

R. v. Dóminus Deus aspí-  
ciet veritatem, & consolábi-  
tur in nobis. \* Pótius est ab ho-  
mínibus morti datos spem ex-  
pectare à Deo, iterùm ab ipso  
resuscitandos. ÿ. Sicut abun-  
dant passiónes Christi in nobis,  
ita & per Christum abundat  
consolatio nostra : \* Pótius  
est. 2. Mach. 7. 2. Cor. 1.

R. vj. Exhibeamus nosmet-  
ipsos sicut Dei ministros, in  
multa paciéntia, in tribulatió-  
nibus, \* In necessitatibus, in  
angústis, in plagis, in carcé-  
ribus. ÿ. Omnes qui placue-  
runt Deo, per multas tribula-

tiões transierunt fidèles, \* In.  
Glória. \* In. 2. Cor. 6. Jud. 8.

## IN III. NOCTURNO.

*Ant. 7. ç.* Ruent in gládjo,  
& in flamma, & in captivitate;  
ut consentur, & dealbentur  
usque ad tempus præfinicum.  
Dan. 11.

*Ant. 4. A.* Distenti sunt; non  
susipientes redemptiōnem,  
ut meliorem invenirent resur-  
rectiōnem. Hebr. 11.

*Ant. 8. c.* Ecce quomodo  
computati sunt inter filios  
Dei, & inter sanctos fors illó-  
rum est ! Sap. 5.

ÿ. Salus justórum à Dómi-  
no, R. Et protector eórum in  
témpe tribulatiōnis. Ps. 36.

*Evangelium & Homilia, ut  
in Proprio.*

R. vij. Ludibria & vérbera  
experti, insuper & vincula &  
cárceres, \* Lapidati sunt, secti  
sunt, tentati sunt, in occisió-  
ne gládii mórtui sunt. ÿ. Tra-  
diderunt cōpora sua, ne ser-  
virent, & ne adorarent om-  
nem Deum, excepto Deo suo.  
\* Lapidati sunt. Hebr. 11.  
Dan. 3.

R. viij. Vicérunt propter  
sanguinem Agni, & propter  
verbum testimónii sui, & non  
dixerunt animas suas usque  
ad mortem : \* Propterea læta-  
mini, cæli, & qui habitatis in  
eis. ÿ. Mōdico dolóre susten-  
tato, sub testamento æternæ  
vitæ effecti sunt : \* Propterea.  
Apo. 12. 2. Mach. 7.

R. ix. Antiquus diérum ju-  
diciū dedit sanctis Excelsi;  
\* Et † Regnum obtinuerunt  
sancti. ÿ. Per fidem operati  
sunt justitiam, adepti sunt re-  
promissiónes; \* Et. Glória.

† Regnum. *Dan. 7. Hebr. 11.*  
Te Deum.

## AD LAUDES.

*Ant.* **D**atum est bestię bel-  
8 G. lum facere cum san-  
ctis, & vincere eos. *Apoc. 13.*

*Ant. 7. d.* Elegérunt magis  
mori, & noluerunt infringere  
legem Dei sanctam; & truci-  
dati sunt. *1. Mach. 1.*

*Ant. 1. f.* Si coram homini-  
bus tormenta passi sunt, spes  
illórum immortalitate plena  
est. *Sap. 3.*

*Ant. 2. D.* In paucis vexati, in  
multis bene disponentur; quón-  
iam Deus tentavit eos, & in-  
venit illos dignos se. *Sap. 3.*

*Ant. 7. d.* Tanquam aurum in  
fornace probavit illos, & quasi  
holocausti hostiam accepit il-  
los; & in tempore erit respec-  
tus illórum. *Sap. 3.*

*Capitulum. Jac. 1.*

**O**Mne gaudium existimate,  
fratres mei, cum in ten-  
tationes varias incidéritis:  
scientes quod probatio fidei  
vestrę patientiam operatur;  
patientia autem opus perfec-  
tum habet.

*Hymnus.*

**Q**UAM, Christe, signasti  
viam

Primus, profuso sanguine,  
Per hanc tui te fortiter  
Ducem sequuntur milites.

Fossus manus, fossus pedes,  
Ovans ad astra transvolas;  
Et membra trunci Martyres  
Addunt triumpho se tuo.

OMNES in ostro splendidi  
Tuum tribunal ambiunt:  
Accepta monstrant vulnera,  
Et per tot ora supplicant.

AUDIRE si nos respuis,  
Quos criminum moles gravat:

Audi tuos, qui sanguinem  
Fudere pro te, Martyres.

FAC, si tyrannus deficit,  
Ne blandiendo mollius  
Frangat voluptas pectora,  
Ipsis tyrannis savior.

ÆTERNE tu Verbi Pater,  
Æterne Fili par Patri,  
Et par utriusque Spiritus,  
Tibi, Deus, sit gloria. Amen.

ψ. Eruet eos & liberabit eos  
Dominus, R. Quia speraverunt  
in eo. *Pf. 36.*

*Ad Benedictus. Ant. 1. D.*  
Beati qui persecutionem pa-  
tiuntur propter justitiam; quón-  
iam ipsórum est regnum cœ-  
lórurum. *Matth. 5.*

*Oratio.*

**D**Eus, invisibilis fortitudo  
certantium, adesto, qua-  
sumus, nobis supplicantibus,  
ut qui hodiernam die sanctorum  
Martyrum tuorum N. & N.  
gloriosum triumphum recoli-  
mus, eorum meritis & preci-  
bus contra spiritualia nequitię  
muniámur; Per.

*Alia Oratio.*

**O**Mnipotens, sempiternus  
Deus, qui in sanctorum  
tuorum cordibus flammam tuam  
dilectionis accendis: da men-  
tibus nostris eandem fidei ca-  
ritatisque virtutem; ut Marty-  
ris tui N. & sociórum, quo-  
rum gaudemus victóriis, pro-  
ficiámus exemplis; Per.

## AD PRIMAM.

*Ant.* Datum est bestię.

## AD TERTIAM.

*Ant.* Elegérunt.

*Capitulum. Sap. 3.*

**J**ustórum animę in manu  
Dei sunt, & non tanget illos  
tormentum mortis. Visi sunt  
oculis insipientium mori, &

æstimata est afflictio exitus illorum; & quod à nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace.

*Rz. br.* Custodit Dominus \* Animas sanctorum suorum. Custodit. *Ps.* De manu peccatoris liberabit \* Animas. Gloria. Custodit. *Pf.* 96.

*Ps.* Dominus loquetur pacem in plebem suam, *Rz.* Et super sanctos suos. *Pf.* 84.

#### AD SEXTAM.

*Ant.* Si coram hominibus.

*Capitulum.* 2. Cor. 4.

**Q**uod in præfenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternam gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt.

*Rz. br.* Probasti nos, Deus, \* Et eduxisti nos in refrigerium. Probasti. *Ps.* Igne nos examinasti sicut examinatur argentum, \* Et eduxisti. Gloria. Probasti. *Pf.* 65.

*Ps.* Latati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, *Rz.* Annis quibus vidimus mala. *Pf.* 89.

#### AD NONAM.

*Ant.* Tanquam aurum.

*Capitulum.* Isaia. 9.

**L**ætabuntur coram te, sicut qui latantur in messe, sicut exultant victores captâ prædâ, quando dividunt spolia.

*Rz. br.* Qui seminant in lacrymis, \* In exultatione metent. Qui. *Ps.* Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua; \* In exultatione. Gloria

Patri. Qui seminant.

*Ps.* Venientes venient cum exultatione, *Rz.* Portantes manipulos suos. *Pf.* 125.

#### AD II. VESPERAS.

*Ant.* **V**idi animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant. *Apoc.* cap. 6.

*Ant.* 4. *D.* Stabant ante thronum in conspectu Agni, & palmæ in manibus eorum. *Apoc.* 7.

*Ant.* 8. *G.* Venérunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas & dealbaverunt eas in sanguine Agni. *Apoc.* 7.

*Ant.* 1. *f.* Ante thronum Dei sunt, & serviunt ei die ac nocte in templo ejus; & qui sedet in throno, habitabit super illos. *Apoc.* 7.

*Ant.* 3. *a.* Non esurient, neque super amplius; nec cadet super illos sol, neque ullus æstus. *Apoc.* 7.

*Capitulum.* *Apoc.* 21.

**A**bsterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; & mors ultra non erit: neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt.

*Hymnus,* CHRISTI Martyribus. *ut in I. Vesperis,* xij.

*Ps.* In æternum exultabunt, *Rz.* Et habitabis in eis. *Pf.* 5.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 8. *G.* Datae sunt illis singulae stolæ albæ; & dictum est illis ut requiescerent, donec compleantur conservi eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. *Apoc.* 6.

*Oratio,* *ut supra ad Laudes,* nisi sit propria.

COMMUNE

## COMMUNE SANCTORUM PONTIFICUM.

## IN I. VESPERIS.

*Ant.* **D**abo vobis Pastores  
i. f. **D**juxta cor meum,  
& pascet vos scientiâ & doctrinâ. *Jer.* 3.

*Ant.* 2. **D.** Pópulum meum  
docébunt quid sit inter sanctum  
& pollútum, & inter mundum  
& immundum ostendent  
eis. *Ezech.* 44.

*Ant.* 3. **g.** Cùm fuerit contro-  
vèrsia, stabunt in judiciis  
meis, & judicábunt. *Ezech.* 44.

*Ant.* 4. **E.** Holocauſta cor-  
rú, & victimæ eorú placébunt  
mihi super altári meo. *Is.* 56.

*Ant.* 5. **a.** Invocabunt no-  
men meum super filios Israel,  
& ego benedicam eis. *Num.* 6.

*Capitulum.* Heb. 5.

**O**mnis Póntifex ex homi-  
nibus assumptus, pro  
hominibus constituitur in iis  
quæ sunt ad Deum, ut offerat  
dona & sacrificia pro peccátis.  
Nec quisquam sumit sibi ho-  
norem, sed qui vocátur à Deo  
tanquam Aaron.

*In Dupl.* 1. *ordinis, & supra.*

**R.** Locútus es sanctis tuis,  
Dómine, & dixisti: Inveni  
servum meum, \* Oleo sancto  
meo unxi eum: † Manus mea  
auxiliábitur ei. **R.** Huic Deus  
testimónium pérhibens, dixit:  
Inveni virum secundum cor  
meum: \* Oleo. Glória Patri.  
† Manus. *Pf.* 88. *Act.* 13.

*Hymnus.*

**C**HRISTE, Pastórum ca-  
put atque princeps,  
Præſulis festam veneráta  
lucem,

*Br. Mir. Pars Æstiva.*

Débitis supplex tua templa  
votis

Turba frequentat.

**ILLE** non vano tenuit tremen-  
dam

Spiritu sedem, próprio nec  
aufu:

Sed sacrum jussus, Dómino  
vocante,  
Sumpſit honórem.

**STRENUM** bello púgilem su-  
perni

Chrismatis pleno tuus unxit  
intus

Spiritus cornu, posuitque  
sanctam

Páscere gentem.

**FIT** gregis pastor, pater atque  
forma:

Lætus impendit sua, seque  
servus

Omnium, curis gravis;  
omnibusque

Omnia factus.

**PRO** reis orat, réficit gemen-  
tes,

Erigit lapsos, tenebrasque  
pellit;

Fit potens verbo, docet al-  
ta, pravum

Cónterit hostem.

**FAC** ut illius précibus juvé-  
mur,

Christe; fac Patrem, pari-  
terque tecum

Spiritus jugi celebrémus  
hymno

Omne per ævum. Amen!

**Ÿ.** Beátus quem elegisti &  
assumpſisti: **R.** Inhabitábit in  
átriis tuis. *Pf.* 64.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 4. **E.**  
Elégit ipsum Dóminus ab

*b*

omni vivente offerre sacrificium Deo, incensum & bonum odorem pro populo suo. *Eccli. 45.*

*Oratio, ut infra ad Laudes, nisi sit propria.*

[ *In Solemnibus ad Completorium super Psalmos. Ant. 3. a. Die noctuque fugiebat somnus ab oculis meis pro gregibus tuis, Domine. Gen. 31.* ]

AD OFFICIUM NOCT.

*Invit.* Christum Pastorum principem, \* Venite, adoremus. *1. Petr. 5.*

*Pf. 94. Venite. 2.*

*Hymnus.*

**C**HRISTE, decreto Patris institutus

Pontifex summo, tibi, qui fideles

Quos legis, formas populis regendis

Ipse ministros.

HUNE juvat festo celebrare cantu,

Qui licet magnis meritis abundans,

Flens & invitatus, duce te, tremendum

Sumpsit honorem.

NOVERAT quantis pateat periculis

Ille, qui summos apices adeptus,

Omnium curas, sibi raptus uni,

Sultinet omnes.

FECERAT fervens amor inquietum:

Quo gregis cari pia cura poscit,

Advolat promptus: mora non euntem

Ulla retardat.

DUX iter, vitam praeunte, monstrat;

Comprobat factis sua dicta magnis;

Et domum sanctam bene olente Christi

Implet odore.

LUX erat caeco, columen labanti,

Una spes lapsos, misero levamen,

Providus cunctis pater, omnibusque

Omnia factus.

CHRISTE, Pastorum bonus ipse Pastor,

Qui greges pascis proprio cruore,

Fac ut aeternae subeant optima Pasqua vitae. Amen.

IN I. NOCTURNO.

*Ant. 2. D. Vocavit eum Dominus, & ait: Vidi afflictionem populi mei: veni, & mittam te, ut educas populum meum. Exod. 3.*

*Ant. 1. g. Dixit ad Deum: Quis sum ego, ut vadam & educam filios Israel? Qui dixit ei: Ego ero tecum. Exod. 3.*

*Ant. 8. G. Perge igitur & ego ero in ore tuo: tu autem eris in his quae ad Deum pertinent. Exod. 4.*

*Ps. Posui adjutorium in potente, &c. Et exaltavi electum de plebe mea. Ps. 88.*

*Lectiones de Script. occurr.*

*R. j. Rectorem te posuerunt? noli extolli: \* Esto in illis quasi unus ex ipsis; curam illorum habe. Ps. Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus, & omnium minister: \* Esto. Eccli. 32. Marc. 9.*

*R. ij. Speculatorem dedi te domui Israel: \* Audiens ergo*

ex ore meo sermónem, annuntiábis eis ex me. *Ÿ.* In mente habe quáliter accéperis, & audiéris, & serua: \* Audiens. *Ezech. 33. Apoc. 3.*

*R. iij.* Accéde ad altáre, & immola pro peccáto tuo: \* Offer holocaustum, & † Deprecáre pro te & pro pópulo. *Ÿ.* Debet Póntifex quemadmodum pro pópulo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccáto: \* Offer. Glória Patri. † Deprecáre. *Levitic. 9. Hebr. 5.*

### IN II. NOCTURNO.

*Ant. 5. a.* In lege Dómini congregatióem iudicávit, & in fide sua probatus est prophéta; & cónitus est in verbis suis fidélis. *Eccli. 46.*

*Ant. 3. a.* Dedit illis legem, ne obliviscerentur præcepta Dómini, & ut non exerrarent mentibus; & hortabátur ne legem amoverent à corde suo. *2. Mach. 2.*

*Ant. 8. c.* Invocávit Dóminum omnipotentem in oppugnando hostes circumstantes úndique, in oblatiône Agni invioláti. *Eccli. 46.*

*Ÿ.* Invocabant Dóminum sacerdotes ejus; *R.* Ipse exaudiebat eos, & loquebátur ad eos. *Pf. 98.*

#### *Lectiões, ut in Proprio.*

*R. iv.* Hic erat edoctus viam Dómini, \* Et fervens spiritu loquebátur ea quæ sunt Jesu. *Ÿ.* Unxit illum óleo sancto, & dedit illi Dóminus in præceptis suis potestátem docére Jacob testimónia, & in lege suâ lucem dare Israel: \* Et fervens. *Act. 13. Eccli. 45.*

*R. v.* Lex veritátis fuit in ore ejus, & iniquitas non est inventa in lábiis ejus: in pace & in æquitáte ambulávit, \* Et multos avertit ab iniquitáte. *Ÿ.* Hortabátur omnes in propósito cordis permanére in Dómino: quia erat vir bonus & plenus Spiritu sancto. \* Et multos. *Malach. 2. Act. 11.*

*R. vij.* Obtulit holocaustum Dómino: & \* Clamávit ad Dóminum pro Israel, & exaudivit eum Dóminus. *Ÿ.* Plúrimam hóstiám obtulit Deo, per quam testimónium consecúsus est esse justus, testimónium perhibente munéribus ejus Deo. \* Clamávit. Glória. \* Clamávit. *1. Reg. 7. Hebr. 11.*

### IN III. NOCTURNO.

*Ant. 4. A.* In omni ópere dedit confessiόem Sancto & Excelso in verbo glóriæ. *Eccli. 47.*

*Ant. 7. d.* Erogávit pecúnias multas: justitiam & fidem conservávit genti suæ; & exquisivit omni modo exaltáre pópulum suum. *1. Mach. 14.*

*Ant. 1. a.* Non recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatióem. *Eccli. 39.*

*Ÿ.* Justitia ejus manet in séculum séculi: *R.* Cornu ejus exaltábitur in glória. *Pf. 111.*

#### *Evangelium & Homilia, ut in Proprio.*

*R. vij.* Quis est fidélis servus & prudens, quem constituit dóminus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tēpore? \* Beátus ille servus, quem cum vénerit dóni-

nus ejus, invenerit sic facientem. *Ps.* A domino suo prepositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum: \* Beatus. *Matth.* 24. *Genes.* 39.

*R.* viij. Sacerdos magnus in vita sua suffulsit domum, & corroboravit templum: \* Curavit gentem suam, & liberavit eam a perditione, adeptus est gloriam in conversatione gentis. *Ps.* Exemplum fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide. \* Curavit gentem. *Eccli.* 50. 1. *Tim.* 4.

*R.* ix. Euge, serve bone & fidelis; quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constitutam: \* Intra in gaudium domini tui. *Ps.* Super populum meum constitui te: sapientia & scientia data sunt tibi; & gloriam dabo tibi. \* Intra. Gloria. \* Intra. *Matth.* 25. 2. *Paral.* 1.

Te Deum.

A D L A U D E S.

*Ant.* 7. a. **Q**ui intrat per ostium, pastor est ovium: huic ostiarius aperit; & oves vocem ejus audiunt. *Joan.* 10.

*Ant.* 2. D. Proprias oves vocat nominatim, & educit eas, & ante eas vadit. *Joan.* 10.

*Ant.* 7. d. Oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus: alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo. *Joan.* 10.

*Ant.* 6. Si perdidit unam ex illis, vadit ad illam donec inveniat eam; & cum invenerit, imponit in humeros suos gaudens. *Luc.* 15.

*Ant.* 8. G. Fur venit ut perdat; mercenarius videt lupum, & fugit: bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. *Joan.* 10.

*Capitulum.* Tit. 1.

**O**portet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem; hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem cum, qui secundum doctrinam est, fidem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrinam sanam, & eos qui contradicunt, arguere.

*Hymnus.*

**J**esu, Sacerdotum decus,  
In hac die, quam gloriam  
Sanctum coronas Præfulem,  
Votis adesto supplicum.

Sui probatus præmium  
Amoris, & pignus tui,  
A Patre traditos tibi  
Accipit agnos pascere.

Hos novit, & præit vocans  
In tuta quemque pascua,  
Victumque præbet: audiunt,  
Sequuntur, & vivunt oves.

QUAM sentit errantem jugis,  
Hanc nocte quærit ac die;  
Et gaudet inventam suo  
Portans ovili reddere.

ARCET frementes bestias,  
Lupi retundit impetus,  
Dolosque fallit, vel mori  
Caro paratus pro grege.

OFFERT frequentem victimam  
Cum plebe Pastor innocens;  
Secumque devotum gregem  
Pius Sacerdos immolat.

SUPREME Christe Pontifex,  
Jugis tibi sit gloria  
Cum Patre, cumque Spiritu,  
In sempiterna sæcula. Amen.

Ÿ. Elégit Dóminus servum suum, R. Páscere hæreditatem suam. *Pf.* 77.

*Ad Benedictus. Ant.* 1. D. Ego sum óstium: per me si quis introierit, salvabitur, & ingrediétur, & egrediétur, & páscua invéniet. *Joan.* 10.

*Oratio.*

**D**EUS, qui pópulis tuis indulgéntiã cónsulis, & amore domináris, qui que illis regendis vicários caritátis tuæ præficias ministros: da, quæsumus, intercedente beáto N. Pontifice, Spíritum sapiéntiæ, quibus præesse dedisti Ecclésiæ tuæ; ut de profectu sanctárum óvium fiant gáudia æterna Pastórum; Per Dóminum. . . . in unitate ejusdem Spíritus, &c.

*Alia Oratio.*

**D**EUS, fidélium lumen & Pastor animárum, qui beátum N. Episcopum in Ecclésia posuisti, ut oves tuas verbo pásceret, & informáret exemplo: da nobis ejus intercessióne, & fidem serváre quã dócuit, & viam seq̄ui quam exemplo monstrávit; Per.

AD PRIMAM.

*Ant.* Qui intrat per óstium.

AD TERTIAM.

*Ant.* Próprias oves.

*Capitulum.* *Prov.* 27.

**D**iligenter agnosce vultú pecóris tui, tuosque greges considera; non enim habébis júgiter potestatem; sed coróna tribuétur in generatióne & generatióne.

R. br. Deus protector meus, \* In ipso sperávi. Deus. Ÿ. Qui subdit \* pópulum meum sub me. \* In ipso. Glória Pa-

tri. Deus. *Pf.* 143.

Ÿ. Nisi Dóminus custodié- rit civitatem; R. Frustrá vigi- lat qui custódit eam. *Pf.* 126.

AD SEXTAM.

*Ant.* Oves.

*Capitulum.* 1. *Petr.* 5.

**P**áscite qui in vobis est gre- gem Dei, providentes non coactè, sed spontáneè secun- dum Deum; neque turpis lucrí grátiã, sed voluntáriè; neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex ánimo.

R. br. Deduxit eos \* In viam rectam. Deduxit. Ÿ. Ut irent \* In civitatem habitati- ónis, \* In viam. Glória Patri. Deduxit. *Pf.* 106.

Ÿ. Abstulit sicut oves pópulum suum, R. Et deduxit eos in spe. *Pf.* 77.

AD NONAM.

*Ant.* Fur venit.

*Capitulum.* *Act.* 20.

**A**téndite vobis, & uni- verso gregi in quo vos Spíritus sanctus posuit Episco- pos régere Ecclésiã Dei, quam acquisivit sanguíne suo.

R. br. Pavit eos \* In inno- cência cordis sui. Pavit eos. Ÿ. Et in intelléctibus mánuum suárum \* deduxit eos, \* In innocência. Glória. Pavit eos. *Pf.* 77.

Ÿ. Nos pópulus tuus & oves páscuæ tuæ, R. Confitébitur tibi in séculum. *Pf.* 78.

AD II. VESPERAS.

*Ant.* Ecclésiæ factus sum 3. a. **E**go minister secun- dum dispensatióne Dei, quæ data est mihi in vos, ut im- pleam verbum Dei. *Coloss.* 1.

*Ant.* 4. E. Scitis quómodo nihil subtráxerim utilium,

quóminis annuntiárem vobis, & docérem vos públicè, & per domos. *Act.* 20.

*Ant.* 1. D. Mundus sum à sanguine ómnium; non enim subterfugi quóminis annuntiárem omne consílium Dei vobis. *Act.* 20.

*Ant.* 8. G. Nihil véreor, nec fácio ánimam meam pretiosíorem quàm me, dúmmodo consummem cursum meú, & ministérium verbi quod acépi à Dómino Jesu. *Act.* 20.

*Ant.* 7. 5. Absit à me hoc peccátum in Dóminum, ut cessém oráre pro vobis; & docébo vos viam bonam & rectam. 1. *Reg.* 12.

*Capitulum.* *Act.* 20.

**N**ócte & die non celsávi, cum lácrymis monens

unumquemque vestrúm: & nunc commendo vos Deo, & verbo grátiae ipsíus, qui potens est ædificáre, & dare hæreditátem in sanctificátis ómnibus.

*Hymnus*, *Christe*, *Pastorum.* *ut in 1. Vesperis.*

ψ. Salvum fecit Dóminus Christum suum: R. Exáudiet illum de cælo sancto suo. *Pf.* 19.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 5. C. Státuit ei Dóminus testaméntum æternum; dedit illi sacerdotíum gentis, & beatificávit illum in glória. *Eccli.* 45.

*Oratio*, *ut supra in Laudibus*, *nisi sit propria.*

## COMMUNE SS. DOCTORUM.

### INI. VESPERIS.

*Ant.* 4. E. **A** Deo profecta est sapiéntia: & in ore fidéli abundábit; & Dominátor dabit eam illi. *Eccli.* 15.

*Ant.* 5. a. Denudábit absconsa sua illi, & thesaurizábit super illum sciéntiam & intellectum justitiæ. *Eccli.* 4.

*Ant.* 3. a. Cibábit illum Deus pane vitæ & intellectús, & aquá sapiéntiæ salutáris potábit. *Eccli.* 15.

*Ant.* 8. G. Firmábitur in illo, & non flectétur; & conrinébit illum, & non confundétur; & exaltábit illum apud próximos suos. *Eccli.* 15.

*Ant.* 1. D. Stólá glóriæ véficiet illum; & nómine æterno

hæreditábit illum. *Eccli.* 15.

*Capitulum.* *Eccli.* 37.

**V**ir sapiens plebem suam érudit, & fructus sensús illíus fidéles sunt. Vir sapiens implébitur benedictiónibus, & videntes illum laudábunt. Sapiens in pópulo hæreditábit honórem, & nomen illius erit vivens in æternum.

*In Dupl.* 1. *ordinis & supra.*

R. Dóminus dat sapiéntiam sapiéntibus, & sciéntiam intelligéntibus disciplinam: \* Ipse revélat profunda & abscondita, & † Lux cum eo est. ψ. Spíritus ómnia scrutátur, étiam profunda Dei: \* Ipse. Glória Patri. †. Lux. *Dan.* 2. 1. *Cor.* 2.

## Hymnus.

**O** QUI perpétuus nos mō-  
nitor doces,  
Vox æterna Patris, Christe,  
Vicarios  
Doctōres, patrias cum ré-  
meas domos,  
Nobis quàm bene sūppetis!  
Hi semper vigilant, ne quid  
adulterum  
Corrumpat fidei virgineum  
decus:  
Lædi vel léviter non pāti-  
tur fides,  
His custōdibus íntegra.  
**INFAMES** ábolent relliquias  
deũm:  
Errōres ábigunt, crimina  
dédocent:  
Christo restituant, quos  
malè crédulos  
Mendax lúserat hæresis.  
**PATRUM** canitiem, tot vene-  
rábiles  
Rugas objíciunt, unde nitet  
fides:  
Quæ sunt prisca, docent,  
quæ nova subruunt:  
Servant depósitum Dei.  
**SIT** supréma tibi glória, Vé-  
ritas,  
Quæ per scripta Patrum  
quando foris sonas,  
Nullo vocis egens, corda  
doces, sono,  
Et te méntibus ínferis. Am.  
V. Beátus homo quem tu  
erudieris, Dómine, R. Et de  
lége tua docueris eum. *Pf. 93.*  
*Ad Magnificat. Ant. 7. G.*  
Beátus qui excógitat vias sa-  
piéntiæ in corde suo, vadens  
post illam quasi investigátor:  
protegétur sub tégmene illius  
a fervóre, & in glória ejus re-  
quiescet. *Eccli. 14.*  
*Oratio, ut infra ad Landes.*

[ *In Solemnibus, ad Com-  
pletorium super Psalmos Ant.*

6. Qui vigiláverit propter sa-  
piéntiam; citò securus erit;  
quóniam dignos se ipsa circuit  
quærens, & in viis ostendit se  
illis hiláriter. *Sap. 6.* ]

## AD OFFICIUM NOCT.

*Invitat.* Fontem sapiéntiæ  
Dóminum, \* Veníte, adoré-  
mus. *Eccli. 1.*

*Pf. 94.* Veníte. 2.

## Hymnus.

**J**AM nunc, quæ número-  
sas tibi víndices,  
Effer sidereum, Relligio,  
caput:  
Quot sunt mota tibi prælia,  
nóbiles

Tot nectis tibi láureas.  
**CUM** per mille neces impietas  
furit,

Oppónis válido pectore  
Mártýres:  
Cum per mille dolos déci-  
pit hæresis,  
Doctōres tibi súscitas.

**QUANDO** sparsa lues úndique  
críminum,

Hi gliscens vítium prótinus  
ámputant:

Quando plúrima nox mén-  
tibus incubat,

Hi plenum révehunt diem.  
**FIRMANT** instábiles, & dú-  
bios regunt:

Monstrant tuta procul lí-  
tora náufragis:

Nobis, qui vehimur cæca  
per æquora,

Lucent perpétuæ faces.  
**QUÆ** dixere tuis cónsona sèn-  
sibus,

Nostris illa, Deus, córdi-  
bus imprimas:

Quos terris cólimus, quos  
séquimur duces,

*b. iv*

Fac nos moribus assequi.  
 SIT suprema tibi gloria, Vé-  
 ritas,  
 Quæ per scripta Patrum,  
 quando foris sonas,  
 Nullo vocis egens, corda  
 doces, sono,  
 Et te mentibus inseris.  
 Amen.

## IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Sapientia non est  
 multis manifesta; quibus au-  
 tem cognita est, permanet us-  
 que ad conspectum Dei. *Eccli. 6.*

Ant. 4. E. Os prudentis  
 queritur in Ecclesia, & verba  
 illius cogitabunt in cordibus  
 suis. *Eccli. 21.*

Ant. 5. a. Scientia sapien-  
 tis tanquam inundatio abun-  
 dabit, & consilium illius sicut  
 fons vitæ permanet. *Eccli. 21.*

Ps. Os iusti meditabitur sa-  
 pientiam, R. Et lingua ejus  
 loquetur iudicium. *Pf. 36.*

*Lectioes de Scriptura occur-  
 rente.*

R. j. In medio Ecclesie  
 aperiet Dominus os ejus, \*  
 Et adimplebit illum spiritu  
 sapientie & intellectus. Ps. Si  
 quis indiget sapientia, postu-  
 let a Deo, qui dat omnibus  
 affluenter, & non improperat.  
 \* Et adimplebit. *Eccli. 15.*  
*Jac. 1.*

R. ij. Ipse tanquam imbres  
 mittet eloquia sapientie sue:  
 \* Ipse palam faciet discipli-  
 nam doctrine sue, & in lege  
 testamenti Domini gloriabi-  
 tur. Ps. Multos filiorum Israel  
 convertet ad Dominum Deum  
 ipsorum. \* Ipse. *Eccli. 39.*  
*Luc. 1.*

R. iij. Omnis scriba doctus  
 in regno celorum \* Similis

est homini patrifamilias qui  
 Profert de thesauro suo nova  
 & vetera. Ps. In corde pruden-  
 tis requiescit sapientia, & in-  
 doctos quosque erudiet. \* Si-  
 milis. Gloria Patri. † Profert.  
*Matth. 13. Prov. 14.*

## IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Ecce dedi verba  
 mea in ore tuo: ecce consti-  
 tui te ut evellas, & destruas,  
 & disperdas, & ædifices, &  
 plantes. *Jerem. 1.*

Ant. 8. G. Ne retineas  
 verbum in tempore salutis:  
 in lingua enim sapientia di-  
 gnoscitur; & sensus, & scien-  
 tia, & doctrina in verbo sen-  
 sati. *Eccli. 4.*

Ant. 2. D. Depositem custo-  
 di, devitans profanas vocum  
 novitates, & oppositiones falli  
 nominis scientia. *1. Tim. 6.*

Ps. Deus, docuisti me à ju-  
 ventute mea: R. Pronuntia-  
 bo mirabilia tua. *Pf. 70.*

*Lectioes, ut in Proprio.*

R. iv. Qui habet sermonem  
 meum, loquatur sermonem  
 meum verè. \* Numquid non  
 verba mea sunt quasi ignis,  
 & quasi malleus conterens pe-  
 tram? Ps. Si quis voluerit vo-  
 luntatem facere ejus qui misit  
 me, cognoscet de doctrina;  
 utrum ex Deo sit. \* Numquid,  
*Jerem. 23. Joan. 7.*

R. v. Confortare in gratia  
 quæ est in Christo Jesu, & \*  
 Quæ audisti, hæc commenda  
 fidelibus hominibus qui idò-  
 nei erunt & alios docere.  
 Ps. Eruditus es in juventute  
 tua; & impetus es quasi fru-  
 men, sapientia. \* Quæ audisti.  
*2. Tim. 2. Eccli. 47.*

R. vj. Dabo te, dicit Dò-

minus, in murum æreum, fortem: \* Et bellabunt adversum te, & † Non prævalébunt; quia ego tecum sum. *ψ.* Exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se: \* Et bellabunt. Glória Patri † Non. *Jerem. 15. Act. 26.*

## IN III. NOCTURNO.

*Ant. 4. D.* Propósi sapiéntiam addúcere mihi ad convivendum; sciens quóniam mecum comunicábit de bonis. *Sap. 8.*

*Ant. 7. d.* Quæsi sapiéntiam palám in oratióne mea; & effloruit tanquam præcox uva. *Eccli. 51.*

*Ant. 1. f.* Inventi sunt sermónes tui, Dómine; & comédi eos: & factum est mihi verbum tuum in lætitiám cordis mei. *Jerem. 15.*

*ψ.* Scrutabor legem tuam, Dómine, \* Et custodiam illá in toto corde meo. *Pf. 118.*

*Evangelium & Homilia, ut in Proprio.*

*R. vij.* Super salutem & spéciem dilexi sapiéntiam: \* Et propósi pro luce habére illam: venerunt autem mihi ómnia bona pariter cum illa.

*ψ.* Quæ desurfum est sapiéntia, pudica est, pacífica, plena misericórdiá & frúctibus bonis; \* Et propósi. *Sap. 7. Jac. 3.*

*R. viij.* Oprávi, & datus est mihi sensus; & invocávi, & venit in me Spíritus sapiéntiæ: & propósi illam regnis & sedibus, \* Et divitias nihil esse duxi in comparatióne illius. *ψ.* Existimo ómnia detrimentum esse propter emi-

nentem sciéntiam Jesu Christi Dómini mei; \* Et divitias. *Sap. 1. Philp. 3.*

*R. ix.* Sapiéntia bonórum ómnium mater est; quam sine fictiÓne didici, & sine invidia commúnico: infinitus enim thesaurus est; \* Quo qui usi sunt, † Participes facti sunt amicitiae Dei. *ψ.* Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum; \* Quo qui usi sunt. Glória Patri. † Participes. *Sap. 7. Luc. 6.*

Te Deum.

## AD LAUDES.

*Ant. 2. D.* Dóminus dedit mihi linguam eruditam; ut sciam sustentare eum qui lassus est, verbo. *Is. 50.*

*Ant. 6.* Sermo meus non in persuasibilibus humanæ sapiéntiæ verbis; sed in ostensiÓne Spíritus, & virtutis. *1. Cor. 2.*

*Ant. 3. g.* Auxilio adjútos Dei sto, testificans minóri atque majóri, nihil extra dicens quam ea quæ Prophétæ locuti sunt. *Act. 26.*

*Ant. 4. A.* Non judicávi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. *1. Cor. 2.*

*Ant. 5. a.* Si nóverim mystéria ómnia, & omnem sciéntiam; caritatem autem non habúero, nihil sum. *1. Cor. 13.*

## Capitulum. Sap. 7.

**M**ihi dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum quæ mihi dantur; quóniam ipse sapiéntiæ dux est, & sapiéntium emendátor: in manu enim illius & nos, & sermónes nostri,

& omnis sapientia, & operum  
scientia & disciplina.

*Hymnus.*

**V**os succensa Deo splen-  
dida lumina :

Vos sal, nos homines quo  
sapimus Deum ;

Ævum, puri animo, mó-  
ribus integri,

Quo condimur in alterum.

PER vos Religio, tutaque  
Veritas,

Per vos virginis fulget ho-  
noribus :

Per vos Christus amat pán-  
dere divites

Thesauros sapientia.

VESTRIS unda fluit pura ca-  
nalibus ;

Christi floret ager ; munda  
nitet seges :

Lac aptum pueris, & sólí-  
dum viris

Cauti sufficitis cibum.

Hi sunt, summe Deus, qui  
tibi militant ;

Hi sunt, qui stables ædí-  
ficant domos :

Unâ docta cohors arma te-  
net manu,

Muros construit alterâ.

VICISTIS stygias vos quibus  
hæreses,

Hæc nos accipimus tela su-  
pèrstites :

His pugnamus adhuc, nec  
dúbio exitu ;

His armis quoque vincí-  
mus.

SIT supræma tibi glória, Vé-  
ritas,

Quæ per scripta Patrum,  
quando foris sonas,

Nulla vocis egens, corda  
doces, sono,

Et te mentibus inseris.

Amen.

ψ. Annuntiavi justitiam  
tuam in ecclesia magna ; R.  
Ecce labia mea non prohi-  
bebo : Domine, tu scisti. Pf.  
39.

*Ad Benedictus. Ant. I. D.*  
Sapientia & fortitudo Domini  
sunt : tibi, Deus, confiteor,  
teque laudo ; quia sapientiam  
& fortitudinem dedisti mihi.  
*Dan. II.*

*Oratio.*

**O**Mnipotens, æterne Deus,  
qui Ecclesie tuæ filios,  
sicut non cessas erudire, ita  
non desinis adjuvare : da fideli-  
bus tuis intercessione beati  
N. quem eis æternæ salutis  
ministrum tribuisti, ut, te  
miserante, scientiam recta  
faciendi, & virtutem capiant  
exequendi ; Per.

*Alia Oratio.*

**E**Xcita, Domine, in Ec-  
clesia tua Spiritum, quo  
beatus N. servavit ; ut eodem  
nos replente, studeamus amare  
quod amavit, & opere exerce-  
re quod docuit ; Per... in  
unitate ejusdem Spiritus.

A D P R I M A M.

*Ant.* Dominus.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Sermo meus.

*Capitulum. I. Cor. 12.*

**U**Nicuique datur manife-  
statio Spiritus ad utilita-  
tem : alii quidem per Spiri-  
tum datur sermo sapientia :  
alii autem sermo scientia se-  
cundum eundem Spiritum.

R. br. Da mihi intellectum,  
\* Et scrutabor legem tuam.  
Da mihi. ψ. Statue servo tuo  
elocuium tuum, Domine, \*  
Et. Glória Patri. Da mihi.  
Pf. 118.

Ÿ. Os meum loquetur sapientiam, *R.* Et meditatio cordis mei prudentiam. *Pf.* 48.

A D S E X T A M.

*Ant.* Auxilio.

*Capitulum.* 1. Tim. 6.

**S**I quis aliter docet, & non sacquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens.

*R. br.* Viam veritatis elegeris, \*Judicia tua non sum oblitus. Viam. Ÿ. Adhæsi testimoniis tuis, Domine, \*Judicia. Glória Patri. Viam.

Ÿ. A judiciis tuis non declinavi; *R.* Quia tu legem posuisti mihi. *Pf.* 118.

A D N O N A M.

*Ant.* Si noverim.

*Capitulum.* 1. Tim. 1.

**F**inis præcepti est caritas de corde puro, & conscientiâ bonâ, & fide non fictâ: à quibus quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

*R. br.* Veritatem tuam \* Et salutare tuum dixi. Veritatem. Ÿ. Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam; \* Et salutare. Glória Patri. Veritatem. *Pf.* 39.

Ÿ. Pronuntiavi omnia judicia oris tui: *R.* In via testimoniorum tuorum delectatus sum. *Pf.* 118.

A D II. VESPERAS.

*Ant.* **F**uit gratus Deo, eruditus omni sapien-

tiâ; & erat potens in verbis & in operibus suis. *Act.* 7.

*Ant.* 5. C. Juxta manum Dei sui bonam super se, paravit cor suum, ut investigaret legem Domini, & faceret, & doceret. 1. *Esd.* 7.

*Ant.* 8. c. Postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis & Prophetarum, voluit & ipse scribere quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent. *Prolog.* *Eccli.*

*Ant.* 3. a. Cum esset sapientissimus, docuit populum; quæsivit verba utilia, & conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos. *Eccles.* 12.

*Ant.* 7. a. Collaudabant multi sapientiam ejus, & usque in seculum non delebitur. *Eccli.* 39.

*Capitulum.* *Eccli.* 39.

**N**on recedet memoria ejus, & nomen ejus requiratur à generatione in generationem; sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem ejus enuntiabit Ecclesia.

*Hymnus.* O qui perpetuus. *ut in I. Vesperis.*

Ÿ. Beatus vir qui disponet sermones suos in judicio: *R.* In æternum non commovebitur. *Pf.* III.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 6. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. *Dan.* 12.

*Oratio, ut supra ad Laudes, nisi sit propria.*

## COMMUNE SS. PRESBYTERORUM.

## IN I. VESPERIS.

*Ant.* 3. a. **S**uscitábo mihi Sa-  
cerdótem fidélem ,  
qui juxta cor meum & ánimá  
meam faciet. 1. *Reg.* 2.

*Ant.* 2. **D.** Ædificábo ei  
domum fidélem ; & ambulá-  
bit coram Christo meo cun-  
ctis diébus. 1. *Reg.* 2.

*Ant.* 8. c. **E**cce do ei pa-  
cem fœderis mei , & erit ipsi  
pactum sacerdotií sempiter-  
num. *Num.* 25.

*Ant.* 1. **D.** Lábia Sacerdó-  
tis custódiunt sciéntiam , &  
legem requirent ex ore ejus.  
*Malach.* 2.

*Ant.* 7. d. **A**périet os suum ,  
& in oratione confitébitur  
Dómino ; & ipse diriget con-  
siliúm ejus & disciplinam.  
*Eccli.* 39.

*Capitulum.* *Num.* 16.

**N**otum faciet Dóminus  
qui ad se pertineant , &  
sanctos applicábit sibi , &  
quos elégerit appropinquá-  
bunt ei.

*In Duplicibus* 1. *ordinis* ,  
& *supra*.

**R.** Sacerdótes qui custodié-  
runt cæremónias sanctuárii  
mei , qui ingrediéntur sanctu-  
árium meum. Et \* ipsi accé-  
dent ad mensam meam , ut  
ministrent mihi. **V.** Hi pro-  
bentur primúm , & sic mi-  
nistrent , nullum crimen ha-  
bentes. \* **Ipsi.** Glória. \* **Ipsi.**  
*Ezech.* 44. 1. *Tim.* 3

*Hymnus.*

**J**AM satis fluxit cruor hos-  
tiárum ,

Prístinæ cessent holocausta  
legis ;

Christe , quos formas me-  
lióra libant

Sacra ministri.

**P**INGUE libámen novus & Sa-  
cerdos ,

Orbe jam toto Deus im-  
moláture ;

Se subens aris litat incruen-  
to

Fúnere Christus.

**T**ALE nil priscis Pátribus stri-  
bútum :

Angelis nusquam data par  
potestas ;

Per Sacerdótes Deus ipse  
jugem

Se dat in escam.

**F**AC , Sacerdótes tua sacra  
tractent

Péctore intégro manibusque  
puris ,

Christe , fac ardor facer ut  
ministros

Applicet aris.

**L**UMINIS splendor , Patris una  
proles ,

Christe , te pronus veneré-  
tur orbis ,

Qui Sacerdótes per amóris  
almi

Flamen inungis. Amen.

**V.** Sacerdótes tui induantur  
justitiam , **R.** Et Sancti tui  
exultent. *Pf.* 131.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 6. De  
Sacerdóribus non interibit vit  
à facie meá , qui offerat holo-  
cautómata , & incendat sacri-  
ficiúm. *Jer.* 33.

*Oratio , ut infra ad Laudes.*  
[ *In Solemnibus , ad Com-*

pletorium super Psalmos Ant.  
2. D. Qui statis in domo Domini, in noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum. *Psal.* 133.]

## AD OFFICIUM NOCT.

*Invit.* Sacerdotem in æternum Jesum Christum, \* Venite, adoramus. *Hebr.* 5.

*Pf.* 94. Venite. 2.

*Hymnus.* Jam satis fluxit, ut in I. *Vesperis.*

## IN I. NOCTURNO.

*Ant.* 8. G. Designavit Dominus septuaginta duos, & misit illos ante faciem suam in omnem civitatem & locum, quò erat ipse venturus. *Luc.* 10.

*Ant.* 2. D. Accipit Jesus panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate: hoc est corpus meum. Similiter & calicem, dicens: Hic calix novum testamentum est in sanguine meo: hoc facite in meam commemorationem. *1. Cor.* 11.

*Ant.* 8. c. Insufflavit & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. *Joan.* 20.

ÿ. Benedicite, Sacerdotes Domini, Domino. R. Laudate, & superexaltate eum in secula. *Dan.* 3.

*Lectioes de Script. occurrente.*

R. j. Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: \* Ut virtutes annuntiatis ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. ÿ. Si

custodieritis pactum meum, ait Dominus, eritis mihi in peculium, & in regnum sacerdotale, & gens sancta. \* Ut virtutes. *1. Petr.* 2. *Exod.* 19.

R. ij. Implestis manus vestras Domino: \* Accedite, & offerre victimas, & laudes in domo Domini. ÿ. Superædificamini domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum. \* Accedite. *2. Par.* 29. *1. Petr.* 2.

R. iij. Videte quid faciatis: \* Non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini; & quodcumque judicaveritis, in vos redundabit. ÿ. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. \* Non enim. *Gloria.* \* Non enim. *2. Par.* 19. *Joan.* 7.

## IN II. NOCTURNO.

*Ant.* 7. d. Sanctificamini & estote sancti: custodite precepta mea, & facite ea: Ego Dominus qui sanctifico vos. *Levit.* 20.

*Ant.* 1. f. Ambuletis dignè Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei. *Coloss.* 1.

*Ant.* 3. a. Erit hoc vobis legitimum sempiternum, ut oreris pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum. *Levit.* 16.

ÿ. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo: R. Qui ingreditur sine macula. *Pf.* 14.

*Lectioes, ut in Proprio.*

R. iv. Secundum eum qui vocavit vos, sanctum. \* Et

ipsi in omni conversatióne sancti sitis : quóniam scriptú est : Sancti éritis , quia ego sanctus sum. *ÿ. Ego sum Dóminus Deus vester : sancti estóte , quia ego sanctus sum.*

\* Et ipsi. 1. *Petr.* 1. *Levit.* 11.

*R.* v. Vos estis lux mundi.

\* Sic luceat lux vestra coram hominibus , ut videant ópera vestra bona , & glorificent Patrem vestrum , qui in cœlis est. *ÿ. Justórum sémira quasi lux splendens , procedit & crescit usque ad perfectum diem. \* Sic luceat. Matt.* 5. *Prov.* 4.

*R.* vj. Ministráte in sanctuário , & \* Sanctificati immoláte : Fratres etiam vestros , ut possint juxta verba quæ locútus est Dóminus fácere , præparáte. *ÿ. Dignè Evangélio Christi conversámini , collaborantes fidei Evangélii.*

\* Sanctificati. Glória. \* Sanctificati. 2. *Par.* 35. *Philip.* 1. **IN III. NOCTURNO.**

*Ant.* 2. D. Præceptum sempiternum est , ut habeátis sciéntiam discernendi inter sanctum & prophánum , doceatisque filios Israel ómnia legitima mea. *Levit.* 10.

*Ant.* 4. D. Si præoccupátus fuerit homo in áliquo delicto , vos qui spirituáles estis , instrúite in spiritu lenitátis. *Gal.* 6.

*Ant.* 1. g. Cúm apparúerit Princeps Pastórum , percipiétis immarcessibilem glóriæ coronam. 1. *Petr.* 5.

*ÿ. Vidi prævaricantes , & tabescébam ; R.* Quia elóquia tua non custodiérunt. *Pf.* 118.

*Evangelium & Homilia ut in Proprio.*

*R.* vij. Ubiqumque quæstio est de lege , de mandato , de cæremóniis , de justificatióibus , \* Osténdite frátribus vestris , ut non peccent in Dóminum , & ne véniat ira super vos , & super fratres vestros. Sic agentes non peccábitis. *ÿ. Unusquisque sicut accépit grátiam , in altérum illam ministrantes , sicut boni dispensatóres multiformis grátia Christi. \* Osténdite. 2. Par.* 19. 1. *Petr.* 4.

*R.* viij. Quóniam vos estis Presbyteri in pópulo Dei , & ex vobis pendet ánima illórum , \* Ad elóquium vestrum corda eórum erigite. *ÿ. Corripite inquietos , consolámini pusillánimes , suscipite infirmos , patientes estóte ad omnes. \* Ad elóquium. Judith.* 8. 1. *Thess.* 5.

*R.* ix. Beati servi illi , quos cúm vénerit Dóminus , invenerit vigilantes , \* Præcinget se , & faciet illos discumbere , & tránsiens ministrábit illis. *ÿ. Accipient regnum decóris , & diadéma speciéi de manu Dómini. \* Præcinget se. Glória. \* Præcinget se. Luc.* 12. *Sap.* 5.

Te Deum.

A D L A U D E S.

*Ant.* **O** Homo Dei , sectáre justitiam , fidem , caritatem , patientiam , mansuetúdinem. 1. *Tim.* 6.

*Ant.* 7. a Præcipe hæc , & doce. Exemplum esto fidélium in verbo , in conversatióne , in charitate , in fide , in castitate. 1. *Tim.* 4.

*Ant.* 6. Noli negligere grá-

niam quæ in te est, quæ data est tibi cum impositione manuum presbyterii. *ibid.*

*Ant.* 1. 2. Vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelista, ministerium tuum imple, sobrius esto 2. *Tim.* 4.

*Ant.* 2. D. Sollicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. 2. *Tim.* 2.

*Capitulum.* 1. *Tim.* 2.

**S**ectare justitiam, fidem, charitatem, & pacem cum iis qui invocant Dominum de corde puro: stultas autem & sine disciplina quæstiones evita, sciens quia generant lites: servus autem Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes.

*Hymnus.*

**Q**uantis nites honoribus,  
Cælo Sacerdos addite,  
Cum præmiõrum prodigus  
Tibi Deus se detegit.

PARTIS labore plurimo  
Quot clarus es virtutibus,  
Tot emicantem gloria  
Ornant coronæ verticem.

Quos parturisti numini  
Te filii nunc ambiunt,  
Tuoque lætis cantibus  
Certant triumpho plaudere.

CHRISTUS tuum fit præmiũ:  
Quem consecrasti victimã  
Dehinc aperto numine  
Te pascet esca cœlitum.

ADHUC Sacerdos hostiam  
Gratam, Deo nos devove:  
Undisque mersos naufragis  
Duc ad salutis littora.

SUPREME Christe Pontifex,  
Jugis tibi sit gloria,  
Cum Patre & almo Spiritu  
In sempiterna sæcula, Amen,

Ÿ. Sacerdotes Sion induam salutari; *R.* & sancti ejus exultatione exultabunt. *Pf.* 131.

*Ad Benedictus.* *Ant.* 1. D. Ubi sum ego & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. *Joan.* 12.

*Oratio.*

**D**omine, Deus omnipotens, qui famulum tuum N. ut sacerdotio tibi fungeretur à populo segregasti; ejus nos intercessionem à peccatoribus segregasti; ut secundum vocationem nostram gens sancta & regale sacerdotium efficiamur; Per Dominum.

*Alia Oratio.*

**D**eus, qui in Ecclesiæ tuæ decus & subsidium, beatum N. verendo sacerdotii ministerio decorasti; præsta ut, per quem populus tuus Evangelii verbum, & Domini Corporis sacramentum suscipit, ejus patrocinio dignos utriusque fructus percipiat; Per Dominum.

A D P R I M A M.

*Ant.* O homo Dei.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Præcipe.

*Capitulum.* Tit. 2.

**I**n omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrinã, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile: ut is qui ex adverso est, vereatur nihil habens malum dicere de nobis.

*R.* *br.* Domine, dilexi \* Decorem domus tuæ. Domine. Ÿ. Et locum habitationis gloriæ tuæ. \* Decorem. *Gl.* *ia.* Domine. *Pf.* 25.

ψ. Ego in innocentia mea ingressus sum. R. Redime me & miserere mei. *ibid.*

A D S E X T A M.

*Ant.* Noli.

*Capitulum.* 2. Tim. 1.

**A**dmoneo te ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum.

R. br. Quid retribuam Domino \* Pro omnibus quae retribuit mihi? Quid. ψ. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. \* Pro omnibus. Gloria. Quid. *Pf.* 115.

ψ. Vota mea Domino reddam, R. Coram omni populo ejus. *ibid.*

A D N O N A M.

*Ant.* Sollicite.

*Capitulum.* 1. Tim. 5.

**Q**ui bene praesunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur; maxime qui laborant in verbo & doctrina.

R. br. Hic accipiet \* Benedictionem a Domino. Hic. ψ. Et misericordiam a Deo salutari suo. \* Benedictionem a Domino. Gloria. Hic accipiet. *Pf.* 23.

ψ. Exaltent eum in Ecclesia plebis; R. Et in cathedra seniorum laudent eum. *Pfal.* 106.

A D I I. V E S P E R A S.

*Ant.* **F**uit Dominus cum 4. E. **F**eo, & gubernabat creditam sibi domum, & universa quae ei tradita fuerant. *Gen.* 39.

*Ant.* 5. a. De omni corde suo laudavit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum; & dedit in celebrationibus

decus. *Eccli.* 47.

*Ant.* 3. g. Porrexit manum suam in libatione, & libavit de sanguine uvae. Effudit in fundamento altaris odorem divinum excelso principi. *Eccli.* 50.

*Ant.* 7. c. Obtulit holocausta & pacifica, & invocavit Dominum, & exaudivit eum de caelo. 1. *Par.* 21.

*Ant.* 8. G. Confirmavit omnes humiles populi sui, & legem exquisivit, & abstulit omne iniquum & malum. 1. *Macch.* 14.

*Capitulum.* 2. *Par.* 31.

**O**peratus est bonum & rectum & verum coram Domino Deo suo in universa cultura domus Domini juxta legem & caeremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo: fecitque & prosperatus est.

*Hymnus.*

**O** SACERDOTUM veneranda jura!

Ceu vices Christi teneant salutis

Arbitri, claudunt referantque nobis

Atria caeli.

OMNE pendent scelus in statera,

Cum reum solvunt, Deus ipse solvit:

Cum ligant fontem, Deus ipse fontis

Vincula necit.

VERBA dum promunt, populus fidelis

Excipit vocem, cupidus doceri;

Nempe divinae sacra verba legis

Mente recondunt.

DUM

DUM Sacerdotes tua sacra tractant,

Christe, fac sacris quibus applicasti

Consonent mores, populi- que fiat

Forma Sacerdos.

LUMINIS splendor, Patris una proles,

Christe, te pronus veneretur orbis,

Qui Sacerdotes per amoris almi

Flamen intungis.

Amen.

Ps. Gloriam & honore coronasti eum: R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum Ps. 8.

Ad Magnificat. Ant. 5. C.

Induit eum Deus stolam gloriæ, & coronavit eum in vasis virtutis. Eccli. 45.

Oratio, ut supra ad Laudes, nisi sit propria.

COMMUNE SS. ABBATUM,  
MONACHORUM, CŒNOBITARUM  
ET ANACHORETARUM.

INI VESPERIS.

Ant. 3. a. Dominus ponet desertum quasi delicias, & solitudinem quasi hortum Domini. Is. 51.

Ant. 5. C. Exultabit solitudo, & florebit quasi lilius: germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. Is. 35.

Ant. 6. Gaudium & lætitia inveniatur in solitudine; gratiarum actio & vox laudis. Is. 51.

Ant. 8. c. In cubilibus in quibus prius dracones habitabant oriatur viror calami & junci; & erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur. Is. 35.

Ant. 4. E. Habitabit in solitudine iudicium, & erit opus justitiæ pax, & cultus justitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum. Is. 32.

Capitulum. 2. Cor. 6.

Exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigé-

Br. Mir. Pars Æstiva,

ritis: & ego recipiam vos; & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios.

In Dupl. i. ordinis, & supra.

R. Fugite de medio Babylonis, & salvet unusquisque animam suam; \* Quoniam tempus ultionis est a Domino. Ps. Exite de illa; populus meus, ut ne participes sitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis; \* Quoniam. Jerem. 51. Apoc. 18.

Hymnus.

FELICES nemorum pangimus incolas,

Certo consilio quos Deus abdidit,

Ne contagio seculi

Mores læderet integros.

Ut te possideant, quem sitiunt Deum,

Urbes, regna, suos, se quoque deserunt:

Totus viluit orbis,

Dum cœlestia cogitant.

NUDI, prompti, alacres, liberi ab omnibus,

Ad luctam pugiles ocius  
advolant :

Ut vastum mare tranent ;  
Prudentes onus exuunt.

**ÆTERNAS** ut opes, certa que  
gaudia

Securi rapiant, omnia ludi-  
dicra

Sano pectore temunt,  
Confisi melioribus.

**ILLIS** summa fuit gloria, des-  
pici;

Illis divitiæ, pauperiem pati;  
Illis summa voluptas,

Longo supplicio mori.

**FAC** nos, summe Deus, quæ  
patimur mala,

In pœnam scelerum ferre  
libentius;

Et, tellure relicta,  
Immortalia querere.

**ÆTERNUS** sit honos ingénito  
Patri :

Sit par unigenæ gloria filio:  
Sacri nexus amoris,

Laus compar tibi, Spiritus.  
Amen.

ψ. Abscondes eos in abs-  
condito faciei tuæ, R. A con-  
turbatione hominum. Ps. 30.

Ad Magnificat. Ant. 8. G.

Sedebit populus meus in pul-  
chritudine pacis, & in taber-  
naculis fiducia, & in requie  
opulentâ. Is. 32.

Oratio, ut infra ad Laudes.

[ In Solemnibus, ad Com-  
pletorium super Psalmos :

Ant. 1. D. Qui habitant in  
deserto securi dormient in  
saltibus : & ponam eos in  
circuitu collis mei benedic-  
tionem. Ezech. 34.

**AD OFFICIUM NOCT.**

Invit. Remuneratorem in-  
quirentibus se, Deum, \* Ve-  
nite, adoramus. Hebr. 11.

Ps. 94. Venite. 2.

Hymnus, FELICES. ut supra.

**IN I. NOCTURNO.**

Ant. 7. d. Qui non renun-  
tiat omnibus quæ possidet,  
non potest meus esse discipu-  
lus. Luc. 14.

Ant. 1. f. Si quis venit ad  
me, & non odit patrem suum,  
& matrem, adhuc autem &  
animam suam, non potest  
meus esse discipulus. Ibid.

Ant. 2. D. Quid prodest  
homini, si mundum universum  
lucratur, animæ verò suæ de-  
trimentum pariat? Matth. 16.

ψ. Beata gens cujus Domi-  
nus Deus ejus. R. Populus  
quem elegit in hereditatem  
sibi. Ps. 32.

Lectiones, de Scriptura oc-  
currente.

R. j. Si vis perfectus esse,  
\* Vade, vende quæ habes, &  
da pauperibus ; & habebis  
thesaurum in cælo, & veni  
sequere me. ψ. Bona est ora-  
tio cum jejuniis, & elemosi-  
na magis quam thesauros auri  
recondere \* Vade. Matth. 19.  
Tob. 12.

R. ij. Egrèdere de cogna-  
tione tua, & de domo patris  
tui ; \* Et veni in terram quam  
monstrabo tibi : & benedicam  
tibi. ψ. Sequere me, & di-  
mitte mortuos sepelire mor-  
tuos suos. \* Et veni Gen. 12.  
Matth. 8.

R. iij. Surge ne pereas in  
scelere civitatis, salva animam  
tuam ; \* Noli respicere post  
tergum ; sed in monte ¶ Sal-  
vum te fac, ne pereas. ψ. Ne-  
mo mittens manum suam ad  
aratum, & respiciens retrò,  
aptus est regno Dei. \* Noli

respicere. Glória. † Salvum te fac. *Gen. 19. Luc. 9.*

## IN II. NOCTURNO.

*Ant. 8. c.* Dóminus Deus aperuit mihi aurem: Ego autem non contradico; retrorsum non abii. *Is. 50.*

*Ant. 4. a.* Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. *Philipp. 3.*

*Ant. 3. c.* Exui me stolâ pacis, indui autem me facco obsecrationis; & venit mihi gaudium à Sancto. *Baruch. 4.*

Ÿ. Propter verba labiorum tuorum, & Ego custodivi vias duras. *Pf. 16.*

*Lectioes, ut in proprio.*

*R. iv.* Ecce elongavi fugiens, & \* Mansi in solitudine, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate. Ÿ. Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. \* Mansi. *Pf. 54. 1. Joan. 2.*

*R. v.* Propter Christum \* Omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrificiâ, & inveniar in illo; ad cognoscendum illû, & societatem passionum illius configuratus morti ejus. Ÿ Elégi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. \* Omnia. *Philipp. 3. Pf. 83.*

*R. vi.* Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: \* Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi ærem verberans; sed castigo corpus meû, & in servitutem redigo. Ÿ. A juventute mea investigabam

sapientiâ: colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum. \* Ego igitur. Glória. \* Ego igitur. *1. ad Cor. 9. Eccli. 51.*

## IN III. NOCTURNO.

*Ant. 6.* Sapiëntia deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem. *Sap. 10.*

*Ant. 4. E.* Omnes erant perseverantes unanimiter in oratione. *Act. 1.*

*Ant. 5. a.* Possessiones & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. *Act. 11.*

Ÿ. Perduxit eos Deus tamquam gregem in deserto, & Et induxit eos in montem sanctificationis suæ. *Pf. 77.*

*Evangelium & Homilia, ut ut proprio.*

*R. vij.* Sapiëntia direxit opera eorum: \* Iter fecerunt per deserta quæ non habitabantur; & in locis desertis fixerunt casas. Ÿ. Circueverunt in pèllibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, & in cavernis terræ. \* Iter. *Sap. 11. Hebr. 11.*

*R. viij.* A mínimo usque ad máximo eorum, \* Plorabant & jejunabant, & orabant in conspectu Dómini. Ÿ. Confitentur quia peregrini & hospites sunt super terram. \* Plorabant. *Baruch. 1. Heb. 11.*

*R. ix.* Multitudinis erat cor unum, & anima una: nec quisquam aliquid suum esse dicebat; sed \* Erant illis omnia commúnia. Ÿ. Ecce

quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres in unum!

\* Erant. Glória. \* Erant. Act.

4. Ps. 132. Te Deum.

A D L A U D E S.

**Ant.** **E**Xistimo omnia 2. D. **E**detrimētum esse propter eminentē sciētiā Jesu Christi Dñi mei. *Philip. 3.*

**Ant.** 1. a. Non sedi in concilio ludētiū: solus sedēbam, quōniam comminātiōne replesti me. *Jerem. 15.*

**Ant.** 8. G. Pōsui faciē meā ad Dñm Deum meum rogāre & deprecāri in jejūniis, sacco & cinere. *Dan. 9.*

**Ant.** 4. E. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *Gal. 6.*

**Ant.** 7. d. Gāudeo in passiōnibus, & adimpleo ea quæ desunt passiōnum Christi in carne mea. *Coloss. 1.*

*Capitulum. Philip. 3.*

**F**ratres, quæ retrò sunt obliviscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocatiōnis Dei in Christo Jesu.

**PRO S. ABBATE,**

*Monacho, & Cœnobita.*

*Hymnus.*

**O**PULCHRAS acies, castraque fortia,  
Quæ spes, una fides, unus amor regit!

Omnes lege sub una,  
Uno sub duce militant.

**Hæu!** quantis rapiunt astra laboribus!

Pulsant perpētuis quæstibus æthera,

Per jejūnia longa  
Vires corporis atterunt.

**VOTIS** unânimes, vi quoque ætuum

Instant, & socias ingeminant preces,

Et concórdibus armis

Vim cælo simul inferunt.

**Hæc** vis grata Deo: sic amat optimus

Vinci per lacrymas, per gemitus, Pater:

Sic duris referatur

Cælum conditionibus.

**FERVENT** quando die cuncta tumultibus,

Altum turba filet: cetera dum tacent,

Hi per cantica rumpunt

Noctis longa silentia.

**EXERCET** vigiles continuus labor;

Incumbunt operi non recedes manus;

Tellus culta colonis

Victum suppeditat suis.

**QUIN** regina sui mens quoque subditur,

Rectorisque studet nitibus obsequi:

Nil servat sibi juris,

Capto liberior jugo.

**ÆTERNUS** sit honor ingénito Patri:

Sit par unigenæ glória Filio;  
Sacri nexus amoris,

Laus compar tibi, Spiritus. Amen.

**PRO S. ANACHORETA,**

*& Solitario.*

*Hymnus.*

**Q**UID tu, relictis urbibus,  
Mortalium consortia

Timens fugis? quid tu vides,  
Solusque tecum cogitas?

**MENTIS** volatu libero,  
Percurris æternas domos;

Et quæ negas mortalibus,  
Transfers Deo commercia.

**PRÆSENS** choris cœlestibus,  
Sacro quiétus otio,

Totus tuendo Númini,  
Torus colendo tu vacas.

QUAM pura, qui te diligunt,  
O Christe, libant gáudia!  
Te propter antris ábditos  
Sinu recondis in tuo.

ÆTERNE tu Verbi Pater,  
Æterne Fili par Patri,  
Et Par utrique Spíritus,  
Tibi, Deus, sit glória.

Amen.

ÿ. Clamávi ad te, Dómine,  
dixi: Tu es spes mea: R.  
Pórtio mea in terra vivéntium. *Pf.* 141.

Ad Bened. *Ant.* 7 G. Per-  
fécitio tua, Dómine, & doc-  
trína tua viro sancto tuo, qui  
dixit patri suo, & matri suæ:  
Néscio vos, & frátribus suis:  
Ignóro vos. *Deut.* 33.

*Si sit Abbas.*

*Oratio.*

DEUS, cujus múnere beá-  
tus N. Abbas Christum  
páuperem sequi, & húmilem  
corde usque in finem perse-  
verávit imitári: da cunctis lé-  
mitam mandatórum tuórum  
ingressis, ut nec retrò aspí-  
ciant, nec in via hæreant;  
sed ad te sine offensióne cur-  
rentes, vitam æternam appre-  
hendant; Per eundem.

*Alia Oratio.*

DA nobis, quæsumus,  
Deus noster, beáti Ab-  
bátis N. intercessionibus sub-  
levári; ut per quem servis  
tuis perfectiónis evangélicæ  
documenta donasti, per eum  
nobis subsidia perpétuæ salú-  
tis impendas; Per Dóminum.

*Si non sit Abbas.*

*Oratio.*

OMNÍpotens, sempiternè  
Deus, terréna pro te cal-

cánntium merces magna ni-  
mis: da nobis exemplo &  
intercessióne beáti N. cujus  
hódie tránsitum celebrámus,  
temporália ómnia despícere,  
& ad æterna totá mentis in-  
tentióne festináre; Per

*Alia Oratio.*

QUARÉntium te, Dómine,  
Salvátor & custos, qui  
beáto N. ne párticeps esset  
coinquinatiónis, renuntiáre  
século, & sub alas tuas confú-  
gere tribuisti: ejus interces-  
sióne da pópulo tuo diabólica  
vitare contágia, & te solum  
Dóminum purá mente sectári,  
Qui vivis.

A D P R I M A M.

*Ant.* Existimo.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Non sedi.

*Capitulum.* 2. Macch. 5.

SÉCÉsserat in desertum lo-  
cum, ibique inter feras  
vitam in móntibus cum suis  
agébat, ne párticipes essent  
coinquinatiónis.

R. *br.* Extráneus factus sum

\* Frátribus meis. Extráneus.  
ÿ. Et peregrínus filiis matris  
meæ.\* Frátribus meis. Glória.  
Extráneus. *Pf.* 68.

ÿ. Similis factus sum Pelli-  
cáno solitúdinis. R. Factus  
sum sicut passer solitárius in  
tecto. *Pf.* 101.

A D S E X T A M.

*Ant.* Pósuí.

*Capitulum.* II. 26.

NOMEN tuum & memo-  
riále tuú, Dñe, in de-  
sidério ánimæ. Anima mea  
desiderávit te in nocte; sed  
& spíritu meo in præcórdiis  
meis de manè vigilábo ad  
te.

*R. br.* Sépties in die \* Laudem dixi tibi. Sépties in die. *Ÿ.* Super iudicia iustitiæ tuæ, \* Laudem. Glória. Sépties. *Ÿ.* Cantábiles mihi erant iustificatiões tuæ, *R.* In loco peregrinatiõnis meæ. *Pf.* 118.

A D N O N A M.

*Ant.* Gáudeo.

*Capitulum.* Hebr. 12.

**O**mnis disciplina in præfenti quidem videtur non esse gáudii, sed mæroris, póstea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.

*R. br.* Cùm mihi molesti essent, \* Induébar cilicio. Cùm mihi. *Ÿ.* Humiliábã in jejúniõ animã meã. \* Induébar. Glória. Cùm mihi. *Pf.* 34.

*Ÿ.* Cogitãvi dies antiquos, *R.* Et annos æternos in mente hábui. *Pf.* 76.

AD II. VESPERA S.

*Ant.* **S**umus húmiles in 2. D. **S**universa terra, Dómine: sed in ánimo contrito & spíritu humilitatis suscipiámur; quóniã non est confusio confidentibus in te. *Dan.* 3.

*Ant.* 8. G. Non derelinquimur, semper mortificatiõnem

Jesu in corpore nostro circumferentes. 2. *Cor.* 4.

*Ant.* 6. Quasi morientes, & ecce vivimus; quasi tristes, semper autem gaudentes; tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. 2. *Cor.* 6.

*Ant.* 7. d. Omnes unánimes, compatiētes, fraternitatis amatóres, misericordes, modesti, húmiles. 1. *Petr.* 3.

*Ant.* 4. E. Ingemiscimus, habitatiõnem nostram quæ de cælo est, superindui cupientes. 2. *Cor.* 5.

*Capitulum.* Deut. 7.

**D**ominus Deus ipse est fortis & fidélis, custodiens pactum & misericordiam diligéntibus se, & his qui custodiunt præcepta ejus in mille generatiões.

*Hymnus,* FELICES.

*Ÿ.* Justus ut palma florébit; *R.* Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. *Pf.* 91.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 3. E. Scimus quóniam, si terrestris domus nostra dissolvatur, ædificatiõnem ex Deo habemus æternã in cælis. 2. *Cor.* 4.

*Oratio, ut supra ad Laudes, nisi sit propria.*

## COMMUNE JUSTORUM.

IN I. VESPERIS.

*Ant.* **D**icébat Jesus ad 7. a. **D**omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. *Luc.* 9.

*Ant.* 2. D. Dico vobis: Nisi abundáverit iustitia vestra

plusquam Scribárum & Pharisæorum, non intrábitis in regnum cælorum. *Matth.* 5.

*Ant.* 6. Nisi conversi fueritis, & efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cælorum. *Matth.* 18.

*Ant.* 8. G. Non omnis qui dicit mihi: Dómine, Dñe,

Intrabit in regnum cœlorum;  
sed qui facit voluntatem Pa-  
tris mei qui in cœlis est, ipse  
intrabit in regnum cœlorum.  
*Matth. 7.*

*Ant. 1. D.* Contendite in-  
trare per angustam portam;  
quia multi, dico vobis, quæ-  
rent intrare, & non poterunt.  
*Luc. 13.*

*Capitulum. Eccli. 2.*

**Q**ui timetis Dóminum,  
credite illi; & non eva-  
cuabitur merces vestra. Qui  
timetis Dóminum, sperate in  
illum; & in oblectationem  
veniet vobis misericordia.  
Qui timetis Dóminum, dili-  
gite illum; & illuminabuntur  
corda vestra.

*In Duplicibus majoribus, &  
supra.*

*R.* Qui timent Dóminum,  
non erunt incredibiles verbo  
illius; & \* Qui diligunt illum,  
conservabunt viam illius. *Ps.*  
Plenitudo legis est dilectio.  
\* *Qui. Glória Patri. \* Qui.*  
*Eccli. 2. Rom. 13.*

*Hymnus*

**S**UMMI pusillus grex Patris,  
Timore mentem solvite,  
Sui paternus vos amor  
Vult esse regni compotes.

EN regnat inter Cœlites,  
Qui vixit olim seculo  
Ignoratus, exosus sibi,  
Qui pauper, & sciens pati.

ANGUSTA penitentiæ  
Ingressus, & viam crucis,  
Per dura Christum praelia,  
Per damna non timet sequi.

CARNEM terit jejuniis;  
Linguam domat silentio:  
In pauperum, parcus sibi,  
Abscondit & spargit sinu.

SAPORE verbi pascitur;

Totoque legem pectore  
Scrutatus, orat pervigil:  
Mens celsa versatur polo.

HAC surgit ad cœlum viâ:  
Et nos eadem da, Pater,  
Da, Nate, da cum Spiritu,  
Ad te venire semitâ. Amen.

*Ps.* Beatus vir, cujus est  
nomen Dómini spes ejus: *R.*  
Et non respexit in vanitates  
& insánias falsas. *Ps. 39.*

*Ad Magn. Ant. 5. C.* Ocu-  
lus non vidit, nec auris au-  
divit, nec in cor hóminis  
ascendit, quæ præparavit Deus  
iis qui diligunt illú. *1. Cor. 2.*

*Oratio, ut infra ad Laudes.*

[ *In Solemnibus ad Com-  
pletorium super Psalmos:*

*Ant. 3. a.* Qui sequitur me non  
ambulat in tenebris, sed ha-  
bébit lumen vitæ. *Joan. 8. ]*

AD OFFICIUM NOCT

*Invitat.* Diligentem justos  
Dóminum, \* Venite, adóre-  
mus. *Ps. 145.*

*Ps. 94. Venite. 2.*

*Hymnus.*

**N**ON parva solo sanguine  
Ornat beatos purpura;  
Sunt incruenta, quæ suos  
Habent triumphos, praelia.

NON iste flammæ, non  
cruces,

Non sensit uncus pectines:  
Crudelis & durus sibi  
Se morte lentâ conficit.

Si licet illi defuit,  
Si vincula, fustes, ungula;  
Parata pro Christo mori  
Hoc supplet omne caritas.

CORPUS subegit castitas,  
Et liberam mentem fides:  
Amor supernis ignibus  
Totam litavit hostiam.

VENIS apertis omnibus  
Qui vellet ultrò erumpere,

Fraudatus optata viâ,  
It fufus in fletum cruor.

Da, Chrifte, fic nos vivere,  
Discamus ut femper mori:  
Da, post brevis vitæ dies,  
Vitæ perennis gaudia.

ÆTERNE tu verbi Pater,  
Æterne Fili par Patri,  
Et par utrique Spiritus,  
Tibi, Deus, fit gloria.

Amen.

**IN I. NOCTURNO.**

*Ant. 6.* Vosmetipfos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. *Jud.*

*Ant. 2. D.* Vigilâte & estote parati; quia quâ nescitis horâ Filius hominis venturus est. *Matth. 24.*

*Ant. 8. G.* Stabiles estote & immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino. *1. Cor. 15.*

ÿ. Diligite Dominum omnes Sancti ejus: *R.* Quoniam veritatem requireret Dominus. *Pf. 30.*

*Lectiones, de Scriptura occurrente.*

*R. j.* Tollite jugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: \* Et inveniatis requiem animabus vestris; jugum enim meum suave est, & onus meum leve. ÿ. Interrogate quæ sit via bona, & ambulâte in ea; \* Et inveniatis. *Matth. 11.* *Jerem. 6.*

*R. ij.* Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: \* Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum; ut

cum venerit, confestim aperiant ei. ÿ. Qui vigilaverint ad illum, justitias quasi lumen accendent. \* Et vos. *Luc. 12. Eccli. 32.*

*R. iij.* Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit: \* Similis est homini ædificanti domum, qui † fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. ÿ. Beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei: qui tenet illum, cui assimilabitur? \* Similis est gloria. † fodit. *Luc. 6. Eccli. 25.*

**IN II. NOCTURNO.**

*Ant. 1. a.* Timenti Dominum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. *Eccli. 1.*

*Ant. 5. a.* Benedictio Dei in mercedem justii festinat; & in hora veloci processus illius fructificat. *Eccli. 11.*

*Ant. 2. D.* Tenebit justus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem. *Job. 17.*

ÿ. Gloriantur in te omnes qui diligunt nomen tuum, *R.* Quoniam tu benedices justo. *Pf. 5.*

*Lectiones, ut in Proprio.*

*R. iv.* Quam magnus qui invenit sapientiam & scientiam! sed \* Non est super timentem Dominum. ÿ. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perfectentes sanctificationem in timore Dei: \* Non est. *Eccli. 25. 2. Cor. 7.*

*R. v.* Qui ambulat in justitiis & loquitur veritatem, & claudit oculos suos ne videat malum, \* Iste in excelsis ha-

bitabit; regem in decore suo videbunt oculi ejus. *Ps.* Si quis emundaverit se, erit vas in honorem sanctificatum Domino.

\* Iste in. *Is.* 33. *2. Tim.* 2.

*R.* *vj.* Beatus qui inventus est sine macula, & \* Qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris: Quis est hic, & laudabimus eum? † Erit illi gloria aeterna. *Ps.* Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. \* Qui post Gloria. † Erit illi. *Eccli.* 31. *Luc.* 18.

IN III. NOCTURNO.

*Ant.* 3. *a.* In gentibus multis non erat similis illi, & dilectus Deo suo erat. 2. *Esdr.* 13.

*Ant.* 7. *g.* Nunquam contaminatus est: pergebat ad omnes, & monita salutis dabat eis. *Tob.* 1.

*Ant.* 4. *E.* Consolabatur eos, dividebatque unicuique, prout poterat, de facultatibus suis. *ibid.*

*Ps.* Beatus qui intelligit super egenum & pauperem; *R.* In die mala liberabit eum Dominus. *Pf.* 40.

*Evangelium & Homilia, ut in Proprio.*

*R.* *vij.* Non est inventus similis illi in gloria: \* Conservavit legem Excelsi, & in tentatione inventus est fidelis: ideò jurejurando dedit illi gloriam in gente sua. *Ps.* Qui servat verbum Christi, verè in hoc charitas Dei perfecta est. \* Conservavit. *Eccli.* 44. *1. Joan.* 2.

*R.* *viii.* Sapièntia justum deduxit per vias rectas, &

ostendit illi regnum Dei; & \* Dedit illi scientiam sanctorum: Honestavit illum in laboribus, & complèvit labores illius. *Ps.* Regnum Dei justitia est, & pax in Spiritu sancto: qui in hoc servit Christo, placet Deo. \* Dedit. *Sap.* 10. *Rom.* 14.

*R.* *ix.* Probatus & perfectus est; potuit transgredi & non est transgressus; facere mala & non fecit: \* Ideò stabilita sunt bona illius in Domino, & † Eleemòsinas illius, enarrabit omnis Ecclesia sanctorum. *Ps.* Erat vir religiosus ac timens Deum, faciens eleemòsinas multas plebi, & deprecans Deum semper. \* Ideò. Gloria. † Eleemòsinas. *Eccli.* 31. *Act.* 10. Te Deum.

#### A D L A U D E S.

*Ant.* **A**nte Dominum quĩ *1. f.* **A**legit me, vilior fiam plusquam factus sum; & ero humilis in oculis meis. *2. Reg.* 6.

*Ant.* 8. *c.* Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui. *Job.* 31.

*Ant.* 4. *a.* A mandatis labiorum ejus non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris ejus. *Job.* 23.

*Ant.* 5. *a.* Ambulavit pedes meus iter rectum: zelatus sum bonum, & non confundar. *Eccli.* 51.

*Ant.* 3. *a.* Donec superest halitus in me, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. *Job.* 27.

*Capitulum.* 2. Cor. 1.

**G**loria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conservati sumus in hoc mundo.

*Hymnus.*

**Q**ui te, Deus, sub intimo  
Amans recepit pectore,  
Non ille terras amplius  
Suspirat, oblitus sui.

Quid ergo gaudes necere  
Tristes moras amanti-  
bus?  
Terris retardas exules,  
Cives polo quos destinas.

Hinc fervet in dies amor;  
In vota toti disfluunt:  
Ad astra festinantibus  
Fit poena vita longior.

Vix iste tardi corporis  
Pondus molestum sustinet;  
Præ mortis occupat diem,  
Ardens Deo se jungere.

ÆTERNE tu Verbi Pater,  
Æterne Fili par Patri,  
Et par utriusque Spiritus,  
Tibi, Deus, sit gloria.

Amen.

ÿ. In iustitia apparebo conspectui tuo; R. Satiabor cum apparuerit gloria tua. *Pf.* 16.

*Ad Bened. Ant.* 4. D. Propter Christum omnia detrimentum feci, ad cognoscendum illum, si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. *Philip.* 3.

*Oratio.*

**F**ac, quæsumus, Domine Deus noster, intercedente beato N. populum tuum in tua dilectione ambulare, quia perpetua est & plena felicitas, si bonorum omnium ser-

viamus auctori; Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit.

*Alia Oratio.*

**D**eus, qui nobis festivitatem beati N. concedis cum gaudio celebrare; præsta, quæsumus, sic ipsius nos sequi vestigia sanctitatis, ut per viam virtutum, ad te qui verum es virtutis præmium veniamus; Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit. . .

A D P R I M A M.

*Ant.* Ante Dominum.

A D T E R T I A M.

*Ant.* Semper.

*Capitulum.* Eccli. 1.

**T**imor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis: timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiã & gaudium, & longitudinem dierum.

R. br. Beatus vir \* Qui timet Dominum. Beatus. ÿ. In mandatis ejus volet nimis, \* Qui. Gloria Patri. Beatus. *Pf.* 111.

ÿ. Beneplacitum est Domino super timentes eum; R. Et in eis, qui sperant super misericordia ejus. *Pf.* 146.

A D S E X T A M.

*Ant.* A mandatis.

*Capitulum.* Jac. 1.

**Q**ui perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obli-viosus factus, sed factor operis; hic beatus in facto suo erit.

R. br. Lucerna pedibus meis \* Verbum tuum Domine. Lucerna pedibus meis. ÿ. Et lumen semitis meis, \*

Verbum tuum, Dómine. Gló-  
ria Patri. Lucerna.

ψ. Servávi mandáta tua &  
testimónia tua; R. Quia om-  
nes viæ meæ in conspectu tuo.  
Pf. 118.

A D N O N A M.

Ant. Donec superest.

Capitulum. Eccli. 15.

**J**ustitia longè abest à super-  
bia & dolo: viri mendaces  
non erunt illius memores; &  
viri veraces invenientur in il-  
la, & successum habebunt us-  
que ad inspectiõnem Dei.

R. br. Justitia tua, Dómi-  
ne, \* Justitia in æternum.  
Justitia. ψ. Et lex tua, verí-  
tas. \* Justitia in æternum.  
Glória Patri. Justitia tua.

ψ. Ne auferas de ore meo  
verbum veritatis usquequá-  
que; R. Quia in judiciis tuis  
superesperávi. Pf. 118.

A D II. VESPERAS.

Ant. **E**Rat vir ille simplex,  
4. E. & rectus, ac timens  
Deum, & recedens à malo.  
Job. 1.

Ant. 7. c. In omni ópere  
dedit confessiõnem Sancto:  
de omni corde suo laudávit  
Dóminum, & dilexit Deum

qui fecit illum. Eccli. 47.

Ant. 1. D. Custodívit áni-  
mam suam, & memor fuit  
Dñi in toto corde suo. Tob. 1.

Ant. 3. a. Non præteríit de  
universis mandátis, nec unum  
quidem verbum quod jússerat  
Dóminus. Jos. 11.

Ant. 5. C. Immóbilis in  
Dei timóre permanfit, agens  
grátias Deo ómnibus diébus  
vitæ suæ. Tob. 2.

Capitulum. Gal. 6.

**F**Ratres, quæ semináverit  
homo, hæc & metet. Quó-  
niam qui séminat in carne  
sua, de carne & metet cor-  
ruptiõnem: qui autem sémi-  
nat in spíritu, de spíritu me-  
tet vitam æternam.

Hymnus. SUMMI pusillus.  
ut in I. Vesperis.

ψ. In memória æterna erit  
justus; R. Cornu ejus exaltá-  
bitur in glória. Pf. 111.

Ad Magnificat. Ant. 3. E.  
Dilectus Deo & homínibus,  
cujus memória in benedictiõ-  
ne est. Similem illum fecit in  
glória Sanctórum, & ostendit  
illi glóriam suam. Eccli. 45.

Oratio, ut suprâ ad Laudes,  
nisi sit propria.

## COMMUNE SS. VIRGINUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. **Q**uid Dómini bonum  
3. a. est, & quid pulchrum  
ejus, nisi frumentum electó-  
rum, & vinum gérminans vir-  
gines. Zach. 9.

Ant. 4. E. Hæc dicit qui  
habet septem spíritus Dei, &  
MIR. Pars Æstiva.

septem stellas: Qui non in-  
quináverunt vestimenta sua,  
ambulábunt mecum in albis.  
Apoc. 3.

Ant. 5. a. Qui elégerint quæ  
ego volui, & tenúerint fœdus  
meum; dabo eis in domo  
mea locum. Is. 56.

\*

*Ant. 1. D.* Dabo eis nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis: quod non peribit. *Is. 56.*

*Ant. 7. a.* Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. *Matth. 19.*

*Capitulum. 1. Cor. 7.*

**U**Nusquisque proprium donum habet ex Deo: aliud quidem sic, aliud verò sic. Dico autem non nuptis, & viduis: Bonum est illis, si sic permaneant.

*In Duplicib. maj. & supra.*

*R.* Dilectus meus electus ex millibus, labia ejus lilia distillantia myrrham primam, \* Totus desiderabilis, & † Ipse est amicus meus, filia Jerusalem. *V.* Vivo, jam non ego; vivit verò in me Christus. \* Totus. Glòria Patri. † Ipse est. *Cant. 5. Gal. 2.*

*Si sit Martyr.*

*Hymnus.*

**F**ESTIS læta sonent sidera canticibus:

Nunc aptate tubas, sumite tympana,

Cœtus Angélici: dicite Virginem,

Christi dicite Martyrem.

**V**ESTRIS illa fuit debita cœtibus,

Quæ mortalis adhuc, nobilis æmula,

Ut vos exprimeret, dedit cit genus,

Virgo corporis immemor.

**S**ED quid cogis, amor? Fortiter ambiit

Sponso virgineum fundere sanguinem:

Obliti meminit tunc bene corporis,

Præclæræ sitiens necis.

Sic quâ parte minor, vos supereminet,

Immortale genus, quæ potuit mori,

Et per damna sui corporis integram

Testari Domino fidem.

**P**ATRI máxima laus, máxima Filio,

Amborumque sacro máxima Flámini,

Per quem magnanimæ prælia sustinent,

Spreto funere, Virgines.

Amen.

*Si non sit Martyr.*

*Hymnus.*

**V**OS ô virginei cum citharis chori,

Agni deliciae, pars gregis optima,

Sponsum virgineo progénitum sinu

Puris tollite laudibus.

**H**ÆC est sacra dies, obvia quâ suo

Cum plena rutilans lámpade júngitur

Sponso, stansque throno próxima concinit

Virgo cantica Virgini.

**S**OLO digna Deo conjugé respuit

Mortales thálamos: ut semel obligat

Sese fida suo, quem benè déperit,

Ultró se Deus obligat.

**P**URUM ne maculent pectus imáginés,

In se tota sui corporis immemor

Mens sese recipit; nil oculi vident;

Surdís nil sonat áuribus.

**Æ**GRO vix sua sunt pábula corpore,

Ardet mille modis ante  
diem mori :  
Quidquid mors rapiet , jam  
sibi præripit ;  
Unus fit Deus omnia.

**F**ac , ô Christe , tuæ Virginis  
æmulos

Hâc nos ire tibi , quâ grâ-  
ditur viâ :

Qui gens sancta sumus ,  
moribus integris

Fac soli tibi vivere.

**D**a te , summe Pater , tollere  
lâudibus :

Da te , Christe , sequi , lau-  
rea Virginum :

Fac incensa tuis , Spiritus ,  
ardeant

Flammis frigida pectora.

Amen.

**V**irgines laudent nomen  
Dòmini : **R.** Quia exaltatum  
est nomen ejus solius. *Pf.* 148.

*Ad Magnificat. Ant.* 3. E.  
Còrpora vestra membra sunt  
Christi , templù Spiritus sancti.  
Glorificate & portate Deum  
in corpore vestro. *1. Cor.* 6.

*Oratio , ut infra ad Laudes.*

*In Solemnibus ad Comple-*  
*torium super Psalmos :*

*Ant.* 1. f. In resurrectione  
neque nubent neque nubentur ;  
sed erunt sicut Angeli Dei  
in celo. *Matth.* 22.

**AD OFFICIUM NOCT.**

*Invir.* Agnum quem sequun-  
tur Virgines , \* Venite , ado-  
remus. *Apoc.* 14.

*Pf.* 94. Venite. 2.

*Si sit Martyr.*

*Hymnus.*

**V**IRGINUM robur , Deus ,  
atque custos :

Sexus imbellis , médios per  
enfes ,

Dum faves , quas non supe-  
rat virili

Pectore mortes !

**P**RO tuis aris animosa Virgo  
Molle dat pœnis lacerare  
corpus :

Non suos sentit , memor  
ô ! tuorum ,  
Christe , dolorum.

**N**ON graves plagæ , vâli-  
dè nec ictus

Integram possunt violare  
mentem :

Quin sacri crescit magis  
obstinatus

Ardor amoris.

**S**PONS A dilecto placitura  
Sponso ,

Dèspicit ruptum laniata  
corpus :

Est suus truncis honor &  
venustas

Est sua membris.

**O**MNIS à Recto fluit ille splen-  
dor :

Christe , sic olim cruce ten-  
sus altâ ,

Obsequens Patri , laceros  
placebas

Hòrridus artus.

**S**UMMA laus Patri , genitòque  
Verbo ;

Et tibi compar , utriusque  
Nexus :

Fac tibi semper placeamus  
uni

Mòribus æquis. Amen.

*Si non sit Martyr.*

*Hymnus.*

**C**Oelestis aula pânditur :  
En Sponsus ; omnes ob-  
via

Exite sponso Virgini ,

Exite , sponsæ Virgines.

Hæc nuptialis est dies ,

Quæ , longa post suspiria ,

Dat omnibus , dat singulis

Jam pleniùs frui Deo.

Quæ casta vobis gaudia ,

Quos afflet ignes , dicite :

Ab ore cujus purior  
Torrens voluptas effluit?

HUNC propter unum viluit  
Superba regum purpura:  
Dotata quæ sponso Deo,  
Quid Virgo terris ambiat?

O virginâles nuptiæ,  
Per quas caro fit spiritus,  
O dulce vinculum, jungitur  
Quo mens Deo, menti Deus!

SIT laus Patri, laus Filio:  
Sit par tibi laus, Spiritus!  
Divina qui perennibus  
Firmas sigillis fœdera,  
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 6. Inclina aurem tuâ,  
& suscipe verba intellectus:  
conjungere Deo & sustine, ut  
crescat in novissimo vita tua.  
Eccli. 2.

Ant. 2. D. Sponsabo te mihi  
in fide: & scies quia ego Dô-  
minus. Osee. 2.

Ant. 7. d. Cave nequando  
obliviscaris pacti Dômini  
Dei tui, quod pepigit tecum;  
quia Dôminus Deus tuus,  
Deus æmulator. Deut. 4.

ÿ. Deus coronat te in mi-  
sericordia & miserationibus:  
R. Replet in bonis desiderium  
tuum. Ps. 102.

Lectiones, de Scriptura occur-  
rente.

R. j. Audi, filia, & vide,  
inclina aurem tuam: \* Obliviscere  
populum tuum & domum patris  
tui, & concupiscet rex decorem  
tuum; quoniam ipse est Dôminus  
Deus tuus. ÿ. Virgo cogitat quæ  
Dômini sunt, ut fit sancta corpore  
& spiritu. \* Obliviscere. Ps. 44. I. Cor. 7.

R. ij. Sponsabo te mihi in  
sempiternum; \* Et sponsabo

te in justitia & judicio, & in  
misericordia, & in miserationibus.  
ÿ. Sectare justitiam, pietatem,  
fidem, caritatem, patientiam,  
mansuetudinem,  
\* Et sponsabo. Osee. 2. I. Tim. 6.

R. iij. Scient quia ego dilexi  
te: \* Tene quod habes, ut nemo  
accipiat coronam tuam. ÿ. Dedi  
coronam decoris in capite tuo: &  
profecisti in regnum; quia perfecta  
eras in decore meo. \* Tene.  
Glória Patri. \* Tene. Apoc. 3. Ezech. 16.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Tu scis, Dômine,  
quia nunquam concupi vi virum,  
& mundam servavi animam  
meam ab omni concupiscencia.  
Tob. 3.

Ant. 5. a. In velamento  
alarum tuarum exultabo; ad-  
hæsit anima mea post te, me  
suscepit dextera tua. Ps. 62.

Ant. 1. f. Quia complacui  
Dômino, secundum munditiam  
manuum mearum reddet mihi.  
2. Reg. 22.

ÿ. Deus meus, impolluta  
via ejus, R. Protector est  
omnium, sperantium in se.  
Ps. 17.

Lectiones, ut in Proprio.

R. iv. Suscipe me, Dômine,  
secundum eloquium tuum, & vivam:  
\* Non confundas me ab expectatione  
mea. ÿ. In fide vivo Filii  
Dei qui dilexit me. \* Non. Ps. 118. Galat. 2.

R. v. Deus, in voluntate  
tua deduxisti me, & cum gloriâ  
suscepisti me. \* Mihi ad-  
hærere Deo bonum est, ponere  
in Dômino Deo spem

neam, *Ps.* Qui adhæret Dómino, unus spíritus est. \* Mihi. *Pf.* 72. 1. *Cor.* 6.

*R.* *vj.* Lex tua, Dómine, meditatio mea est: \* Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar. *Ps.* Secundum expectationem & spem meam, magnificabitur Christus in corpore meo. \* Fiat. Glória. *Fiat.* *Pf.* 118. *Philip.* 1.

## IN III. NOCTURNO.

*Ant.* 1. a. Omnis ponderatio non est digna continentis animæ. *Eccli.* 26.

*Ant.* 3. a. Incorruptio facit esse proximum Deo. *Sap.* 6.

*Ant.* 8. G. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. *Prov.* 22.

*Ps.* Beati immaculati in via, *R.* Qui ambulant in lege Dómini. *Pf.* 118.

*Evangelium & Homilia, ut in Proprio.*

*R.* *vij.* O quam pulchra est casta generatio cum claritate! \* Immortalis est enim memoria illius; quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. *Ps.* Religio munda apud Deum & Patrem hæc est, Immaculatum se custodire ab hoc sæculo. \* Immortalis. *Sap.* 4. *Jac.* 1.

*R.* *vij.* Felix est sterilis; \* Et incoquinata habebit fructum in respectione animarum sanctarum. *Ps.* Deus reddet iis qui secundum patientiam boni operis incorruptionem querunt, vitam æternam; \* Et incoquinata. *Sap.* 3. *Rom.* 2.

*R.* *ix.* Dabitur illi fors in

templo Dei acceptissima; \* Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidat radix sapientiæ, *Ps.* Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. \* Bonorum. Glória Patri. \* Bonorum enim. *Sap.* 3. *Matth.* 5. Te Deum.

## A D L A U D E S.

*Ant.* **D**ilectus meus descendit in hortum suum ad aréolam aromatatum, ut lilia colligat. *Cant.* 6.

*Ant.* 5. a. Inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. *Cant.* 3.

*Ant.* 2. D. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. *Cant.* 6.

*Ant.* 6. Dilectus meus ordinavit in me caritatem: fulcite me floribus, stipate me malis. *Cant.* 2.

*Ant.* 3. a. Sub umbra illicius quem desideraveram, sedi; & fructus ejus dulcis gutturi meo. *Cant.* 2.

Capitulum. *Sap.* 8.

**S**Civi quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det; & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum.

*Si sit Martyr.*

*Hymnus.*

**O**UID sacram, Virgo: generosa Martyr, ambiunt frontem duplices coronæ?

Nempe non unum gemino reportas

Hoste triumphum.

MOLLIOR fregit neque te voluptas;

Impotens flexit neque te tyrannus:

Tu graves pœnas, pariter-  
que blandos  
Vincis amôres.

LILIUS Sponsus recubat, ro-  
sisque :

Tu, tuo semper bene fida  
Sponso,

Et rosas Martyr, simul &  
dedisti

Lilia Virgo.

SUMMA laus Patri, genitô-  
que Verbo ;

Et tibi compar, utriusque  
Nexus :

Fac tibi semper placeamus  
uni

Môribus æquis. Amen.

*Si non sit Martyr.*

*Hymnus.*

**N**ON vana dilectum gre-  
gem

Pavere mundi gaudia,

Nec pura fallax pectora

Imago lusit sæculi.

SED hæc tuarum propria

Sunt, Christe, sponsarum  
bona,

Te semper, & tecum tuis

In te potiri gaudiis.

CASTIS vicissim tu tibi

In cordibus thorum struis ;

Interque flammam intimo

Amans quiescis in sinu.

HIC unus est sponsus amor,

Unusque tecum spiritus ;

Beasque sponsus singulas,

In teque transformas, Deus.

TE deprecamur supplices,

Nostros ut addas sensibus,

Nescire prorsus omnia

Corruptionis vulnera.

SIT laus Patri, laus Filio!

Sit par tibi laus, Spiritus,

Divina qui perennibus

Firmas sigillis fœdera.

Amen.

Ÿ. Sitivit in te anima mea :

Rz. Quam multipliciter tibi  
caro mea ! *Pf. 62.*

*Ad Benedictus. Ant. 7. G.*

Exultavit anima mea in Deo  
meo ; quia induit me vesti-  
mentis salutis, quasi sponsam  
ornatam monilibus suis.  
*If. 61.*

*Si sit Martyr.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui inter cetera  
potentiæ tuæ miracula,  
etiam in sexu fragili victo-  
riam martyrii contulisti : con-  
cede propitius, ut qui beatæ  
N. Virginis & Martyris tuæ  
natalitia colimus, per ejus ad  
te exempla gradiamur ; Per.

*Alia Oratio.*

**O**MNIPOTENS, sempiternus  
Deus, cujus munere  
beatâ N. virginitatis & mar-  
tyrii palmam adeptâ est : da  
nobis ejus precibus, ita cor-  
poris ac mentis servare puri-  
tatem, ut nec blanditiis car-  
nis, nec malorum acerbitate  
vincamur ; Per.

*Si non sit Martyr.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui habitaculum  
tuum in corde pudico  
constituisti : concede, ut qui  
fidelis sponsæ tuæ N. purita-  
tem humiliter veneramur obse-  
quio, piæ conversationis se-  
quamur exemplo ; Per.

*Alia Oratio.*

**F**IDÉLES tuos, quæsumus ;  
Domine, intercedente  
beatâ N. Virgine tuâ, corpore  
& mente purifica ; ut tuâ  
inspiratiône compuncti, no-  
xias delectationes vitare præ-  
valeant ; atque ut earum non  
capti illecebris, tuâ semper  
suavitate pascantur ; Per.

AD PRIMAM.

*Ant.* Dilectus meus.

AD TERTIAM.

*Ant.* Inveni.

*Capitulum.* 1. Cor. 7.

**D**E virginibus præceptum Dómini non hábeo ; consilium autem do, tanquam misericórdiam consecútus à Dómino, ut sim fidélis.

*R. br.* Lætétur mons Sion :

\* Exultent filiaë Judæ. Lætétur. *ÿ.* Propter júdicia tua, Dñe. \* Exultent filiaë Judæ. Glória. Lætétur. *Pf.* 47.

*ÿ.* Audivit, & lætáta est Sion ; *R.* Et exultavérunt filiaë Judæ. *Pf.* 96.

AD SEX TAM.

*Ant.* Ego.

*Capitulum.* 1. Cor. 7.

**M**ulier innupta, & Virgo cogitat quæ Dómini sunt, ut sit sancta corpore & spíritu : quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.

*R. br.* Quid mihi est in celo ? \* Et à te quid volui super terram ? Quid. *ÿ.* Deus essetis mei, & pars mea Deus in æternum. \* Ex. Glória Patri. Quid. *Pf.* 72.

*ÿ.* Concupiscit, & déficit ánima mea in átria Dómini : *R.* Cor meum & caro mea exultavérunt in Deum vivum. *Pf.* 33.

AD NONAM.

*Ant.* Sub umbra.

*Capitulum.* 2. Cor. 11.

**A**mulor vos Dei æmulatione : despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

*R. br.* Afferentur Regi virgines \* In lætítia & exulta-

*Br. Mir. Pars Æstiva.*

tioné. Afferentur Regi virgines. *ÿ.* Adducentur in templú Regis, \* In lætítia. Glória Patri. Afferentur.

*ÿ.* Delectavérunt te filiaë regú, *R.* In honóre tuo. *Pf.* 44.

AD II. VESPERAS.

*Ant.* **V**irgines accipientes 4. E. **V**lám-pades suas, exierunt óbviám sponso & sponsæ. *Matth.* 25.

*Ant.* 3. a. Prudentes acceperunt óleum in vasis suis cum lám-pádibus, & ornáverunt lám-pades suas. *Matth.* 25.

*Ant.* 7. d. Médiá nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit, exite óbviám ei. *Matth.* 25.

*Ant.* 2. D. Venit sponsus ; & quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad nuptias. *Matth.* 25.

*Ant.* 1. D. Virgines sequuntur Agnum quocúmque ierit : sine mácula enim sunt ante thronum Dei. *Apoc.* 14.

*Capitulum.* *Apoc.* 19.

**R**egnávit Dóminus Deus noster omnipotens : gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam ei ; quia venérunt nuptiæ Agni, & uxor ejus præparávit se.

*Hymnus, ut in I. Vesperis.*

*ÿ.* Hæreditas immaculatórum in æternum erit : *R.* Non confundentur in témpore malo. *Pf.* 36.

*Ad Magnificat. Ant.* 5. C. Casta generatio in perpétuum coronáta triumphat, incoinquinatórum certáminum præmíum vincens. *Sap.* 4.

*Oratio, ut supra ad Lant-des.*

## COMMUNE SS. MULIERUM.

## IN I. VESPERIS.

*Ant.* **S**icut sol oriens mundo  
1. a. **S**in altissimis Dei sic  
mulieris bonæ species in orna-  
mentum domus ejus. *Eccli* 26.

*Ant.* 2. **D.** Pars bona, mû-  
lier bona; in parte timéntium  
Deum dâbitur viro pro factis  
bonis. *Ibid.*

*Ant.* 3. **g.** Grátia super grá-  
tiam, mûlier sancta & pудо-  
rata. *Ibid.*

*Ant.* 4. **E.** Mulieris bonæ  
beátus vir; nûmerus enim an-  
nórum illius duplex. *Ibid.*

*Ant.* 5. **C.** Fallax grátia &  
vana est pulchritúdo; mûlier  
timens Dóminum ipsa laudá-  
bitur. *Prov.* 31.

*Capitulum.* *Ephes.* 5.

**R**elinquet homo patrem,  
& matrem suam, & ad-  
hærébit uxóri suæ; & erunt  
duo in carne una. Sacramen-  
tum hoc magnum est; ego  
autem dico in Christo & in  
Ecclésia. Verúntamen & vos  
singuli unusquisque uxórem  
suam sicut seipsum diligat;  
uxor autem timeat virû suum.

*In Dupl. 1. ordinis & supra.*

**Rz.** Mulierem fortem quis  
inveniet? Procul & de últimis  
finibus prætium ejus. \* Con-  
fidit in ea cor viri sui: reddet  
ei bonum, & non malum,  
ómnibus diébus vitæ suæ. *Ps.*  
Vir imágo & glória Dei est:  
mûlier autē glória viri est. \*  
Confidit in ea. Glória. \* Con-  
fidit in ea. *Prov.* 31. *1. Cor.* 11.

*Hymnus, ut infra ad Offi-  
cium Nocturnum.*

*Ps.* Anima ejus in bonis de-  
morábitur, *Rz.* Et semen ejus  
hæreditábit terram. *Ps.* 24.

*Ad Magnificat. Ant.* 6.  
Domus & divitiæ dantur a  
paréntibus; a Dómino autem  
proprie uxor prudens. *Prov.*  
19.

*Oratio, ut infra ad Laudes.*  
[*In Solemnibus ad Comple-  
torium super Psalmos.*

*Ant.* 3. **g.** Mûlier sensata,  
& tãcita: non est immutatio  
eruditæ animæ. *Eccli.* 26.]

## AD OFFICIUM NOCT.

*Invit.* Deum in quo sperant  
sanctæ muliêres, \* Venite,  
adorémus. *1. Petr.* 3.

*Pf.* 94. Venite. 2.

*Hymnus.*

**A**DESTE, sanctæ Cônju-  
ges;

En illa fortis Fémina,  
Ornata quæ virtútibus  
Inter triumphat Cœlites.

BLANDOS ut hostes vince-  
ret,

Hanc fortitúdo véstiit:  
Ut profit intuentibus,  
Cœlestis ornávit decor.

NON vana pompa scûli  
Sensus sefellit, nec malis  
Gliscens voluptas ártibus  
Virile pectus mólliit.

NON illa luxu véstium,  
Non crine toro splénduit:  
Cultu nitens sed simplice,  
Puris placébat móribus.

SE sub serénis vultibus  
Austéra virtus ócculit:  
Timet vidéri, ne suum,  
Dum prodit, amittat decus.

PASCENDA cœlesti cibo,

Sacris studébat litteris;  
Templo frequens, sed sédula  
Redibat ad curam domus.

ÆTERNE tu Verbi Pater;  
Æterne Fili par Patri;  
Et par utrique Spiritus,  
Tibi, Deus, sit glória.  
Amen.

## IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Mulieres subdita  
estote viris, sicut oportet,  
in Dómino. *Coloss.* 3.

Ant. 8. c. Oportet mulieres  
esse pudicas, non detra-  
hentes, sóbrias, fideles in  
ómnibus. *1. Tim.* 3.

Ant. 1. f. Prudentiam dó-  
ceant adolescentulas, viros  
suos ament, filios suos dili-  
gant. *Tit.* 2.

Ÿ. Deus habitare facit in  
domo, R. Matrem filiorum  
latantem. *Pf.* 112.

Lectiones, de Scriptura oc-  
currente.

R. j. Mulieres viris suis  
subditæ sint; sicut Dómino:  
\* Quóniam vir caput est mu-  
lieris, sicut Christus caput est  
Ecclesiæ, ipse salvator corpó-  
ris ejus. Ÿ. Mulier si primá-  
tum hábeat, contrária est  
viro suo. \* Quóniam: *Eph.*  
5. *Eccli.* 25.

R. ij. Filii sanctorum su-  
mus, & \* Non possumus ita  
conjugi, sicut gentes, quæ  
ignorant Deum. Ÿ. Non vo-  
cavit nos Deus in immundí-  
tiam, sed in sanctificatióne.  
\* Non possumus. *Tob.* 8. 1.  
*Theff.* 4.

R. iij. Gracia mulieris sé-  
dulæ delectabit virum suum:  
\* Disciplina illius datum Dei  
est. Ÿ. Quæ filios aut nepó-  
tes habet, discat domum suã

regere; hoc enim acceptum  
est coram Deo. \* Disciplina:  
Glória. \* Disciplina. *Eccli.*  
26. 1. *Tim.* 5.

## IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Deprecabatur  
Dóminum, dicens: Dómine  
mi, qui rex noster est solus,  
adjuva me, cujus præter te  
nullus est auxiliator álius.  
*Esther* 14.

Ant. 5. a. Dómine, qui  
habes ómnium scientiam;  
nosti quia óderim glóriam  
iniquorum. *Ibid.*

Ant. 6. Tu scis quod nun-  
quam lætata sit ancilla tua  
nisi in te, Dómine Deus. *Ibid.*

Ÿ. Ad ómnia mandata tua  
dirigébar. R. Omnem viam  
iniquam ódio hábui. *Pf.* 116.

Lectiones, ut in Proprio.

R. iv. In oratione perfis-  
tens cum lacrymis deprecá-  
batur Deum: \* Ad te, Dó-  
mine, faciem meam converto;  
ad te óculos meos dirigo. Ÿ.  
Omne datum optimum, &  
omne donum perfectum de-  
fursum est, descendens à Pa-  
tre lúminum. \* Ad te. *Tob.* 3.  
*Jac.* 1.

R. v. Dilexi, Dómine;  
mandata tua super aurum &  
topázion; \* Propterea ad óm-  
nia mandata tua dirigébar;  
omnem viam iniquam ódio  
hábui. Ÿ. Quæ participatió  
justitiæ cum iniquitate? \*  
Propterea. *Pf.* 118. 2. *Cor.* 6.

R. vij. Tu scis, Dómine;  
\* Quia † Nunquam cum lu-  
dentibus miscui me, neque  
cum his, qui in levitate ám-  
bulant participem me præ-  
bui: virum autem cum timó-  
re tuo, non cum libidine

mea consensu suscipere. *Ps.*  
Gratias ago Deo cui seruo  
in conscientia pura. \* Quia.  
† Gloria. †. Nunquam. *Tob.*  
3. 2. *Tim.* 1.

**IN III. NOCTURNO.**

*Ant.* 2. D. Manum suam  
misit ad fortia, & digiti ejus  
apprehenderunt fufum. *Pro-*  
*verb.* 31.

*Ant.* 7. c. Quæsiuit lanam  
& linum, & operata est con-  
silio manuum suarum. *Ibid.*

*Ant.* 8. G. Facta est quasi  
navis institoris, de longè  
portans panem suum. *Ibid.*

*Ps.* Disperfit dedit pauperi-  
bus; *R.* justitia ejus manet  
in seculum seculi. *Pf.* 111.

*Evangelium & Homilia, ut*  
*in Proprio.*

*R.* vij. Roboravit brachiū  
suum, \* Non timebit domui  
sue à frigoribus nivis: om-  
nes enim domestici ejus vesti-  
ti sunt duplicibus. *Ps.* Tun-  
cas & vestes faciebat illis. \*  
Non timebit. *Prov.* 31. *Act.* 9.

*R.* viij. Os suum aperuit  
sapientiae, & lex clementiae  
in lingua ejus: \* Consideravit  
semitas domus suae, & pa-  
nem otiosa non comedit. *Ps.*  
Quod decet mulieres promit-  
tentes pietatem per opera bo-  
na: \* Consideravit. *Prov.* 31.  
*1. Tim.* 2.

*R.* ix. Non extinguetur lu-  
terna ejus; \* Manum suam  
aperuit inopi, & palmas suas  
extendit ad pauperem; *Ps.*  
Hæc erat plena operibus bo-  
nis & elemosynis quas faciebat.  
\* Manum. Gloria Pa-  
tri, & Filio, & Spiritui san-  
cto. \* Manum. *Prov.* 31. *Act.* 9.  
Te Deum.

**A D L A U D E S.**

*Ant.* **E** Rat hæc in omnia  
4. a. **E** bus famosissima,  
quoniam timebat Dominum  
valde; nec erat qui loqueretur  
de illa verbum malum.  
*Judith.* 8.

*Ant.* 1. a. Magna facta est,  
erat etiam virtuti castitas ad-  
iuncta. *Judith.* 16.

*Ant.* 3. a. Induens se ci-  
licio posuit cinerem super ca-  
put suum; & prosternens se  
Domino clamabat ad Domi-  
num. *Judith.* 9.

*Ant.* 6. Confitebatur Do-  
mino, & loquebatur de illo  
omnibus qui expectabant red-  
emptionem Israel. *Luc.* 2.

*Ant.* 1. f. Filios educavit,  
hospitio recepit, sanctorum  
pedes lavit, tribulationem  
patientibus ministravit,  
omne opus bonum subsecuta  
est. *1. Tim.* 5.

*Capitulum.* 1. *Tim.* 2.

**M**ulier salvabitur per fi-  
liorum generationem,  
si permanserit in fide, & di-  
lectione, & sanctificatione  
cum sobrietate.

*Hymnus.*

**A**RDET Deo quæ femina,  
Latere frustra cogitat:  
Quot indigos hæc sublevat,  
Tot proditur præconibus.

PRODESSE querit omni-  
bus,

Curis honestis anxia;  
Patrona custos virginum,  
Secunda mater orphanis.

PANNIS latentem vilibus  
Christum fovébat hospitem:  
Quas dura subtraxit sibi,  
Opes refundit prodiga.

PACEM domi, pacem foris,  
Alto colit silentio:

Lites amat componere,  
Ut una mens sit omnibus.

ÆTERNE tu Verbi Pater,  
Æterne Fili par Patri;  
Et par utriusque Spiritus,  
Tibi, Deus, sit gloria. Amen.

Ÿ. Adhæsit anima mea post  
te, Deus meus: R. Me suscepit  
dextera tua. Ps. 62.

Ad Benedictus. Ant. 5. C.  
Fortitudo & decor indumentum  
ejus: Dare ei de fructu  
manuum suarum, & laudent  
eam in portis opera ejus. Pro-  
verb. 31.

Si sit Martyr.

Oratio.

DEUS, cujus gratiâ virtus  
in infirmitate perficitur,  
largire nobis beatæ N. Mar-  
tyris tuæ passionem recolenti-  
bus; ut quæ à te accepit ut  
vinceret, à te quoque vincendi  
gratiam nobis obrineat; Per.

Si non sit Martyr.

Oratio.

TUORUM corda fidelium,  
miserator illustra, & beata  
N. precibus ac meritis, fac  
nos terræ despiciere & amare  
cælestia; Per.

Si sit Vidua.

Oratio.

DEUS in quem sperat om-  
nis anima, quæ longè à  
te exulans in terris se verè  
viduam sentit ac desolatam:  
tribue nobis, quæsumus, ut  
exemplo beatæ N. nocte ac  
die obsecrationibus & orationi-  
bus instantes, cælestium  
consolationum mereamur esse  
participes; Per.

AD PRIMAM.

Ant. Erat.

AD TERTIAM.

Ant. Magna.

Capitulum. Eccli. 40.

Fili, & ædificatio civitatis  
confirmabit nomen; &  
super hæc mulier immaculata  
computabitur.

R. br. Perambulabam \*  
In innocentia cordis mei.  
Perambulabam. Ÿ. In medio  
domus meæ. \* In innocentia.  
Gloria. Perambulabam. Ps. 100.

Ÿ. Iniquitatem odio há-  
bui, R. Legem autem tuam  
dilexi. Ps. 118.

AD SEX TAM.

Ant. Induens.

Capitulum. 1. Tim. 2.

VOLO orare mulieres in  
hábitu ornato, cum ve-  
recundia & sobrietate ornan-  
tes se, & non in tortis crini-  
bus, aut auro, aut margaritis,  
vel veste pretiosa; sed  
quod decet mulieres, promit-  
tentes pietatē per opera bona.

R. br. Expectavi Dominum,  
\* Et intendit mihi. Ÿ. Ex-  
pectavi. Ÿ. Et exaudivit pre-  
ces meas, \* Et intendit mihi.  
Gloria Patri. Expectavi Dó-  
minum. Ps. 39.

Ÿ. Venite, & videte opera  
Dei, R. Qui posuit animam  
meam ad vitam. Ps. 65.

AD NONAM.

Ant. Filios.

Capitulum. 1. Petr. 3.

MULIERES subditæ sint vi-  
ris suis; ut & si qui  
non credunt verbo, per mu-  
lierum conversationem sine  
verbo lucrifiant, consideran-  
tes in timore castam conver-  
sationem vestram.

R. br. Particeps ego sum \*  
Omnium timentium te. Par-  
ticeps. Ÿ. Custodiéntiū man-  
data tua; \* Omnium. Gló-

ria. Particeps. *Pf.* 118.  
 V. Oculi mei ad fidelester-  
 ra, ut sedeant mecum: *R.*  
 Ambulans in via immaculata  
 hic mihi ministrabat. *Pf.* 100.

## AD II. VESPERAS.

*Ant.* Surrexerunt filii ejus,  
 1. g. S & beatissimam præ-  
 dicaverunt; vir ejus & lau-  
 davit eam. *Prov.* 31.

*Ant.* 5. a. Benedixerunt eam  
 omnes unâ voce dicentes: Tu  
 gloria Jerusaleme, tu lætitia  
 Israel, tu honorificentia pò-  
 puli nostri. *Judith.* 15.

*Ant.* 3. a. Benedicta es à  
 Domino: scit enim omnis  
 populus mulierem te esse vir-  
 tutis. *Ruth.* 3.

*Ant.* 6. Fecisti viriliter &  
 confortatum est cor tuum;  
 eò quod castitatem amaveris,  
 ideo eris benedicta in æter-  
 num. *Judith.* 15.

*Ant.* 7. a. Non est in ser-  
 monibus tuis ulla reprehèn-  
 sio: nunc ergo ora pro no-  
 bis, quoniam mulier sancta  
 es, & timens Deum. *Judith.* 8.

*Capitulum.* *Judith.* 13.

**B**enedicta tu à Deo tuo  
 in omni tabernaculo Ja-  
 coh, quoniam in omni gente,  
 quæ audierit nomen tuum,

magnificabitur super te, Deus  
 Israel.

*Hymnus.*

**O**JAM beata, quæ suo  
 Tandè soluta corpore,  
 Vinculis perenniõribus  
 Uni Deo conjungitur!

PER quos gradus cœlum  
 petit,

Hæc ire vos omnes docet,  
 Junctæ jugali vinculo,  
 Et vos solutæ Conjuges.

INSIGNIS & nos femine  
 Sequi decet vestigia,  
 Magnum vel ipsis quæ fuit  
 Virtutis exemplum viris.

QUEIS arsit illa, fac, Deus,  
 Flagremus & nos ignibus;  
 Eoque, quo te vis coli,  
 Amore fac mens te colat.

ÆTERNE tu Verbi Pater,  
 Æterne Fili par Patri,  
 Et par utriusque Spiritus,  
 Tibi, Deus, sit gloria.

Amen.

V. Anima mea exultabit in  
 Domino, *R.* Et delectabitur  
 super salutari suo. *Pf.* 34.

*Ad Magnificat.* *Ant.* 3. E.  
 Exue te stolâ luctûs, & indue  
 te decore & honore ejus, quæ  
 à Deo tibi est, sempiternæ  
 gloriæ. *Baruch.* 5.

*Oratio, ut supra ad Lau-  
 des.*



# COMMUNE

## LECTIONUM

### PATRONI VEL PATRONÆ, AUT ETIAM PLURIUM PATRONORUM ECCLESIE ALICUJUS PRIVATÆ.

**I**N Ecclesiis ubi Officium proprium de Patronis non habetur; eorum Festa ad eum modum celebrantur, qui in Rubricis Breviarii generalibus præscribitur; nempe ritu solemniori primi ordinis, omnia sumendo in Breviario, primum de Proprio, si quid in eo habeatur, deinde de Communi cujusque Sancti, secundum titulum ejus & dignitatem, id est, vel Apostoli, vel Martyris, & aliorum similiter.

Lectio I. Nocturni dicuntur ut sequitur pro unoquoque Communi.

In II. Nocturno, si nihil omnino habetur in Breviario de Sancto cujus fit Officium, tres Lectiones pariter dicuntur ut hic notantur pro unoquoque Communi. Si verò vel una vel duæ Lectiones in Breviario de illo Sancto habentur, præferentur his quæ hic notantur; quibus proinde locus non erit, nisi quando vel nulla propria aderunt, vel non sufficient, aut dividi commodè non poterunt. Ubi verò una vel duæ habebuntur, pro secunda vel tertia ritè sumentur quæ prima vel secunda in unoquoque Communi hic ponuntur.

In III. Nocturno, tres Lectiones hic appositæ pro unoquoque Communi adhibebuntur.

Nulla hic in secundo & tertio Nocturno appositæ sunt Lectio- nes pro Patrono Apostolo; quia nullus est cujus Festum non habeat Lectiones utriusque Nocturno proprias in Breviario.

Circa Officium dierum intra Octavam servabuntur pariter quæ præscribuntur in Rubricis generalibus, Parte I. cap. II. n. 3. de Octavis Festorum Solemnium I. ordinis ad secundum ordinem pertinentibus: cujusmodi declarantur ibidem Octavæ Festorum Patroni; ideòque Dominicâ intra Octavas hujusmodi occurrente (modò aliàs privilegiata non sit) totum Officium fiet de Octava, cum Commemoratione Dominica occurrentis in utrisque Vesperis & Laudibus, & ix. Lectione. Lectio I. Nocturni de Scriptura occurrente sumentur, adhibitis in II. & III. Nocturno quæ hic communes Patronis cujuscumque tituli & dignitatis notantur.

Diei Octava Officium erit duplex 1. Ordinis cum Lectionibus pro II. & III. Nocturno pariter Communibus.

Diebus infra Octavam Patronorum, Officium est semiduplex. Sunt etiam Lectiones communes, singulis ejusmodi diebus assignata.

Si nihil in Breviario habetur de aliquo Sancto non Patrono, ejus Festum alicubi forte celebrari debeat, vel si Festum ali-quod celebrandum occurrat solemniori ritu, quam in Breviario noteur; qua ad ejusmodi Festum peragendum in Proprio deerunt, supplenda erunt ex hoc Communi.

## DIE FESTO.

### PRO APOSTOLO.

#### IN I. NOCTURNO.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectione 1. Cap. 4.

**S**ic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Mihi autem pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium; & tunc laus erit unicuique a Deo.

Lectione 2.

**H**æc autem, Fratres, transfiguravi in me & Apollo propter vos; ut in nobis discatis, ne supra quam scriptum est, unus adversus alterum infletur pro alio. Quis

enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Jam saturati estis, jam divites facti estis: sine nobis regnatis; & utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus! Puto enim quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit tanquam morti destinatos; quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

Lectione 3.

**N**os stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus; & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium perisphema usque

adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo; sed ut filios meos carissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres: nam in Christo

Jesu per Evangelium ego vos genui.

IN II. & III. NOCTUR.

Lectioes, ut in Proprio Sanctorum.

## DIE FESTO.

### PRO UNO MARTYRE.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola secunda B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio i. Cap. 4.

**D**Eus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus; ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiāmur: aporiāmur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: deiecimur, sed non perimus; semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.

Lectio ij.

**S**emper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum; ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in vobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum; & nos cre-

dimus propter quod & loquimur: scientes quoniam qui suscitavit Jesum, & nos cum Jesu suscitabit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos; ut gratia abundans, per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus: sed licet is qui foris est, noster homo corumpatur, tamen is qui intus est, renovatur de die in diem.

Lectio iij.

**I**D enim quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis; non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna sunt. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est superinducipientes; si tamen vestiri,

non nudi inveniámur. Nam & qui sumus in hoc tabernáculo, ingemíscimus graváti, eò quòd nolumus expoliári, sed supervestiri; ut absorbeátur quod mortále est, à vita.

*IN II, NOCTURNO.*

Sermo S. Augustini Episcopi.  
*Serm. 311. in nat. S. Cypriani Martyris.*

*Lectio iv.*

**I**stum nobis festum diem passio beatissimi Mártyris fecit, cujus nos victóriæ celebrítas in istum locum devotíssimos congregávit. Sed celebrátio solemnitátis Mártyrum imitátio debet esse virtutum. Fácile est honórem Mártyris celebráre; magnum est fidem atque paciéntiam Mártyris imitári. Hoc sic agámus, ut illud optémus: hoc sic celebrémus, ut illud potiùs diligámus. Quid laudámus in fide Mártyris? Quia usque ad mortem pro veritáte certávit, & ideò vicit. Blandientem mundum contempfit, sævienti non cessit; ideò victor ad Deum accessit.

*Lectio v.*

**A**bundant in isto século errores & terróres: beatíssimus Mártyr errores sapiéntiá, terróres paciéntiá superávit. Magnum est quòd fecit: secútus Agnum, leonem vicit. Quando persecútor sæviébat, leo fremébat; sed quia Agnus sursùm attendebátur, leo deorsùm calcabáur. Cogitáte, fratres, quale fuit mitti hómines per orbem terrárum prædicáre hóminem mórtuum resurrexisse, in cælum ascendisse, & pro ista prædicatióne pépeti

omnia quæ insániens mundus inferret, damna, exília, vincula, tormenta, flammás, béstias, cruces, mortes.

*Lectio vi.*

**A**lius moriebátur, ut álius honorarétur; álius occidebátur, ut álius colerétur. Numquid hoc facerent, nisi flagrantia caritátis de cõsciéntia veritátis? Prædicaverunt mórtuum quem sciébant vivum. Sciébant pro qua vita contémnerent vitá: sciébant pro qua felicitáte ferrent transitoriam infelicitátem, pro quibus præmiis ista damna contémnerent. Fides eórum cum toto mundo non appenderétur. Audierant: Quid prodest hómini, si totum mundum lucrétur, animæ autem suæ detrimentum patiáur?

*IN III, NOCTURNO.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.*

*Lectio vij. Cap. 10.*

**I**n illo témpore; Dixit Jesus discipulis suis: Non est discipulus super magistrú, nec servus super dómimum suum. Et réliqua.

*Homília sancti Cypriani Episcopi & Mártyris.*

*Epístola 56. qua est de exhortatione ad martyrium ad Thibaritanos.*

**G**audere nos in persecutióibus voluit Dóminus; quia tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur milites Dei, tunc Martyribus patent cæli. Neque enim sic nomen militiæ dedimus, ut pacem tantummodò cogitáre, & recusáre militiam debeámus, quando in ipsa militiam primus

ambulaverit Dominus, humilitatis & tolerantiae passionis magister; ut quod fieri docuit, prior faceret; & quod pati hortatur, prior pro nobis ipso pateretur. Sit ante oculos, Fratres dilectissimi, quod qui omne iudicium a Patre solus accepit, & qui venturus est & iudicaturus, jam iudicii sui & cognitionis futurae sententiam protulerit, praenuntians & contestans confesurum se coram Patre suo confidentes, & negaturum negantes.

*Longè post præc. Lectio viij.*

**N**equè aliquis persecutionis metu sic terreatur, ut non evangelicis exhortationibus & præceptis, ac monitis caelestibus, ad omnia inveniatur armatus. Irascitur adversarius & minatur, sed est qui possit de ejus manibus liberare. Ille metuendus est, cujus iram nemo potest evadere, ipso praemonente & dicente: Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: magis autem metuite eum qui potest & corpus & animam occidere in gehennam. Et iterum: Qui amat animam suam, perdet illam; & qui odit animam suam in isto seculo, in vitam aeternam conservabit illam. Ecce agon sublimis & magnus, & coronae caelestis praetio gloriosus. Praeliantes nos

spectat Deus, spectant Angeli ejus, spectat & Christus. Quanta est gloriae dignitas, quanta felicitas, praesente Deo congredi, & Christo iudice coronari!

*Lectio ix.*

**A**rmemur viribus totis, & paremur ad agonem mente incorrupta, fide integra, virtute devota. Armat nos Apostolus, dicens: Induite arma Dei, ut possitis resistere in die nequissimo. Induamus loricae justitiae, ut contra inimici jacula munus sit pectus & tutum. Calceati sint evangelico magisterio, & armati pedes; ut cum serpens calcari a nobis coeperit, mordere & supplantare non possit. Portemus scutum fidei, quo protegente, quidquid jaculatur inimicus possit extingui. Accipiamus ad tegumentum capitis galeam salutarem, ut muniatur aures, ne audiant edicta feralia. Muniatur oculi, ne videant detestanda simulacra: muniatur frons, ut signum Dei incolume servetur: muniatur os, ut Dominum suum Christum victrix lingua fateatur. Armemus & dexteram gladio spiritali, ut sacrificia funesta fortiter respuat, & Eucharistiae memor, quae Domini corpus accepit, ipsum complectatur, postea a Domino sumptura praemium caelestium coronari.



## DIE FESTO

## PRO PLURIBUS MARTYRIBUS.

## IN I. NOCTURNO.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

*Lectio j. Cap. 8.*

**F**Ratres; Debitóres sumus non carni, ut secundum carnem vivámus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriémmini: si autem spíritufacta carnis mortificaveritis, vivétis. Quicumque enim Spíritu Dei agantur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spíritum servitútis iterum in timóre; sed accepistis spíritum adoptionis filiórú, in quo clamámus: Abba, Pater. Ipse enim Spíritus testimonium reddit spíritui nostro, quòd sumus filii Dei. Si autem filii, & hærédes: hærédes quidem Dei, cohærédes autem Christi; si ramen compátimur, ut & conglorificémur. Existimo ení quòd non sunt condignæ passíones hujus témporis ad futuram glóriam quæ revelábitur in nobis. Nam expectátio creaturæ revelatióem filiórú Dei expectat.

*Lectio ij.*

**S**Cimus autem quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propósitum vocáti sunt sancti. Nam quos præscívit, & prædestinávit conformes fieri imáginis filii sui, ut sit ipse primogénitus in multis fratribus. Quos au-

tem prædestinávit, hos & vocávit: & quos vocávit, hos & justificávit; quos autem justificávit, illos & glorificávit. Quid ergo dicémus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui étiam próprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis ómnibus tradidit illum: quómòdò non étiam cum illo ómnia nobis donávit? Quis accusábit adversis electos Dei? Deus qui justificat. quis est qui condemnet? Christus Jesus, qui mórtuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui étiam interpellat pro nobis.

*Lectio iij.*

**Q**uis ergo nos separábit à caritate Christi? Tribulatio, an angústia, an fames, an nuditás, an periculum, an persecútio, an gladius? Sicut scriptú est: Quia propter te mortificámur totà die, æstimáti sumus sicut oves occisiónis. Sed in his ómnibus superámus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principátus, neque virtútes, neque instantia, neque futura, neque fortitúdo, neque alitúdo, neque profundum, neque creatúra ália póterit nos separáre à caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Dómino nostro.

## IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

Serm. 335. in nat. Mart.

Lectio iv.

**Q**UONIAM dies sanctorum Martyrum est, unde potius aliquid delectet nos dicere, nisi de gloria ipsorum? Adjuvet nos Dominus Martyrum. Audivimus paulo ante beatum Paulum Apostolum predicantem: Quis nos separabit a caritate Christi? Ista vox est Martyrum. Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est: Propter te morte afficimur tota die, deputati sumus ut oves occisionis: sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. Hec est vox Martyrum, omnia tolerare, & de se nihil presumere; illum diligere qui glorificatur in suis: ut qui gloriatur, in Domino gloriatur.

Lectio v.

**N**OVERUNT & illud quod nos cantavimus paulo ante: Lætamini in Domino, & exultate, iusti. Si iusti in Domino lætantur, iniusti non novèrunt lætari nisi in seculo. Sed ipsa est prima acies debellanda. Primò vincendæ sunt delectationes, & postea dolores. Quomodo potest superare mundum sævientem, qui non potest superare blandientem? Blanditur hic mundus pollicendo honores, divitias, voluptates: minatur hic mundus intentando dolores, egestates, humilitates.

Qui non contemnit quod pollicetur, quomodo superare potest quod minatur?

Lectio vj.

**H**ABENT delectationem suam divitiarum, quis nesciat? Sed plus habet delectationis iustitia. Delectare divitiis cum iustitia. Ubi autem talis articulus tentationis incidit, ut duo hæc veniant in tentationem, divitiarum & iustitia; & non possis habere utrumque: sed si miseris manum ad divitias, necesse est ut amittas iustitiam; si miseris manum ad iustitiam, pereant divitiarum. Modò elige, modò pugna; modò videamus si non sine causa cantasti: Lætamini in Domino, & exultate, iusti; modò videamus si non sine causa audisti: Quis nos separabit a caritate Christi? Et quidem prætermisit omnia quibus blanditur mundus, & te voluit commemorare cui blanditur mundus. Quare? Quia certamina Martyrum pronuntiabat: illa utique certamina, ubi vicèrant persecutionem, famem, sitim, egestatem, ignominiam; ad extremum timorem mortis, & hostem sævissimum.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 6.

**I**N illo tempore; Descendens Jesus de monte, stetit in loco campestri; & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerusale, & maritima, & Tyri, & Sidonis. Et reliqua.

Homília sancti Ambrósii  
Epíscopi.

Lib. 1. Off. Cap. 15. & 16.

**N**on potest quis præmiũ accipere, nisi legitime certaverit: nec est gloriósa victória, nisi ubi fuerint laboriósas certamina. Nonne injustus est, qui antè quærat præmiũ, quam certamen fuerit absolútum? Ideòque Dóminus in Evangélio ait: Beati qui persecutiónem patiuntur propter justitiam, quóniam ipsórum est regnum cœlórum: beati estis, cum vos maledicent hómines, & persecuentur, & dicent omne malum adversum vos propter justitiam; gaudete, & exultate, quóniam merces vestra copiósas est in cœlo. Futuram, non præsentem, in cœlo, non in terra, mercèdem promisit esse reddendam. Quid álibi poscis quod álibi debetur? Quid præproperè coronam exigis, ante quam vincas? Quid detérgere pulverem, Quid requiescere cupis? Quid epulári gestis, antequam stádium solvatur? Adhuc pópulus spectat, adhuc athlétæ in scámmate sunt; & tu jam ótium petis?

*Lectio viii.*

**S**ed fortè dicas: Cur impii lætantur? cur luxuriantur?

cur etiam ipsi non mecum laborant? Quóniam qui non subscripserint ad coronam, non tenentur ad labórem certaminis: qui in stádium non descenderint, non se perfundunt oleo, non obliniunt pulverem. Quos manet glória, expectat injúria. Unguentati spectare solent, non decertare, non solem, æstus, pulverem, imbresque pèrpeti. Dicant ergo & ipsis athlétæ: Venite, nobiscum laborate. Sed respondébunt spectatòres: Nos híc interim de vobis judicamus; vos autem sine nobis coronæ, si vicéritis, glóriam vindicábitis.

*Lectio ix.*

**I**sti igitur qui in deliciis, qui in luxúria, rapinis, quæstibus, honoribus, stúdia posuerunt sua, spectatòres magis sunt quam præliatòres. Habent lucrum labóris, fructum virtútis non habent. Fovent ótium, astutiã & improbitate ággerant divitiarum acervos; sed exolvent, seram licet, nequitie suæ pœnam. Perfectórum est coronas. Expecta ut veniat quod perfectũ est, quando non per spécies in ænigmate, sed facie ad faciem formam ipsam redoptetæ veritatis possis agnoscere.

## DIE FESTO

### PRO SS. PONTIFICIBUS.

IN I. NOCTURNO.

De Epístola prima B. Pauli  
Apóstoli ad Timótheum.

*Lectio. 1. Cap. 3.*

**F**idélis sermo: Si quis Episcopatum desiderat, bonũ

opus desiderat. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxóris virum, sobriũ, prudentem, ornatũ, púdicum, hospitálem, doctórem, non violentum, non

percussorem, sed modestum; non litigiosum, non cupidum, sed suae domui bene praepositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suae praesse nescit, quomodo Ecclesiae Dei diligentiam habebit? Non neophytum; ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt; ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

De Epistola ad Titum.

*Lectio ij. Cap. 1.*

**O**portet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum; sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem; ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores, maxime qui de circumfusione sunt, quos oportet redargui; qui universas domos subvertunt, docentes quae non oportet, turpis lucri gratia.

*Lectio iij. Cap. 2.*

**T**U autem loquere quae decent sanam doctrinam. Senes, ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter, in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docen-

tes, ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant; prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei. Iuvenes similiter hortare, ut sobrii sint. In omnibus teipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile, ut is qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

*IN II. NOCTURNO.*

Sermo sancti Joannis

Chrysostomi.

*Hom. 20. in Epist. 1. ad Tim.*

*Lectio iv.*

**S**I quis Episcopatum appetit, non principatus ac dominationis fastu, sed pro cura regiminis & caritatis affectu, non improbo: bonum quippe desiderat opus. Quippe & Moyses eandem rem appetivisse cognoscitur. Verum ille huiusmodi potentiam ambitumque dominandi nequaquam quaesivit; sed eam rem ita cupivit, ut nec contumeliam audire refugeret, cum illi diceretur: Quis te constituit principem & iudicem super nos? Si quis igitur ita desiderat, desiderat bene. Episcopatus enim ex eo dicitur, quod omnes inspiciat cunctaque speculetur. Oportet igitur Episcopum irreprehensibilem esse. Hoc unico verbo genus omne virtutum expressit. Itaque qui sibi vel levis culpae conscius est, male profecto facit eam rem appe-

rens, quâ indignum se per opera facit. Non enim decet hujusmodi régere, sed potius regi. Eum quippe qui regendos alios suscipit, tantâ decet gloriâ virtutis excellere, ut instar solis, ceteros veluti stellarum igniculos in suo fulgore obscuraret. Debet hujusmodi vitam habere immaculatam atque compositam; ut omnes in illum & in ejus vitam, veluti in exemplum aliquod excellens, intueantur.

*Lectio v.*

**O**portet Episcopum vigilantem esse, hoc est, clarissimâ mentis acie præditum, innumerisque habentem omni ex parte oculos, quibus acutissimè cuncta prospiciat. Sunt quippe plura quæ incidant, & mentis hebetent aciem, puta concupiscentiæ desideria, curæ quotidianæ, rerumque perturbatio; & plurima id genus undique imminet. Vigilantem igitur esse necesse est cum, qui non tantum sui curam habet, verum etiam reliquorum. Decet esse pervigilem cum qui ejusmodi est, ac spiritu vivere, & affectus sui flammam operibus ipsis ostendere, sollicitudine atque industriâ præcellere; ut die noctuque exercitum & castra perlustret, laboret, & sui officii munus diligentissimè impleat, atque omnium curam & sollicitudinem gerat. Pudicum, addit, ornatum, & hospitalitatis amatorem. Ista & in subditis plerumque videas. Verum quoniam oportet cum & ea quæ sunt rectoris habere, idcirco subjunxit:

Aptum ad docendum. Hoc quippe à subditis nequaquam exigitur: ceterum illi ante omnia adesse debet, qui hujusmodi suscepit officium.

*Lectio vj.*

**I**dcirco nos elegit Deus, ut simus quasi luminaria, ut veluti fermentum evadamus, ut magistri cæterorum efficiamur, ut veluti Angeli cum hominibus versemur in terris, ut tanquam viri cum infantibus & pueris, quasi spirituales cum animalibus, ut ex contubernio nostro ingentia lacra conquirant; ut semina simus, ut fructum lætissimum afferamus. Nihil opus esset verbis, si hunc in modum vita nostra sanctitatis luce fulgeret. Nihil magistris opus esset, si virtutis probos actus præferremus. Nemo profectò Gentilis esset, si ipsi ut oportet Christiani esse curaremus, si Dei monitis ac scitis obtemperaremus, si injurias perpeSSI vicè non referremus, si maledictis lacessiti benediceremus, si pro malis bona redderemus. Nemo esset ita fera bellua, ut non statim ad cultum veræ religionis accurreret, si videret hæc ab omnibus fieri. Atque ut discas ita esse, unus Paulus qui talis fuit, tot populos attraxit ad Dei notitiam. Si omnes essemus hujusmodi, quot terrarum orbes & ipsi attrahere possemus?

*IN III. NOCTURNO.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.*

*Lectio vij. Cap. 24.*

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis quâ hora Dominus

Dominus vester venturus sit. Et reliqua.

Homilia S. Fulgentii Episcopi.

**D**ominicus sermo quem debemus omnes, non solum studiosè, verùm etiã sapienter audire, cui nos oportet humiliter ac delectabiliter obedire, moderatiõnis suæ tenens ubique temperiem, ut nec ovibus desint pabula, nec pastoribus alimenta; quædam specialiter solis præcipit nobis, quædam verò generaliter & nobis & vobis. Nobis namque (id est, servis, quos Pater ille familias, rerum omnium Dominus, ad hoc in sua magna domo constituit, ut populo ejus verbum gratiæ ministremus) specialiter adjungitur sanctæ prædicationis officium; generaliter verò & nobis & vobis salutaris indicitur observantia mandatorum.

*Lectio viij.*

**S**ervorum igitur, quos populo suo præposuit Dominus, specialiter volens officium demonstrare, ait: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus, invenerit ita facientem. Quis est iste Dominus, Fratres? Christus sine dubio, qui suis discipulis ait: Vos vocatis me, Magister & Domine, & bene dicitis: sum etenim. Quæ est etiã hujus Domini familia? Nimirum illa est, quam ipse Dominus de manu inimici redemit, & suo dominio

*Br. Mir. Pars Æstiva.*

mancipavit. Hæc autem familia sancta est Ecclesia catholica, quæ per orbem terræ copiosâ fertilitate diffunditur, & redemptam se pretioso sui Domini sanguine gloriatur.

*Lectio ix.*

**D**ispensator verò quis sit, quem oportet esse fidellem pariter ac prudentem, Paulus nobis ostendit Apostolus, qui de se suisque sociis loquens, ait: Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Ne quis autem nostrum solos Apostolos dispensatores factos existimet; neglectoque militiæ spiritualis officio, servus piger infideliter imprudenterque dormitet, ipse beatus Apostolus Episcopos esse dispensatores ostendens, ait: Oportet ergo Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem. Servi Patrisfamilias sumus, dispensatores Domini sumus; mensuram tritici quam vobis erogemus, accepimus. Quæ vera sit ista mensura tritici si quaeramus, ipsam quoque vobis beatus Paulus Apostolus ostendet, dicens: Unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei. Hujus tritici mensuram vobis in nomine Domini damus, quoties illuminati dono gratiæ spiritualis, secundum regulam veræ fidei disputamus; & eandem tritici mensuram per Dominicos dispensatores accipitis, cum quotidie per Dei famulos verbum veritatis auditis.

e

## DIE FESTO

## PRO S S. DOCTORIBUS.

## IN I. NOCTURNO.

De Libro Ecclesiastici.

*Lectio j. Cap. 39.*

**S**apientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conservabit, & in versutias parabolarum simul introibit. Occulta proverbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala in hominibus tentabit.

*Lectio ij.*

**C**or suum tradet ad vigilandum dilectulo ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replébit illum, & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ: & in oratione contébitur Domino: & ipse diriget consilium ejus & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur.

*Lectio iij.*

**I**pse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, & usque in seculum non delébitur. Non

recedet memoria ejus, & nomen ejus requireretur à generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem ejus enuntiabit Ecclesia.

## IN II. NOCTURNO.

Ex Libro S. Augustini Episcopi contra Julianum.

*Lib. 2. Cap. 10. Lectio iv.*

**S**anctos & in sancta Ecclesia illustres Antistites Dei, non Platonicis, & Aristotelicis, & Zenonicis, aliisque hujuscemodi, vel Græcis, vel Latinis, quanquam ex istis aliquos eorum, verum omnes sacris litteris eruditos, nominatim, sicut oportebat, expressi; eorumque sententias, quantum sufficere videbatur, sine ulla editas ambiguitate digessi; ut in eis timeas non ipsos, sed illum qui sibi eos utilia vasa formavit, & sancta templa construxit: qui tunc de ista causa judicaverunt, quando eos nemo potest dicere perperam, cuiquam vel adversari, vel favere potuisse. Nullas nobiscum vel vobiscum amicitias attendérunt, vel inimicitias exercuerunt: neque nobis, neque vobis irati sunt; neque nos, neque vos miserati sunt. Quod invenerunt in Ecclesia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus accepérunt, hoc filiis tradiderunt.

*Longè post præcedentia.*

*Lectio v.*

**I**sti Episcopi sunt docti ; graves , sancti ; veritatis acerrimi defensores adversus garrulas vanitates : in quorum ratione , eruditione , libertate , quæ tria bona iudici tribuisti , non potes invenire quod spernas. Si Episcopalis Synodus ex toto orbe congregaretur , mirum si tales possent illic facillè tot sedere , quia nec isti uno tempore fuerunt : sed fideles , & multis excellentiores paucos dispensatores suos Deus per diversas ætates temporum , locorumque distantias , sicut ei placet atque expedire iudicat , ipse dispensat. Hos itaque de aliis atque aliis temporibus atque regionibus ab Oriente & Occidente congregatos vides , non in locum quo navigare cogantur homines , sed in librum qui navigare possit ad homines.

*Lectio vj.*

**Q**uanto tibi essent isti iudices oprabiliiores , si teneres catholicam fidem ; tanto tibi sunt terribiliores , quia oppugnâs catholicam fidem , quam in lacte suserunt , quam in cibo sumplerunt , cuius lac & cibum parvis magnisque ministraverunt , quam contra inimicos , etiam vos tunc nondum natos , unde nunc revelâmini , apertissimè ac fortissimè defenderunt. Talibus post Apostolos sancta Ecclesia plantatoribus , rigatoribus , edificatoribus , pastoribus , nutritoribus crevit. Ideo profanas voces vestræ novitatis expavit ; & cauta ac

sobria , ex admonitione Apostolica , ne sicut serpens Evam seduxit astutiâ suâ , sic & mens ejus corrumpetur à castitate quæ est in Christo ; catholicæ fidei virginitate , insidias vestri dogmatis surrepentis exhorruit , & tanquàm caput colubri calcavit , obrivit , abiecit.

*IN III. NOCTURNO.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.*

*Lectio vij. Cap. 5.*

**I**n illo tempore ; Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ : quòd si sal evanuerit , in quo salietur ? Et reliqua.

*Homilia sancti Augustini Episcopi.*

*Lib. 1. de Serm. Domini in Monte. C. 6.*

**O**stendit Dominus fatuos esse judicandos ; qui temporalium bonorum vel copiam sectantes , vel inopiâ metuentes , amittunt æterna ; quæ nec dari possunt ab hominibus , nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit , in quo salietur ? Id est , si vos per quos condicendi sunt quoddammodo populi , metu persecutionum temporalium miseritis regna cælorum ; qui erunt homines per quos à vobis error auferatur , cum vos elegerit Deus per quos errorem auferat ceterorum ?

*Lectio viij.*

**E**rgo ad nihilum valet sal infatuatum , nisi ut mitratur foras , & calcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominibus , qui patitur persecutionem ; sed qui per-

secutiónem timendo insatuatur. Calcári enim non potest nisi inférior: sed inférior non est, qui quamvis corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in cælo est.

*Lectio ix.*

**V**os estis lumen mundi. Quómodo dixit supérius Sal terræ, sic nunc dicit Lumen mundi. Nam neque supérius ista terra accipienda est,

quam pèdibus corpóreis calcámus; sed hómines qui in terra hábitant, vel étiam peccatóres, quorum condiendis & extinguis putóribus Apóstolicum salem Dóminus misit in mundum. Et híc mundum, non cælum & terram, sed hómines qui sunt in mundo vel diligunt mundum, oportet intelligi, quibus illuminandis Apóstoli missi sunt.

## DIE FESTO

### PRO SS. PRESBYTERIS.

#### IN I. NOCTURNO.

De Epístola Beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

*Lectio j. Cap. 7.*

**M**elchisedech, Rex Salem, Sacerdos Dei summi, qui obviávit Abrahæ regresso à cæde regum, & benedixit ei: cui & décimas ómnium divisit Abraham: primum quidem qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autem & Rex Salem, quod est, rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium diérum, neque finem vitæ habens, assimilátus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpétuum.

*Lectio ij.*

**I**ntuemini autem quantus sit hic, cui & décimas dedit de præcipuis Abrahæ Patriarcha: & quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes, mandatum habent, décimas sumere, à pópulo secundum Legem, id est, à fra-

tribus suis: quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cujus autem generatio non annumeratur in eis, décimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones, benedixit; sine ulla autem contradictione, quod minus est, à meliøre benedicitur.

*Lectio iij.*

**M**anifestum est: si secundum similitudinè Melchisedech exurgat alius Sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ infolubilis. Contestatur enim: Quoniam tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Reprobatio quidem sit præcedentis mandati, propter infirmitatem ejus & inutilitatem; nihil enim ad perfectum adduxit Lex: introductio verò melioris spei per quam proximamus ad Deum. Et quantum est non sine iurejurando

(alii quidem sine jurejurando Sacerdotes facti sunt; hic autem cum jurejurando, per eum qui dixit ad illum: juravit Dominus, & non poenitebit eum: Tu es Sacerdos in aeternum:) in tantum melioris testamenti sponzor factus est Jesus.

## IN II. NOCTURNO.

Ex Libro S. Joannis Chry-  
sostomi de Sacerdotio.

Lib. 3. C. 2. *Lectio iv.*

**S**acerdotium in terra quidem peragitur, sed in rerum caelestium classem ordinemque referendum est. Atque id per quam merito: quippe non mortalis quisquam, non Angelus, non Archangelus, non alia quavis creata potentia, sed ipse Paracletus ordinem hujusmodi disposuit: qui mortalibus hominibus etiamnum in carne manentibus author fuit, ut Angelorum ministerium animo conciperent. Idcirco necesse est Sacerdotem sic esse purum, ut si in ipsis caelis collocatus inter caelestes illas virtutes medius staret. Nam dum conspicis Dominum immolatum, & illic situm, Sacerdotem sacrificio incumbentem, ac preces fundentem; tum vero turbam circumfusam pretioso sanguine intingi ac rubescere, etiamne te inter mortales versari atque in terra consistere censet? An non potius est vestigio in caelos transferri? An non cogitatione omnem carnis abiciens, nudo animo, mente pura, circumspicis quae in caelo sunt? O miraculum! o Dei benignitatem! qui cum

Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac se ipse tradit volentibus ipsum excipere ac complecti.

*Lectio v.*

**N**am si quis consideret quantum id sit mysterium, ut is scilicet qui homo ipse sit carne ac sanguine etiamnum constans, usque involutus, beatae atque immortalis naturae illi fieri propior queat: tum probe intelliget quanto Sacerdotis honore, quantae dignitate Spiritus sancti gratia dignatus fuerit: operibus enim illis tum sacra haec quae dico initiantur, perficiunturque, tum etiam alia his nihilominus inferiora, quae ipsa ad dignitatem, salutisque nostrae rationem spectant. Etenim qui terram incolunt atque in ea versantur, iis commissum est ut ea quae in caelis sunt dispensent: iis datum est ut potestatem habeant quam Deus optimus, neque Angelis, neque Archangelis datam esse voluit: neque enim ad illos dictum est: Quaecumque alligaveritis in terra, erunt alligata in caelo; & quaecumque solveritis in terra, erunt soluta & in caelo.

*Lectio vj.*

**H**abent quidem & terrestres principes vinculi potestatem, verum corporum solum. Id autem quod dico Sacerdotum vinculum, ipsam etiam animam contingit, atque ad caelos usque pervadit: usque adeo ut quaecumque inferne sacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata

habeat, ac servorum sententiam confirmet. Etenim quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnem rerum cœlestium potestatem illis à Deo concessam? Quorumcumque enim, ait, peccata remisistis, remittuntur eis, & quorumcumque retinueritis, retenta sunt. Quanam, obsecro, potestas, hæc unâ major esse queat? Pater omne iudicium Filio dedit: cæterum video ipsum omne iudicium à Deo Filio illis traditum.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 10.

IN illo tempore, designavit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam, in omnem civitatem & locum, quò erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Hom. 17. in Evang.

AD messem multam operarii pauci sunt quod sine gravi merore loqui non possumus, quia etsi sunt qui bona audiant, desunt qui dicant: Ecce mundus Sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde invenitur operatòr: quia officium quidem sacerdotale suscepimus, sed opus officii non implémus. Sed pensate, fratres mei, pensate quod dicitur: Rogate ergo Dñum messis ut mittat operarios in messem suam. Vos pro nobis petite

ut digna vobis operari valeamus, ne ab exhortatione lingua torpeat, ne postquam prædicationis locum suscepimus apud justum iudicem, taciturnitas nostra nos adducat.

Lectio viij.

SED futinam si ad prædicationem virtutis non sufficimus loci nostri officium innocentiam vitæ teneamus; nam subditur. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Multi enim cum regiminis curam suscipiunt ad lacerandos subditos inardescunt, terrorem potestatis exhibent & quibus prodesse debuerant nocent. Et quia charitatis viscera non habent domini videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt. Humilitatis locum in elationem dominationis immutant: etsi quando extrinsecus blandiuntur, intrinsecus sæviunt. De quibus aliàs veritas dicit: Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Lectio ix.

CONTRA quæ omnia considerandum nobis est, quia sicut agni inter lupos mittimur, ut sensu servantes innocentiam morsum malitiæ non habeamus. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare; ut ex ipsâ suâ mansuetudine iram sævientem mitiget, & peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionibus vulneratus sanet. Quod tunc bene rector exhibet cum seipsum diligere per amorem privatum nescit:

cum nulla quæ mundi sunt tatis oneribus nequaquã appetit : cum terrẽdo cupidi- tis colla supponit.

## DIE FESTO

### PRO SS. ABBATIBUS, MONACHIS ET SOLITARIIS.

#### IN I. NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apóstoli ad Philippenſes.

*Lectio j. Cap. 3.*

**F**Ratres ; Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Dómini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrificiam, & inveniar in illo, non habens meam justitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Jesu : quæ ex Deo est justitia in fide ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionum illius; configuratus morti ejus, si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis, non quod jam acciperim, aut jam perfectus sim : sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Jesu.

*Lectio ij.*

**F**Ratres, ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem, quæ quidem rerò sunt obliviscens, ad ea verò quæ sunt priora exten-

dens meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus : & si quid aliter sapiamus, & hoc vobis Deus revelabit. Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula.

*Lectio iij.*

**I**Mitadores mei estote, fratres ; & observate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpè dicebam vobis ( nunc autem & flens dico ) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terræna sapiunt. Nostra autem conversatio in cælis est.

#### IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

*Homil. 69. in Matth.*

*Lectio iv.*

**I**N mentem veniat memoria Sanctorum, qui cilicio induuntur, eremum habitant, qui nunquam oblatas purpuras acceptarent ; sed quemadmodum rex, si quis pannosa in-

dumenta páuperis induenda offerret, abominarétur atque repelleret, non áliter illi ré-giam púrpuram contemnunt. Hæc illis institúta ciliciórum usu confirmáta sunt; unde ré-gibus ipsis excellentiôres sunt atque præstantiôres. Nam si posses mentis eórum atque ánimí jánuas rescráre, & nudas cogitatiónes eórum, & omné interiôrem ornátum conspícere, fulgóre percussus in terram concideres; nec illárum véstium splendórem, nec consciéntiæ lucem perferre posses.

*Lectio v.*

**N**ihil ergo in tabernáculis eórum triste inveniétis; sed tanquam in cælo tugúria fabricáti, sic longè à sèculi perturbatióibus hábitant, adversus diábolum militantes, & cum lætitia eum expugnantes. Idcirco enim in solitúdine domicílium constituérunt, civitatibus & célebri habitatióne hóminum omninò relictá; quóniam qui bellum gerit, non potest domi federe; sed necesse est quasi súbito migráturus, præparáto in diem domicílio hábitet. Quis unquam in exércitu domús fundamenta jecit? Quis ædes ædificat, cum inde paulò post descefsurus sit? Quis in castris agri júgera emit? Nullus certè. In pátria hæc, non in castris, facienda sunt.

*Lectio vj.*

**H**æc tibi à me simíliter dicuntur. Cùm in suprémam civitátem pervéneris, tunc ista fácto: imó vero nullo tibi labóre opus ibi est, cùm universa hæc à Rege tibi

præparáta sint. Hic igitur factis nobis est fossam facere, vallum figere: ædificiórum constructiône opus non est. Christianos adversus diábolum pugnantes; captivos à máribus ejus rapientes, ómnibus temporálibus neglectis, vívere oportet. Cur itaque magnificas ædes struis, ó homo? An ut te ipsum magis víncias? Cur thesaurum óbruis? Ut diábolum adversus ánimam tuam invites? Cur mœnia condis? An ad cárceres tibi construendos? Quod si hæc tibi difícilia neglectu videantur, ad tabernácula Monachórum proficiscámur, ut reipsá fácilè ista contemni posse perdiscas. Tugúria sibi constituunt; quæ si relinquere oportébit, ira fácilè faciunt, sicut milites castra.

*IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

*Lectio vij. Cap. 10.*

**I**n illo tempore; Cœpit Petrus dicere ad Jesum: Ecce nos dimisimus ómnia, & secúti sumus te. Et reliqua.

Homília sancti Paulini Episcopi.

*Epist. 24. ad Sulpit. Sever. aliàs 2. §. 5. 6.*

**B**ona quæ nobiscum non intulerámus in hunc mundum, nec poterámus efferre, quasi mutuata reddidimus; nec ut cutem à carne distráximus, sed ut vestem à corpore deposúimus. Nunc opus est, ut quæ verè nostra sunt, dependámus Deo, hoc est, cor & ánimam, & corpóra nostra exhibentes in hóstiam vivam,

ut scriptum est, Dómino; nosque ipsos ædificantes ei in templum sanctum, in ipso lapide angulári, qui nobis sanctificatiónis nostræ fórmulam in semetipso dedit, & ait: Sancti estóte, quóniam ego sanctus sum. Quæ igitur nobis grátia, si in aliéno tantum fideles fuérimus, nisi de próprio serviámus, id est, de libero voluntátis arbitrio, ex toto corde nostro, ex totis animæ nostræ, ut scriptum est, víribus diligentes Deum?

§. 7. 8. *Lectio viij.*

**Q**uamobrem temporáliũ quæ in hoc século habentur bonórum relictio, sive distráctio; non decursus stádii, sed ingressus; nec ut meta, sed ut janua est. Non enim athléta tum vincit, cum exúitur; qui ideò nudatur, ut incípiat dimicáre, cum legitímè certáverit coronandus. Et nátor annem interpósitum superatúrus, exúitur; nec tamen hoc tanto apparátu quòd se despoliáverit, transnatábit, nisi totius córporis nisu torrentis ímpetum scindat, & labórem naratiónis exháuriant. Video & in Jacob hujus expeditiósni ordinem prolusisse;

cum illum lego, posteaquam torrente transmissio, præmissis curarum suarum onéribus, id est, facultátum & necessitudinum impedimentis, solus in tabernáculi loco remanserat, Deo colluctárum.

*Lectio ix.*

**I**Taque ad corripiendam vitæ viam, capiendumque Dei verbum, & prævalendum in regnum cœlorum, quod à diébus Joannis vim patitur, & à diripiéntibus obtinetur, idónei esse non póssumus, nisi ómnia quæ vel amore, vel curâ, si in itinere istius séculi nobis adhæreant, impediunt & retardant, ante óbitus nostri vésperam præmittámus, & inde per totam hujus séculi noctem apprehéndere, & tenére Christum sollicitâ spiritalium óperum ac studiórú contentiósne luctémur: nec divellámur à charitáte Christi, sicut Jacob ab ejus amplexu, nisi extorqueámus benedictiósne. Atque útinam ad salutáris insigne luctáminis, nervum fémoris nostri majestátis suæ timóre percútiat; quo obstupescente, infirmábitur virtus carnis, & spiritalis grátia convalescet.

## DIE FESTO

### PRO JUSTIS.

IN I. NOCTURNO.

De Libro Sapiéntiæ.

*Lectio j. Cap. 4.*

**J**ustus si morte præoccupátus fuérit, in refrigeriósne erit. Senectus enim venerá-

bilis est, non diuturna, neque annórum número computáta. Cani autem sunt sensus hóminis, & ætas senectútis vita immaculáta. Placens Deo factus est dilectus, & vivens

inter peccatores translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi, explevit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius; propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

*Lectio ij.*

**P**opuli autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia; quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos ejus, & respectus in electos illius. Condemnat autem justus mortuus vivos impios, & juvenis celèrius consummata longam vitam injusti. Vidèbunt enim finem sapientis, & non intèlligent quid cogitaverit de illo Deus, & quare munierit illum Dòminus. Vidèbunt, & contemnent eum: illos autem Dòminus irridèbit. Et erunt post hæc decedentes sine honore & in contumèlia, inter mortuos in perpètuum; quoniam disrumperet illos inflatos sine voce, & commovèbit illos à fundamentis: & usque ad supèrnum desolabuntur.

*Lectio iij. Cap. 4. & 5.*

**E**T erunt gementes, & memoria illorum peribit. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducunt illos ex adverso iniquitates ipsorum. Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos qui se angustia-

verunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinè improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est!

## IN II. NOCTURNO.

Ex Libro Moralium sancti Gregorii Papæ.

Lib. 10. Cap. 16.

*Lectio iv.*

**D**eridetur justus simplicitas. Hujus mundi sapientia est cor machinationibus tegerè, sensum verbis velare; quæ falsa sunt, vera ostendere; quæ vera sunt, falsa demonstrare. Hæc nimirum prudentia usu à juvenibus scitur: hæc à pueris pretio discitur: hanc qui sciunt, ceteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subjecti & timidi in aliis mirantur; quia ab eis hæc eadem duplicitas iniquitatis nomine palliata diligitur, dum mentis perversitas urbanitas vocatur. Hæc sibi obsequentibus præcipit honorum culmina querere, adeptam temporalem gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere; cum vires suppetunt, nullis resistētibus cedere; cum virtutis possibilitas decit, quidquid explere per malitiam non va-

lent, hoc in pacífica bonitate simulare.

*Lectio v.*

**A**T contra, sapiéntia justórum est nihil per ostensiónem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare; bona gratis exhibere, mala libéntius tolerare quam facere, nullam injúriæ ultiónem quærere, pro veritate contuméliam lucrum putare. Sed hæc justórum simplicitas deridetur; quia ab hujus mundi sapiéntibus puritatis virtus fatuitas créditur. Omne enim quod innocenter ágitur, ab eis procul dúbio stultum putatur; & quidquid in ópere veritas approbat, carnáli sapiéntiæ fatuum sonat. Quid namque stúltius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere, nil cállidâ machinatione simulare, nullas injúriis contumélias réddere, pro maledicéntibus orare, paupertatem quærere, possessa relinquere rapiénti non resistere, percutiénti máxillam alterá præbere.

*Post pauca. Lectio vij.*

**Q**Uæ nimirum justí simplicitas breviter sed sufficienter exprimitur, cum prótinus subinfertur, Lampas contempta apud cogitationes divinum. Sæpè namque contingit, ut electus quisque qui ad externam felicitatem ducitur, continuâ hinc adversitate deprimatur, non hunc rerum abundantia fulciat, non dignitatum gloria honorabilem ostendat, nulla ei obsequéntium frequentia suppetat, nulla

hunc humanis óculis véstium pompa componat. A cunctis verò despicabilis cernitur, & hujus mundi glóriâ indignus æstimatur; sed tamen ante occulti Júdicis óculos virtutibus émicat, vitæ méritis coruscat. Honorári méuit, despici non réfugit; corpus continentia afficit, solâ in ánimo dilectiõne pinguescit; mentem semper ad patientiam præparat, & erectus pro justitia de perceptis contuméliis exultat: afflictis ex corde compátitur; de bonórum prosperitatibus quasi de propriis lætatur: sacri verbi pabula in mente sollicitus ruminat; & inquisitus quodlibet éloqui dupliciter, ignorat.

*IN III. NOCTURNO.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.*

*Lectio vij. Cap. 12.*

**I**N illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis; Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

*Homilia sancti Gregorii Papæ.*

*In Evang. Homil. 13.*

**D**ominus dicit; Sint lumbi vestri præcincti. Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Sed quia minus est mala non agere, nisi etiam quisque studeat & bonis operibus insudare, prótinus additur; Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto operibus Dominus

dicit: Luceat lex vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in caelis est. Duo autem sunt quae iubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere; ut & munditia sit castitatis in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest; si autem is qui bona agit, adhuc luxuriae inquinamenta non deserit; aut is qui castitate praeminet, necdum se per bona opera exercet.

*Lectio viij.*

**N**Ec castitas ergo magna est sine bono opere; nec opus bonum est aliquod sine castitate. Sed & si utrumque agitur, restat ut quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, & nequaquam se a vitiis pro mundi huius honestate contineat. Qui etsi quaedam bona aliquando pro honestate inchoat, in eius tamen intentione non debet permanere, nec per bona opera praesentis mundi gloriam quaerere; sed totam spem in redemptoris sui adventum constituat.

Unde & protinus subditur: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. Ad nuptias quippe Dominus abiit; quia, resurgens a mortuis, ascendens in caelum, supernam sibi Angelorum multitudinem novus homo copulavit. Qui tunc revertitur, cum nobis jam per iudicium manifestatur.

*Lectio ix.*

**B**Ene autem de servis expectantibus subditur: Ut cum venerit & pulsaverit, confestim aperiant ei. Venit Dominus, cum ad iudicium properat; pulsat vero, cum jam per aegritudinis molestias mortem vicinam esse designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim iudici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat; & videre eum, quem contempsisse se meminit, iudicem formidat. Qui autem de sua spe & operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia latus iudicem sustinet; & cum tempus propinqua mortis advenerit, de gloria retributionis hilarescit.

DIE FESTO

PRO SS. VIRGINIBUS.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

*Lectio j. Cap. 7.*

**D**E virginibus praecipuum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam

miseri cordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quaerere solutionem.

Solutus es ab uxore? noli quaerere uxorem. Si autem acciperis uxorem, non peccasti: & si nupsit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: tempus breve est. Reliquum est, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui fiunt, tanquam non fientes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utantur hoc mundo, tanquam non utantur; praeterit enim figura hujus mundi.

*Lectio ij.*

**V**Olo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori; & divisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quae Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quae autem nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico; non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem praebet sine impedimento Dominum obsecrandi.

*Lectio iij.*

**S**I quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat; non peccat, si nubar. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens ne-

cessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis, & hoc judicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; & qui non jungit, melius facit. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit si sic permanserit, secundum meum consilium. Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam.

*IN II. NOCTURNO.*

Ex Libro sancti Cypriani Episcopi & Martyris, de disciplina & habitu Virginum.

*Paulo post initium.*

*Lectio iv.*

**N**unc nobis ad Virgines sermo est, quarum quo sublimior gloria est, major & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiae spiritalis, laeta indoles, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Ecclesiae matris gloriosa fecunditas: quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris augetur.

*Lectio v.*

**A**D has loquimur, has adhortamur affectione potius quam potestate: non quod extremi & minimi, & humilitatis nostrae admodum

consciis, aliquid ad censuram licentiæ vindicemus; sed quod ad sollicitudinem magis cauti, plus de diaboli infestatione timeamus. Neque inanis hæc cautio est, & vana formilo, quæ ad salutis viam consulit, quæ Dominica & vitæ præcepta custodit; ut quæ se Christo dicaverint, & à carnali concupiscentiâ recedentes, tam carne quàm mente se Deo voverint, consumment opus suum magno præmio destinatum: nec ornari jam, aut placere cuiquam, nisi Domino suo, studeant; à quo & mercedem virginitatis expectant, dicente ipso: Non omnes capiunt verbum, sed illi quibus datum est.

*Lectio vij.*

**D**enuò quoque per hanc Angeli vocem continentia munus ostenditur, virginitas prædicatur. Hi sunt, inquit, qui cum mulieribus se non coinquinaverunt; virgines enim permanserunt: hi sunt qui sequuntur Agnum quòcumque ierit. Neque enim tantum masculis continentia gratiam Dominus repromittit, & feminas præterit, sed quoniam femina viri portio est, & ex eo sumpta atque formata est; in Scripturis ferè omnibus ad protoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne una, & in masculino simul significatur & femina. Quod si Christum continentia sequitur, & regno Dei virginitas destinatur; quid est illis cum terreno cultu & cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offendunt?

## IN III. NOCTURNÒ.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 25.*

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso & sponsæ. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

*In Evang. Homil. 12.*

**O**mnes lampades habent, sed omnes oleum non habent; quia plerumque bona in se opera cum electis & reprobis ostendunt: sed soli ad sponsum cum oleo veniunt; quia de his quæ foris egerint, intus gloriam requirunt. Unde per Psalmistam quoque de sancta Electorum Ecclesia dicitur: Omnis gloria ejus filia Regis ab intus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes & dormierunt; quia dum venire Judex ad extremum iudicium differt, electi & reprobis in mortis somno sopiuntur.

*Post pauca. Lectio viij.*

**D**e adventu sponsi clamor in media nocte fit; quia sic dies iudicii surrépit, ut prævideri non valeat quando venit. Unde scriptum est: Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Tunc omnes virgines surgunt; quia & electi & reprobis à somno suæ mortis excitantur. Lampades ornant; quia sua secum opera numerant, pro quibus æternam recipere beatitudinem expectant. Sed lampades fatuam

Virginum extinguuntur; quia earum opera quæ clara hominibus foris apparuerunt, in adventu Iudicis intus obscurantur; & à Deo retributionem non inveniunt, quia pro eis receperunt ab hominibus laudes quas amaverunt.

## Lectio ix.

**Q**uid est autem quòd tunc à prudentibus oleum petunt, nisi quòd in adventu Iudicis, cum se intus vacuas invenerint, testimonium foris quaerunt? Sed prudentes Virgines respondent, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad ven-

dentes, & emite vobis. Sed dum irent emere, venit sponsus; quæ autem paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias: & clausa est janua. O! si sapere in cordis palato possis, quid admirationis habet quòd dicitur, Venit sponsus? quid dulcedinis, Intraverunt cum eo ad nuptias? quid amaritudinis, Et clausa est janua? Tunc regni janua lugentibus claudetur, quæ modò quotidie poenitentibus aperitur: erit namque & tunc poenitentia; sed fructuosa jam non erit, quia nequaquam tunc veniam invenit, qui modò aptum veniæ tempus perdit.

## DIE FESTO.

## PRO SANCTIS MULIERIBUS.

## IN I. NOCTURNO.

De Parabolis Salomonis.

## Lectio j. Cap. 31.

**M**ulierem fortem quis inveniet? Procul & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ. Quæsit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi navis institoris, de longè portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Consideravit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine

lumbos suos, & roboravit brachium suum.

## Lectio ij.

**G**ustavit & vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fulurum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ à frigoribus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ. Sindonem fecit, & vendidit; & cingulum tradidit Chananzæ.

## Lectio iij.

**F**ortitudo & decor indumentum ejus, & ridébit in die novíssimo. Os suum apéruit sapiéntiæ, & lex cleméntiæ in lingua ejus. Considerávit sémitas domûs suæ, & panem otíosa non comédit. Surrexérunt filii ejus, & beatíssimam prædicavérunt; vir ejus & laudávit eam. Multæ filiæ congregavérunt divítias; tu supergressa es uníversas. Fallax grátia, & vana est pulchritudo; mulier rimens Dóminum ipsa laudábitur. Date ei de fructu mánuum suárum, & laudent eam in portis ópera ejus.

## IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

Lib. de ver. Relig. Cap. 41.

## Lectio iv.

**V**incamus cupiditátis, vel blandítias, vel moléstias, si viri sumus. Nobis dúcibus & ipsa erit mélior; nec jam cupiditas, sed temperántia nominábitur. Nam cum ipsa ducit, nos autem séquimur, cupiditas illa & libído, nos verò teméritas & stultítia nuncupámur. Hoc & féminis præcipi potest, non marítali, sed fraterno jure; quo jure in Christo, nec másculus, nec fémina sumus. Habent enim illæ viríle quiddam unde fémineas subjungent voluptátes, unde Christo sérviant, & imperent cupiditáti.

Sermo 59. de Div.

## Lectio v.

**T**res vitæ sunt in Ecclesiá membrórum Christi: conjugális, viduális, virginális.

Quia ipsæ vitæ, ipsæ pudicitæ futuræ erant in sanctis membris Christi, omnes istæ vitæ tres attestatæ sunt Christum. Prima conjugális. Quando María virgo concipit, Elizabeth uxor Zachariæ & ipsa concéperat. Hujus Júdicis præcónem ferébat in útero. Venit ad eam sancta María tanquam ad cognátam suam salutandam. Exultávit infans in útero Elizabeth. Ille exultávit, illa prophetávit. Habes attestántem pudicitiam conjugálem. Ubi viduális? In Anna. Audistis quòd esset sancta Prophetissa, vidua octoginta & quátuor annórum, quæ septem annis víxerat cum viro suo, frequentans templum Dómini, sérvians in orationibus nocte & die. Et ipsa vídua agnovit Christum: vidit parvum, agnovit magnum, & ipsa attestáta est. Habes & in ista vitam viduálem, in María virginálem.

## Lectio vj.

**E**ligat sibi quisque de istis tribus quam volúerit. Qui præter istas esse volúerit, in membris Christi esse non dispónit. Non dicant conjugatæ: Nos ad Christum non pertinemus: habuérunt marítos sanctæ féminæ. Non se extollnt Vírgines. Quæ ntò magnæ sunt, humiliant se in omnibus: omnia exempla salutis propósita sunt ante óculos nostros. Nemo exórbiter: si pudicitiam conjugálem queris, habes Susannam; si viduálem, habes Annam; si virginálem, habes Mariam.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 10.

**I**N illo tempore ; Intravit Jesus in quoddam castellum : & mulier quaedam, Martha nomine , excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii  
Episcopi.

Lib. 1. Comment. in Luc.

n. 9.

**E**st nonnunquam in intentione plusquam in actione , aut plus in actione quam in intentione , ut in Evangelio cernimus inter sanctam Mariam & Martham fuisse distantiam. Alia enim verbum audiebat : alia festinabat circa ministerium. Quae stetit , & ait : Domine , non est tibi cura quod dereliquit me soror mea solum ministrare ? Dic ergo illi ut me adjuvet. Et dixit illi Dominus : Martha , Martha , Maria optimam partem elegit , quae non auferetur ab ea. Ergo in altera intentionis studium , in altera actionis ministerium redundabat. Utrique tamen utriusque virtutis studium suppetebat ; siquidem & Martha , nisi audisset verbum , ministerium non subiisset : & Maria tantum gratiae de utriusque reulit perfectione virtutis , ut ungeret pedes Jesu , & tergeret capillis , & totam domum suae fidei odore compleret. Ideo ergo utriusque virtutis plenitudo quaerenda est.

Br. Mir. Pars Aesiva.

Lib. 7. num. 84.

Lectio viij.

**R**eligiosa mentis intentio Dei verbo , si cum fide congruat , etiam ipsis operibus antefertur , juxta quod & hic scriptum est : Maria optimam sibi partem elegit , quae non auferetur illi. Studeamus & nos habere quod nemo nobis possit auferre ; non ut perfunctoria , sed diligens audientia deferatur. Solent enim etiam ipsius semina verbi caelestis auferri , si secus viam sint seminata. Agat te , sicut Mariam , desiderium sapientiae ; hoc enim majus , hoc perfectionis opus ; nec ministerii cura cognitionem verbi caelestis averrat ; nec arguas eos , aut otiosos iudices quos videas studere sapientiae. Hanc enim sibi cohabitantem Salomon ille pacificus adscivit.

n. 86.

Lectio ix.

**N**ec Martha tamen in bono ministerio reprehenditur ; sed Maria quod meliorem partem sibi elegerit , antefertur. Jesus enim multis abundat , & multa largitur : & ideo sapientior quis iudicatur , quia quod principale advertit , elegit. Denique & Apostoli optimum non putaverunt relinquere Dei verbum , & ministrare mensis. Sed utrumque munus sapientiae est : nam & Stephanus plenus sapientiam minister electus est. Et ideo qui ministrat , doctori deferat ; & ministrantem doctor invitet & provocet. Unum enim est corpus Ecclesiae , etsi diversa

f

membra , & alterum altero eger. Non potest dicere oculus manui : Opera tua non desidero ; aut iterum caput pedibus , aut auricula se negare esse de corpore. Nam etsi alia principalia , tamen alia necessaria. Sapientia in capite ,

actus in manibus. Oculi enim sapientia in capite ejus ; quia ille verè sapit , cujus animus in Christo est , & cujus interior oculus erigitur ad superna. Et ideo sapientis oculi in capite ipsius ; stulti autem in calcaneo.

# LECTIONES

## INTRA OCTAVAM

### E T

## IN DIE OCTAVA

## PATRONI VEL PATRONÆ.

### *DIE DOMINICA* INTRA OCTAVAM.

#### IN I. NOCTURNO.

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

#### IN II. NOCTURNO.

*Dicentur primum dua Lectioes diei intra Octavam: in quem incidit Dominica. Vide infra. Deinde dicenda erit sequens.*

Sermo sancti Hierónymi  
Presbyteri.

*Contra Vigilantium.*

*Lectio vij.*

**D**icis in Libello tuo, quòd dum vivimus , mutuò pro nobis orare possumus : postquam autem mortui fuerimus , nullus sit pro alio exaudienda oratio. Si Apóstoli

& Mártires adhuc in corpore constituti , possunt orare pro ceteris , quando pro se adhuc debent esse solliciti ; quanto magis post coronas , victorias , & triumphos ? Unus homo Mòyses sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam ; & , Stéphanus imitator Domini sui , & primus Martyr in Christo , pro persecutoribus veniam deprecatur : & postquam cum Christo esse cooperunt , minus valent ?

IN III. NOCTURNO.  
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. II.*

**I**n illo tempore ; Dixit Jesus discipulis suis : Quis vestrum habebit amicum &

ibit ad illum médiâ nocte & dicit illi : Amice , comoda mihi tres panes. Et reliqua.

Homilia sancti Basilii  
Episcopi.

Constit. Monast. Cap. I.

**H**oc exemplum idcirco nobis à Domino proponitur , ut doceat nos in fide firmos esse & pertinaces. Exemplum enim sumit ab homine ad hominem , ut discas nunquam desperare ; ut cum petieris nec acciperis , non desistas tamen , quoad accipias , si modo quod Deus vult postules : neque dixeris , peccator sum & ideo non exaudior. Verum enim verò ne spem abjiceres , idcirco ait : Et si non propterea quod amicus ejus sit , dabit illi : propter improbitatem tamen ejus dabit illi quotquot habet necessarios. Flagrandum autem est non ségniter , neque mente huc & illuc divagante : siquidem quisquis est ejusmodi , non solum non consecuturus est quæ petet : immo verò Dominum magis exacerbabit.

Lectio viij.

**S**i enim cum aliquis coram Principe stat , ac loquitur , stat cum multo timore , atque tum externum tum internum animæ oculus nequâquam vagum , sed intentum habet , quanto magis coram Deo cum timore & tremore standum est mente totâ in illum solum , nusquam verò aliò intenta. Nam ipse non externum hominem modo videt ut homines , sed internum etiam intuetur. Quod si à peccato debilitatus non potes citra men-

MIR. Pars Æstiva.

tis aberrationem precari , quantum potes vim tibi inferas , ac constanter sta coram Deo , mente in illum defixâ , eaque ad seipsam advocatâ , sicque ignoscat Deus , quoniam non ex contemptu , sed ex infirmitate , ut convenit stare coram Deo non potes. Si sic vi tibi illatâ , omne opus bonum perficias ; ne supersederis , quoad petita consequare : sed patienter fores ejus pulsa cum petis. Vis discere , ô dilecte , quomodo patientes fuerint sancti , nec spem abjecerint ? Imitare fidem Abrahamæ , accipe exempla.

Lectio ix. de Homilia in Evangel. Dominica occurrentis , cujus sit Commemor. in Laudibus & in utrisque Vesperis.

DIE II.

Sermo sancti Basilii Episcopi.

Oratio in 40. Mart.

Lectio ij.

**H**i sunt qui acceptam à Deo nostram regionem , quasi turres quædam contra adversariorum incursum munientes , refugium exhibent. Beneficium hoc , fratres dilectissimi , gratiam hanc minime cessantem à Deo obtinemus. Paratum est hinc Christianis auxilium. Qui aliquâ præmitur angustia , ad hos confugit ; qui rursus lætatur , ad hos recurrit : hic ut à malis liberetur , ille ut duret in rebus lætis. Hæc mulier orans pro filiis auditur , peregrinanti viro reditum incolumem , ægrotanti verò salutem implorat & obtinet.

\* f ij

## Lectio iij.

**O** Sanctum chorum ! ô sacrum ordinem ! ô cuneum inexpugnabilem ! ô communes humani generis custodes ! optimi curarum socii, precum ac votorum invicem suffragatores ! legati apud Deum potentissimi ! astra mundi, flores Ecclesiarum, vos non terra contexit, sed cælum excipit. Apertæ sunt vobis paradisi portæ, dignum profectò exercitiis Angelorum, Patriarchis, Prophetis & Justis omnibus spectaculum.

## D I E I I I.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

Tract. 1. in C. 2. Epist. Joan.

## Lectio ij.

**J**oannes quid dixit : Si quis peccaverit, advocatum habemus ad Patrem Jesum Christum justum. Sed dicit aliquis : Ergo Sancti non petunt pro nobis ? Ergo & Episcopi & Præpositi non petunt pro populo ? Sed attendite Scripturas, & videte quia & Præpositi commendant se populo. Nam Apóstolus dicit plebi : Orantes simul & pro nobis. Orat Apóstolus pro plebe, orat plebs pro Apóstolo. Oramus pro vobis, fratres, sed & vos, orate pro nobis. Invicem pro se omnia membra orent. Caput pro omnibus interpellat.

Sermo 280.

## Lectio iij.

**B**enedixit Dóminus puillos cum magnis. Non nobis parùm videatur quòd ejus corporis membra sumus, ejus & illi quibus æquiparari

non possumus. Quia si unum membrum patitur, compatiuntur omnia membra, ita, cum glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. Glória capiti unde consulitur, & superioribus manibus, & infimis pedibus. Sicut ille unus animam suam pro nobis posuit, ita & imitati sunt Martyres, & animas pro fratribus posuerunt. Fructus laboris ergo illorum etiã nos sumus. Miramur eos, miserantur nos. Gratulamur eis, precantur pro nobis.

## D I E I V.

Sermo sancti Bernardi  
Abbatis.

In Vigil. SS. Petri & Pauli.

## Lectio ij.

**T**ria sunt quæ in festivitibus Sanctorum vigilantè considerare debemus : auxiliùm Sancti, exemplum ejus, confusionem nostram. Auxiliùm ejus ; quia qui potens in terra fuit, potentior est in cælis ante facièm Dómini Dei sui. Si enim, dum hîc viveret, misertus est peccatoribus, & oravit pro eis ; nunc tantò ampliùs, quanto verius agnoscit miserias nostras, orat pro nobis Patrem : quia beata illa patria caritatem ejus non immutavit, sed augmentavit ; neque enim quia imparsibilis omnino, ideo & imparsibilis factus est.

## Lectio iij.

**D**ebemus etiã attendere exemplum ejus ; quia quàm diu in terris visus est, & cum hominibus conversatus est, non declinavit neque

ad dexteram, neque ad sinistram; sed viam regiam tenuit, donec veniret ad illum qui dicit: Ego sum via, veritas & vita. Intuemini humilitatem operum ejus, auctoritatem verborum ejus, & tunc videbitis quomodo tam verbo quam exemplo luxerit inter homines: qualia nobis vestigia dereliquerit, ut ambulamus per ea, & non erramus in eis. Verè, juxta Prophetam, semita justii recta est; rectus callis justii ad ambulandum.

## DIE V.

De Sermone sancti Bernardi  
Abbatis.

In Vigil. SS. Petri & Pauli.

LECTIO ij.

**D**iligentiòri intuitu, in festivitátibus Sanctòrũ, confusiónem nostram inspiciamus; quia homo ille similis nobis fuit passibilis, ex eodem luto formatus, ex quo & nos. Quid ergo est quod non solum difficile, sed & impossibile credimus ut faciamus opera quæ fecit? Confundamur, fratres, & contremiscamus. Homines isti fuerunt qui præcesserunt nos, qui tam mirabiliter processerunt per vias vitæ, ut vix eos homines fuisse credamus. Sic ergo & gaudere, & confundi debemus: gaudere, quia patronos præmisimus; confundi, quia eos imitari non possumus.

LECTIO iij.

**I**Ta semper gaudium nostrum in hac valle lacrymarum, lacrymarum panc

condiri debet; ut semper non solum extrema, sed & prima gaudii luctus occupet; quia etsi magna est gaudiorum materia, sed maxima est dolorum. Verè nobis rubor confusions sunt, quos vix audeamus respicere, ne dicam, imitari. Oremus ergo eos, ut ipsi propitium nobis reddant amicum suum, judicem nostrum, qui est Deus benedictus in secula, Amen. Tu autem.

## DIE VI.

Sermo sancti Ambrósii  
Episcopi.

Epist. 22. ad Marcellinam  
sororem.

LECTIO ij.

**G**Ratias tibi, Domine Jesu, quod hoc tempore tales nobis Sanctòrum spiritus excitasti, quo Ecclesia tua sancta majora præsidia desiderat. Agnoscant omnes quales ego propugnatores requiram. Hos ego acquisivi tibi, plebs sancta, qui profint omnibus, nemini nocent: tales ego ambio defensores: tales milites habeo; hoc est, non seculi milites, sed milites Christi.

LECTIO iij.

**N**Ullam ego de talibus invidiam timeo, quorum quò majora, eò tutiora patrocina sunt. Horum etiam illis ipsis qui mihi invident, opto præsidia. Veniant ergo, & videant stipatores meos: talibus me armis ambiri non nego. Nos etsi eos videre non possumus, sentimus tamen.

f iij

## DIE VII.

De Sermone Sancti Cæsarii  
Episcopi.

Serm. 230. in App. apud Aug.

Lectio ij.

**Q**uando festivitates colimus, fratres carissimi, diligenter debemus attendere, & totis viribus laborare, ut quod visibiliter colitur, in nobis invisibiliter compleatur. Qui nec castitatem custodit in corpore, nec puritatem tenet in mente, quoties sanctæ solemnitates adveniunt, in corpore videtur habere gaudium, in corde non celebrat nisi luctum. Quale enim gaudium potest habere, in cuius animâ multis vitiis occupatâ magis diabolus probatur habitare quàm Christus? Nos verò, fratres carissimi, etiamsi nobis aliqua, ut solet fieri, peccata subreperunt, quantum possumus, cum Dei adiutorio laboremus, jejuniis, vigiliis, orationibus, elemosynis mundare sordida; ut veniens Dominus in nobis, nihil inveniat quod oculos suæ majestatis offendat.

Sermo 265. Lectio iij.

**F**ilios & omnes familias vestras admonete, fratres, semper ut castè & justè ac salubriter vivant: nec solum eos verbis, sed etiam exemplis ad bona opera provocate. Ante omnia ubicumque fueritis, sive in domo, sive in itinere, sive in convivio, sive in concessu, verba turpia & luxuriosa nolite ex ore vestro proferre; sed magis vicinos & proximos vestros jugiter admo-

nere, ut semper quod bonum est & honestum, loqui studeant; ne fortè detrahendo, mala loquendo, & in sanctis festivitibus choros ducendo, cantica luxuriosa & turpia proferendo, de lingua sua, unde debuerant Deum laudare, inde sibi vulnera videantur infligere. Isti enim infelices & miseri homines, qui balationes & saltationes ante ipsas Basilicas Sanctorum exercere nec metuunt, nec erubescunt: etsi Christiani ad Ecclesiam venerint, Pagani de Ecclesia revertuntur; quia ista consuetudo balandi de Paganorum observazione remansit.

## DIE OCTAVA.

Duplex i. ordinis.

IN I. NOCTURNO.

Lectioes de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Bernardi  
Abbatis.

Lectio iv.

**I**llorum lauda virtutè quorū jam certa victoria est: illos devotis extolle præconiis quorum securè potes adgaudere coronis. Securè laudantur homines qui non suâ jam vivunt vitâ, sed Dei. Non enim est quò vanitas intret, ubi veritas jam totum occupavit. Sed quænam est, inquit, glória Sanctis? Ad quid ergo Sanctis laus nostra? Ad quid glorificatio nostra? Ad quid nostra hæc ipsa solemnitas? Quò eis terrenos honores quos juxta veracem Filii promissionem honorificat Pa-

ter cœlestis? Quo eis præcõnia nostra? pleni sunt. Prorsus ira est, dilectissimi; honõrum nostrõrum Sancti non egent, nec quidquam eis nostrâ devorione præstatur, plenè quod eõrum memõriam venerãmur, nostrâ interest, non ipsõrum. Vultis scire quantum interest nostrâ? Ego in me fateor ex hâc recordatione sentio desidèrium véhementissimè inflammari. Quando & nos addémur ad patres nostros? Quando essentialiter præsentabimur eis? Hoc enim primum desidèrium, quod in nobis Sanctõrum memõria excitat, ut eõrum tam optabili societate fruãmur.

## Lectio v.

**U**T eam glóriam nobis sperare liceat, & ad tantam beatitudinem adspirare, summõpere nobis desideranda sunt suffrãgia Sanctõrum, ut quod possibilitas nostra non obtinet eõrum nobis intercessiõne donetur. Miserèmini mei, miserèmini mei saltem vos amici mei. Nostis ipsi periculum nostrum: nostis figmentum nostrum: nostis ignorantiam nostram, & dolos adversariõrum: nostis eõrum impetus & nostram fragilitatem. Vobis enim loquor qui in eadem tentatione fuistis; qui eosdem superastis conflictus; qui eosdem láqueos evasistis; qui didicistis ex his quæ passi estis, compassiõnem.

## Lectio vj.

**E**T si de Angelis mihi arbitrator præsumendũ ob spiritualis substantiæ & rationalis formæ similitudinem; am-

pliõri tamen fiduciã ad eos mihi reor vertendum, quos habere me nõverim, & ipsã humanitate consortes; ut oporteat eos familiãrius & specialius misereri ossi de ossibus meis, & carni de carne meã. Absit, absit à vobis, animæ sanctæ, Ægyptia illa crudelitas pincernæ Pharaõnis, qui in gradum pristinum restitutus statim oblitus est Joseph sancti, qui in carcere tenebatur. Non enim erant unius capitis membra, vel aliqua pars, fidei cum infidei, aut ulla societas Israelitæ ad Ægyptium. Nos quoque si non sumus ipsius capitis membra, cujus & sancti, unde eis tam solèmnibus votis & tanto gratulamur affectu? Hæc igitur nõstra & eõrum coherentiã est, ut nos gratulemur eis, ipsi compatiantur nobis; nos devotã meditatione regnemus in eis, ipsi in nobis & pro nobis militent piã interventione.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

## Lectio vij.

**I**N illo tempore; dixit Jesus discipulis suis: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum mediã nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii  
Episcopi.

## Lib. 7. in Luc. n. 87.

**A**lius præcepti locus est, ut in omnibus momentis, non solum dièbus, sed etiam noctibus oratio deferatur. Vides enim quod iste qui

médiâ nocte perrexit, tres panes ab amico suo postulans, & in ipsa petendi intentione persistens, non defraudatur orâti. Qui sunt isti tres panes, nisi mystérii cœlestis alimentum? Quod si diligas Dóminum Deum tuum, non solum tibi, sed etiam aliis poteris emereri. Quis autem amicio nobis, quam qui pro nobis corpus suum tradidit? Ab hac médiâ nocte panes David petiit & accepit. Petiit quando dicebat: Médiâ nocte surgēbam ad confitendum tibi. Neque enim tímuit ne excitaret dormientem quem scit semper vigilantem.

*Lectio viii.*

**E**T ideo scriptórum memores noctibus ac diebus orationi instantes, peccatis nostris véniam postulémus. Nam si ille tam sanctus & qui regni erat necessitatibus occupatus, sépties in die laudem Dómino dicebat matutinis & vespertinis sacrificiis semper intentus, quid nos facere oportet, qui eò ampliùs rogare debémus quò frequentius carnis fragilitate delinquimus; ut de viâ lassus & istius ævi cursu, ac vitæ humanæ anfractu graviter fatigatus, pa-

nis refectiōnis deesse non possit, qui hóm̄inis corda confirmet? Nec solum médiâ nocte Dóminus, sed omnibus propè docet vigilandum esse momentis: venit enim & vespertinâ, & secundâ, & tertiâ vigiliâ & pulsare consuevit. Beati itaque servi illi, quos cum venerit Dóminus invenerit vigilantes.

*Lectio ix.*

**S**I ergo desideras ut virtus Dei præcingat te, & ministret tibi, vigilandum est semper: multæ enim insidiæ sunt bonis, & gravis corporis somnus; quia si dormire mens cœperit, vigorem suæ virtutis amittit. Excita igitur somnū tuū ut pulses ostiū Christi. Quod aperiri sibi etiam Paulus exposcit, non solum suis, sed etiam pópuli orationibus obsecrans se juvâri, ut aperiatur ostiū sibi ad loquendum mystérium Christi. Ergo præceptivus locus frequenter orandi, spes impetrandi, ratio persuadendi; prius in præcepto, post in exemplo. Qui enim promittit aliquid, spem debet afferre promissi; ut mōnitis obediētia deferatur, promissis fides.



IN ANNIVERSARIO  
DEDICATIONIS  
ECCLESIAE.  
SOLEMNE II. ORDINIS.

( Ipso die Dedicationis, SOLEMNE I. ORDINIS. )

IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Feria.*

*Ant.* **C**ernitis quòd Dòmi-  
1. D. nus Deus vester vo-  
biscum sit : præbete igitur  
corda vestra , ut quæratís Dò-  
minum ; & consurgite , &  
ædificate sanctuárium Dòmi-  
no. *Paral.* 22.

*Ant.* 7. d. Domus quam  
ædificari volo Dòmino , talis  
esse debet , ut in cunctis re-  
gionibus nominetur : præpa-  
rabo ergo ei necessària. *Pa-  
ral.* 22.

*Ant.* 5. C. Magnus est Deus  
noster super omnes deos : quis  
ergo poterit prævalere , ut  
ædificet dignam Deo domum?  
2. *Paral.* 2.

*Ant.* 6. Si cælum & cæli  
cælórú cãpere eum nequeunt ,  
quantus ego sum , ut possim  
ædificare ei domum. 2. *Pa-  
ral.* 2.

*Ant.* 3. a. Dòminus Deus  
cæli ipse præcepit mihi ut  
ædificarem ei domum. 1. *Ef-  
dr.* 1.

*Capitulum.* Agg. 1.

**H**æc dicit Dòminus exer-  
cítium : Pónite corda  
vestra super vias vestras ; af-

cendite in montem , portate  
ligna , & ædificate domum ;  
& acceptabilis mihi erit , &  
glorificabor , dicit Dòminus.

*R.* Cuncta , Dòmine , quæ  
in cælo sunt & in terra , tua  
sunt ; & quæ de manu tua ac-  
cepimus , dedimus tibi : \* Dò-  
mine Deus noster , † Omnis  
hæc còpia quam paravimus ,  
ut ædificaretur domus nómini  
sancto tuo , de manu tua est.  
‡ Quis prior Dòmino dedit ,  
& retribuetur ei ? Ex ipso sunt  
omnia : ipsi glória in sæcula .  
\* Dòmine. Glória. † Omnis.  
1. *Paral.* 29. *Rom.* 11.

*Hymnus.*

**U**RBS Jerúsalem beata ,  
Dicta pacis visio ,  
Quæ construitur in cælis  
Vivis ex lapidibus ,  
Et ovantum coronata  
Angelorum agmine.

NOVA veniens è cælo  
Nuptiali thalamo ,  
Præparata ut sponsata  
Copuletur Dòmino :  
Platææ & muri ejus  
Ex auro purissimo.

PORTÆ nitent margaritis,  
Adytis patentibus ;  
Et virtute meritòrum

Illuc introducitur  
Omnis qui ob Christi nomen  
Hic in mundo premitur.

TUNSIONIBUS, presuris  
Expoliti lapides,  
Suis coaptantur locis  
Per manus Artificis:  
Disponuntur permansuri  
Sacris ædificiis.

Sit perennis laus Parenti,  
Sit perennis Filio:  
Laus tibi qui nectis ambos,  
Sit perennis, Spiritus,  
Christina cujus nos inungens  
Viva templa consecrat. Am.

ψ. Fundatur exultatione  
universæ terræ mons Sion:  
R. Deus in domibus ejus cognoscetur. *Pf. 47.*

Ad Magnificat. *Ant. 4. D.*  
Domus mea ædificabitur in  
Jerusalem; & consolabitur  
adhuc Dominus Sion, & eliger  
adhuc Jerusalem. *Zach. 1.*

[ Ipso die Dedicacionis, &  
per Octavam.

*Oratio.*

**D**EUS, qui invisibiliter  
omnia continet, & tamen  
pro salute generis humani  
signa tuæ potentiae visibiliter  
ostendis: Templum hoc  
potentiâ tuæ inhabitationis  
illustra, & concede ut omnes  
qui huc deprecaturi conveniunt,  
ex quacumque tribulatione  
ad te clamaverint, consolationis  
tuæ beneficia consequantur;  
Per Dominum.]

In Anniversario Dedicacionis,  
& per Octavam.

*Oratio.*

**D**EUS, qui nobis per singulos  
annos hujus sancti Templi  
tui consecrationis reparas diem,  
& sacris semper

mysteriis representas incólames:  
exaudi preces populi tui  
& præsta ut quisquis hoc Templum  
beneficia petiturus ingreditur,  
cuncta se impetrasse lætetur;  
Per Dominum.

[ Si sit Dominica, sit Commemoratio  
Dominica occurrentis in utrisque  
Vesperis & Laudibus.]

AD COMPLETORIUM.

*Psalms de Feria.*

*Ant. 6. super Psalmos.* Sint  
oculi tui aperti super domum  
hanc nocte ac die, Domine,  
ut exaudias deprecationem populi  
tui. *3. Reg. 8.*

AD OFFICIUM NOCT.

*Invit.* Dominum in templo  
sancto suo, \* Venite, adoremus.  
*Habac. 2.*

*Pf. 94.* Venite. 2.

*Hymnus.*

**A**NGULARIS fundamentum

Lapis Christus missus est,  
Qui parietum compage  
In utroque nectitur,  
Quem Sion sancta suscepit,  
In quo credens permanet.

OMNIS illa Deo sacra  
Et dilecta civitas,  
Plena modulis, in laude  
Et canore jubilo,  
Trinum Deum unicumque  
Cum fervore prædicat.

Hoc in templo, summe  
Deus,

Exoratus adveni,  
Et clementi bonitate  
Precum vota suscipe:  
Largam benedictionem  
Hic infunde jugiter.

Hic promereantur omnes  
Perita acquirere,  
Et adepta possidere  
Cum Sanctis perenniter,

Paradifum introire,  
Translati in requiem.

Sit perennis laus Parenti,  
Sit perennis Filió:  
Laustibi qui nectis ambos,  
Sit perennis, Spíritus,  
Chriftma cujus nos inungens  
Viva templa confecrat.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 6. Salvabit.

*Pſalmus 5.*

**V**erba mea áuribus pèr-  
cipe, Dómine; \* intél-  
lige clamórem meum.

Intende voci oraríonis meæ,  
\* Rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo, Dó-  
mine; \* manè exáudies vocé  
meam.

Manè aftábo tibi, & víde-  
bo; \* quóniam non Deus vo-  
lens iniquitatem tu es.

Neque habitábit juxta te  
malignus; \* neque permané-  
bunt injufti ante óculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur  
iniquitatem; \* perdes omnes  
qui loquuntur mendácium.

Virum sanguinum & doló-  
ſum abominábitur Dóminus:  
\* ego autem in multítudine  
mifericórdiæ tuæ,

Introibo in domum tuam;  
\* adorábo ad templum fan-  
ctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in juſti-  
tia tua: \* propter inimicos  
meos dirige in conſpectu tuo  
viam meam;

Quóniam non eſt in ore  
eorum veritas, \* cor eorum  
vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt gut-  
tur eorum, linguis ſuis doló-  
ſe agébant; \* júdica illos,  
Deus.

Décidant à cogitatíonibus  
ſuis; ſecundum multítudinem  
impietátum eorú expelle eos.  
\* quóniam irritavérunt te,  
Dómine.

Et lætentur omnes qui ſpe-  
rant in te: \* in aeternum exul-  
tábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes  
qui diligunt nomen tuum,  
\* quóniam tu benedices juſto.

Dómine, ut ſcuto bonæ vo-  
luntátis tuæ \* coronáſti nos.

Ant. Salvabit Dñus Deus  
gregem pópuli ſui, quia lá-  
pides ſancti elevabuntur ſuper  
terram ejus. *Zach. 9.*

Ant. 7. d. Glória.

*Pſalmus 23.*

**D**omini eſt terra, & ple-  
nitúdo ejus, \* orbis ter-  
rarum, & univerſi qui hábi-  
tant in eo:

Quia ipſe ſuper mária fun-  
davit eum, \* & ſuper flúmina  
præparávit eum.

Quis aſcendet in montem  
Dómini? \* aut quis ſtabit in  
loco ſancto ejus?

Innocens mánibus & mun-  
do corde, \* qui non accépit  
in vano ánimam ſuam, nec  
jurávit in dolo próximo ſuo.

Hic accípiet benedictíonem  
à Dómino, \* & mifericór-  
diam à Deo ſalutári ſuo.

Hæc eſt generatio quæren-  
tium eum, \* quærentium fá-  
ciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes  
veſtras; & elevámini portæ  
æternales: \* & introíbit Rex  
glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ?  
\* Dóminus fortis & potens,  
Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes

veftras ; & elevámini portæ  
aternáles : \* & introíbit Rex  
glóriæ.

Quis eft ifte Rex glóriæ ?  
\* Dóminus virtútum ipfe eft  
Rex glóriæ.

*Ant.* Glória Líbani véniet  
ad ornandum locum sanctifi-  
caciónis meæ , & locum pe-  
dum meórum glorificábo. *If.*  
60.

*Ant.* 2. D. Dabo.

*Pfalms* 25.

**J**Udica me , Dómine , quó-  
niã ego in innocéntia mea  
ingreffus fum , \* & in Dómi-  
no fperans , non infirmábor.

Proba me , Dómine , & ten-  
ta me ; \* ure renes meos &  
cor meum ;

Quóniam mifericórdia tua  
ante oculos meos eft , \* &  
complácuí in veritate tua.

Non fedi cum concílio va-  
nitátis , \* & cum iníqua gerén-  
tibus non introíbo.

Odivi eccléfiã malignán-  
tium , \* & cum ímpiis non  
fedébo.

Lavábo inter innocentes  
manus meas , \* & circúmda-  
bo altáre tuum , Dómine ;

Ut áudiam vocem laudis ,  
\* & enarrem univerfa mira-  
bília tua.

Dómine , dilexi decórem  
domûs tuæ , \* & locum habi-  
taciónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis , Deus ,  
ánimam meã , \* & cum viris  
fánguinum vitam meam ,

In quorum mânibus iniqui-  
tates funt : \* dextera eórum  
repléta eft munéribus.

Ego autem in innocéntia  
mea ingreffus fum ; \* rédime  
me , & miferére mei.

Pes meus fterit in directo ;  
\* in eccléfiis benedicam te ,  
Dómine.

*Ant.* Dabo sanctificatióne  
meam in médio eórum , &  
erit tabernáculum meum in  
eis. *Ezech.* 37.

ÿ. Latátus fum in his quæ  
dicta funt mihi : R. In domum  
Dómini íbimus. *Pf.* 121.

De Libro fecundo Paralí-  
pómenon.

*Lectio* j. Cap. 7.

**C**UM compleffet Salomon  
fundens preces , ignis def-  
cendit de cælo , & devorávit  
holocaufta & víctimas : &  
majestas Dómini implévit do-  
mum ; nec póterant Sacerdó-  
tes íngredi templum Dómini ,  
eò quòd impleffet majestas  
Dómini templum Dñi. Sed  
& omnes filii Ísrael vidébant  
descendentem ignem , & gló-  
riam Dómini fuper domum ;  
& corruentes fuper in terram  
fuper pavimentum ítratam lá-  
pide , adoravérunt & laudavé-  
runt Dóminum : quóniam bo-  
nus , quóniam in féculum mi-  
fericórdia ejus. Rex autem &  
omnis pópulus immolábant  
víctimas coram Dómino. Ma-  
ctávit ígitur Rex Sálomon hó-  
ftias , boum viginti duo míl-  
lia , ariétum centum viginti  
míllia : & dedicávit domum  
Dei Rex , & univerfus pópulus.

R. Non mansi in domo ul-  
que ad diem hanc , dicit Dó-  
minus ; sed fui femper in ten-  
torio manens cum omni Ís-  
rael : \* Nunc ígitur dedi lo-  
cum pópulo meo ; plantábi-  
tur , & ultrà non commové-  
bitur. ÿ. Tabernáculum testi-  
mónii fuit cum pátribus in

deserto usque in diebus David: Sálomon autem ædificavit Dómino domum: \* Nunc. 1. Paral. 17. Act. 7.

Leçtio ij.

**S**acerdotes autem stabant in officiis suis: & Levitæ in organis carminum Dómini, quæ fecit David rex ad laudandum Dóminum: Quóniam in æternum misericordia ejus; hymnos David canentes per manus suas. Porro Sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israel stabat. Sanctificavit quoque Sálomon médium atrii ante templum Dómini: obtulerat enim ibi holocausta & adipēs pacificorum; quia altäre ancum quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipēs. Fecit ergo Sálomon solemnitatem in tempore illo septem diebus; & omnis Israel cum eo, ecclesia magna valde, ab intróitu Emath usque ad torrentem Ægypti. Fecitque die octavo collectam, eò quòd dedicasset altäre septem diebus, & solemnitatem celebrasset diebus septem.

**R.** In templo hoc ponam nomen meum in sempiternum, & ultra non faciam commoveri pedem Israel, \* Si tamen custodierint ómnia ópera quæ præcépi eis. **Ps.** Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quóniam inhabitábo in illis, & inambulábo inter eos; \* Si. 4. Reg. 2. 2. Cor. 8.

Leçtio iij.

**C**omplevitque Sálomon domum Dómini, & domum regis, & ómnia quæ dis-

posuerat in corde suo ut faceret in domo Dómini, & in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autem ei Dóminus nocte & ait: Audivi orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificii. Si clausero cælum, & pluvia non fluxerit, & mandávero & præcépero locustæ ut devoret terram, & misero pestilentiam in pópulum meum: conversus auté pópulus meus, super quos invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à viis suis pessimis, & ego exaudiã de cælo, & propitius ero peccatis eorum, & sanábo terram eorum: óculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem ejus qui in loco isto oraverit. Elegi enim & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permáneant óculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

**R.** Elegi locum istum mihi in domum sacrificii: \* Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ † Ad orationem ejus qui in loco isto oraverit. **Ps.** De omni re quamcumque petierint fiet; ubi enim sunt duo vel tres congregati in nómine meo, ibi sum. \* Oculi. Glória. † Ad orationem. 2. Paralipom. 7. Matth. 18.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Sanctificavi.

Psalmus 28.

**A**fferte Dómino, filii Dei; \* afferte Dómino filios arietum.

Afferte Dōmino glōriam & honorem; afferte Dōmino glōriam nōmini ejus: \* adorare Dōminum in atrio fancto ejus.

Vox Dōmini super aquas; Deus majestātis intōnuī: \* Dōminus super aquas multas.

Vox Dñi in virtute: \* vox Dōmini in magnificētia.

Vox Dōmini confringentis cedros; \* & confringet Dōminus cedros Libani,

Et comminuet eas tanquam vitulum Libani; \* & dilectus quemadmodum filius unicōrnium.

Vox Dōmini intercidentis flammam ignis: vox Dōmini concutientis desertum; \* & commovēbit Dōminus desertum Cades.

Vox Dōmini pręparantis cervos, & revelābit condensa; \* & in templo ejus omnes dicent glōriam.

Dōminus dilūvium inhabitare facit; \* & sedēbit Dōminus rex in æternum.

Dōminus virtutem pōpulo suo dabit: \* Dōminus benedicet pōpulo suo in pace.

*Ant.* Sanctificāvi domum hanc, quam ædificasti, ut pōnerem nomen meum ibi in sempiternum. 3. Reg. 9.

*Ant.* 5. a. Sanctificābitur.

*Psalmus 45.*

**D**Eus noster refūgium & virtus: \* adjutor in tribulatiōibus quę invenēruat nos nimis.

Propterea non timēbimus, dum turbābitur terra, \* & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatę sunt aquę eorum: \* conturbati sunt montes in fortitudīne ejus.

Flūminis impetus latificat civitatem Dei: \* sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus; non commovēbitur: \* adjuvabit eam Deus manē diluculo.

Conturbatę sunt gentes, & inclināta sunt regna: \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dōminus virtutum nobiscum: \* susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte opera Dōmini, quę posuit prodigia super terram, \* auferens bella usque ad finem terrę.

Arcum cōteret, & confringet arma, \* & scuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: \* exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dōminus virtutum nobiscum: \* susceptor noster Deus Jacob.

*Ant.* Sanctificābitur altare in gloriā meā: sanctificābo & tabernaculum cum altari, & habitābo in medio filiorum Israel. Exod. 29.

*Ant.* 4. E. Scient.

*Psalmus 47.*

**M**agnus Dōminus, & laudābilis nimis, \* in civitate Dei nostri, in monte fancto ejus.

Fundatur exultatiōe universę terrę mons Sion, \* latera Aquilonis, civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur, \* cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: \* convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: \* tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis: \* in spiritu vehementi contentes naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: \* Deus fundavit eam in æternum.

Suscipimus, Deus, misericordiam tuam \* in medio templi tui.

Secundum nomen tuum, Deus, sic & laus tua in fines terræ: \* justitiâ plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filia Judæ \* propter judicia tua, Domine.

Circumdante Sion, & complectimini eam: \* narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus: \* & distribuite domos ejus, ut enarratis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & in sæculum sæculi: \* ipse reget nos in sæcula.

*Ant.* Scient gentes quia ego Dominus sanctificator Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum. *Ezech. 37.*

ÿ. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus: *R.* Deus in medio ejus. *Pf. 45.*

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

*Serm. 1. de Dedicacione.*

*Lectio iv.*

**F**estivitas hodierna, fratres, tantò nobis deber esse devotior, quantò familiarior est. Nam ceteras quidem Sanctorum solemnitates cum Ecclesiis aliis habemus communes: hæc verò sic nobis est propria, ut necesse sit, vel à nobis eam, vel à nemine, celebrari. Nostra est, quia de Ecclesia nostra: magis autem nostra, quia de nobis ipsis. Miramini forsitan, & erubescitis celebrari festa de vobis. Sed quid lapides isti potuerunt sanctitatis habere, ut eorum solemnia celebremus? Habent utique sanctitatem, sed propter corpora vestra. An verò corpora vestra sancta esse quis dubitet, quæ templum sancti Spiritus sunt; ut sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione? Itaque sanctæ sunt animæ propter inhabitantem Spiritum Dei in vobis: sancta sunt corpora propter animas: sancta est etiam propter corpora domus.

*R.* Mactavit hostias, & dedicavit domum Dei rex, & universus populus; Sacerdotes autem stabant & Levitæ ad laudandum Dominum: \* Quoniam in æternum misericordia ejus. *ÿ.* Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret: \* Quoniam in æternum misericordia ejus. *2. Paral. 7. Ephes. 5.*

## Lectio v.

**Q**Uando domus ifta per manus Pontificum dedicata eft Dómino, propter nos fi ne dúbio factum eft. In nobis pioinde fpirituáliter impléri neceffe eft, quæ in parietibus vifibiliter præcellerunt. Et fi vultis fcire, hæc útrique funt; afpérſio, infcriptio, inúnctio, illuminátio, benedíctio: hæc quidem in hac vifibili domo fecêre Pontifices; hæc Chriftus aſſiſtens Póntifex futurórum bonórum invifibiliter quotidie operátur in nobis. Afpergit nos hyſſópo, ut mundémur, lavémur, dealbémur: lavat nos in confefſióne; lavat nos lacrymarum imbre; lavat sudóre pœnitentiæ: magis autem lavat nos aquâ illâ pretioſâ quæ de fonte pietátis, id eft, ab ejus latere, emanávit. Non ſolum autem, ſed infcribit dígito Dei in quo ejiciébat dæmónia, haud dúbium quin in Spíritu ſancto. Infcribit, inquam, legem ſuam, non in lapide, ſed in tábulis cordis carnálibus, prophéticam implens promiffiónem, quâ ſe pollicitus eft ablatúrum cor lapídeum, & cárneum cor eſſe datúrum, id eft, non durum, non obſtinátum, non Judáicum; ſed pium, ſed manſuétum, ſed tractábile, ſed devótum. Beátus quem tu erudieris, Dómine, & de lege tua docúeris eum.

R. Móyſes tabernáculum & ómnia vaſa miniſterii afperſit; & ómnia in ſánguine ſecundùm legem mundantur: \* Neceſſe eſt ergo exemplária

quidem cœléſtium his mundaári; ipſa autem cœléſtia melióribus hóſtiis, quàm iſtis. *Y.* Tulit Móyſes unctiónis óleum, quo linívit tabernáculum cum omni ſupelléctili ſua: óbtulit & vitulum pro peccáto. \* Neceſſe eſt. *Hebr.* 9. *Levit.* 8.

## Lectio vj.

**B**EÁti, inquam, qui docti & mémores ſunt mandatórum ejus, ſed ad faciendum ea: alióquin ſciéti bonum & non faciéti, peccátum eſt illi; & ſervus ſciens voluntátem dómini ſui & non faciens, plagis vapulábit multis. Unde neceſſe eſt únctio ſpirituális grátia adjuvet infirmitátem noſtram, obſervantiárum & multimodæ pœnitentiæ cruces devotiónis ſuæ grátia liniens: quia nec eſt ſine cruce ſequi Chriftum; & ſine únctióne, crucis aſperitátem ferre quis poſſet? Hinc eſt quód multi abominantur & fugiunt pœniténtiam, crucem quidem videntes, ſed non ériam únctiónem. Vos qui experti eſtis, ecce ſcitis quia verè crux noſtra inuncta eſt, & per grátiam Spíritus adjuvantis, ſuávis & delectábilis eſt pœniténtia noſtra, & ut ita dicam, amaritúdo noſtra dulciſſima. At poſtquam únctio grátia hujus præceſſerit, jam lucernam ſuam Chriftus non ponit ſub módio, ſed ſuper candelábrum: quia tempus eſt ut líceat lux noſtra coram homínibus. Jam verò benedictiónem quidem expectámus in fine, quando apériet manum ſuam, & implébit omne áni-  
mal

nal benedictione. Nam in quatuor præmissis mérita constant, in benedictione sunt præmia. In benedictione tota complébitur grátia sanctificationis, quando jam in domum transibimus non manufactam, æternam in cælis. Ipsa est quæ constrúitur vivis ex lapidibus, ángelis scilicet & hominibus. Simul enim ædificatio & dedicatio ipsa complébitur.

ꝛ. Cùm intulisset Móyses arcam in tabernaculum, posuit & mensam, & candelabrum è regione mensæ, \* Juxta præceptum Dómini. ꝛ. Luccernam ponunt super candelabrum, ut luceat ómnibus qui in domo sunt: sic luceat lux vestra coram hominibus. \* Juxta. Glória Patri.

\* Juxta. Exod. 40. Matth. 5.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Majestas Dómini.

*Psalmus 64.*

**T**E decet hymnus, Deus, in Sion; \* & tibi reddetur vorum in Jerúsalem.

Exaudi orationem meam: \* ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos; \* & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti, & assumpisti; \* inhabitabit in feris tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ; \* sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos, Deus salutaris noster, \* spes ómnium finium terræ, & in mari longè;

Præparans montes in virtute tua, accinctus potèntiâ; \* qui conturbas profundum

*Br. Mir. Pars Æstiva.*

maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: \* exitus matutini & vespere delectabis.

Visitasti terram & inebriasti eam; \* multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei replerum est aquis, parasti cibum illorum; \* quoniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus; \* in stillicidiis ejus lætabitur germians.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ; \* & campi tui replebuntur uberrate.

Pinguescent speciosa deserti, \* & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes óvium; & valles abundabunt frumento: \* clamabunt, etenim hymnum dicent.

*Antiph.* Majestas Dómini implévit domum, nec poterant Sacerdotes ingredi domum Dómini, eò quòd impleset majestas Dómini templum Dómini. 2. *Paral. 7.*

*Ant. 6.* Verè Dóminus.

*Psalmus 83.*

**Q**Uàm dilecta tabernacula tua, Dómine virtutum! \* concupiscit & déficit anima mea in átria Dómini.

Cor meum & caro mea \* exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum, \* & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Dómine virtutum; \* Rex meus & Deus meus.

Beati qui habitant in domo

tuā, Dómine! \* in sécula seculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus est auxiliū abs te; \* ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrymárum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem: \* vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exaudi oratióem meā; \* aures percípe, Deus Jacob.

Protectór noster, aspice, Deus; \* & respice in faciē Christi tui:

Quia mélior est dies una in atriis tuis \* super míllia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei, \* magis quàm habitare in tabernáculis peccatórū.

Quia misericórdiam & veritatem diligit Deus; \* grátiam & glóriam dabit Dñus.

Non privábit bonis eos qui ambulat in innocéntia: \* Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te.

*Ant.* Verè Dóminus est in loco isto: quàm terribilis est locus iste! non est híc aliud nisi domus Dei, & porta cœli. *Genes.* 28.

*Ant.* 3. g. Ipse.

*Psalmus* 86.

**F**undamenta ejus in montibus sanctis: \* diligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriósa dicta sunt de te, \* civitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylonis, \* sciéntium me.

Ecce alienígenæ & Tyrus, & pópulus Æthiópum; \* hi fuerunt illíc.

Númquid Sion dicet: Ho-

mo, & homo natus est in ea; \* & ipse fundávit eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scripturis populórum & príncipum, \* horū qui fuerunt in ea.

Sicut lætántium ómnium \* habitatio est in te.

*Ant.* Ipse qui habet in cœlis habitatióem, visitátor & adjutor est loci; & venientes ad malefaciendum percutit ac perdit. 2. *Mach.* 3.

ÿ. Dómine, quis habitabit in tabernáculo tuo? Qui ingreditur sine mácula, & operatur justitiam. *Pf.* 14.

Lectio sancti Evangelii secundum Marthæum.

*Lectio vij.* Cap. 21.

**I**n illo tempore; Cùm intrasset Jesus Jerosólymam, commóta est universa civitas, dicens: Quis est hic? Pópuli autem dicébant: Hic est Jesus Prophéta à Nazareth Galilææ. Et intrávit Jesus in templum Dei. Et reliqua.

Homília sancti Basílii Episcopi.

*In Psal.* 28.

*Ed. Ben.* 1721. n. 3.

**N**ecessária est adoratio; non ea quæ fit extra Ecclésiám, sed quæ in ipsa Dei aula perficitur. Ne mihi priváras aulas aut ecclésiás exogitétis. Una est aula sancta Dei. Synagoga Judæórum prius aula erat: sed post admissum in Christum peccátum, facta est habitatio eórum deserta. Quapropter & Dóminus: Et alias oves hábeo, quæ non sunt ex hoc ovili. Cùm autem loquatur de iis qui ex Géntibus ad salutem præ-

tinaci sunt, aulam propriam præter Judæorum aulam ostendit. Non igitur extra hanc aulam adorare oportet, sed intra ipsam; ne quis extra ipsam constitutus, aut ab iis qui extra illam sunt, attractus, in aula Domini esse desinat. Interfunt enim multi in habitu quidem precationis; nec sunt tamen in aula ob mentis evagationem, & animi eorum aberrationem, ex vanis ac inutilibus curis nascentem. Qui ventrem, aut gloriam, aut argentum, aut quidvis aliud quod reliquis omnibus pluris æstimat, deum fecerit, is neque adorat Dominum, neque in aula sancta est; etiamsi videatur esse dignus, qui ad sensibiles conventus admittatur.

R. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est: adorate in monte sancto ejus, \* Quoniam sanctus Dominus Deus noster. V. Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate; nam & Pater tales querit qui adorent eum; \* Quoniam. Ps. 98. Joan. 4.

n. 7. Lectio viij.

**I**N templo adstant sancti Angeli: adest Dominus, qui animum ingrediendum intuetur. Preces uniuscujusque manifestæ Deo sunt, quis ex affectu, quis scitè exquisitæ cœlestia; quis perfunctoriè & extrémis labris verba pronuntiet, cor verò ipsius procul à Deo sit. Quod si orat; carnis sanitatem, opesque terrestres, & humanam gloriam unice alligat. Horum autem ni-

hil sic petendum est, ut Scriptura docet: sed in templo ejus unusquisque dicit gloriam. Creatura omnis tum silens, tum loquens, tum cœlestis, tum terræna, dat gloriam Conditori: miserabiles verò homines, postquam, aedibus suis relictis, ad templum concurrerunt, quasi quidpiam consecuturi emolumentum, tamen Dei verbis aures non præbent, suam ipsorum naturam non sentiunt: præoccupati peccato, non affliguntur: non moerent, dum reminiscuntur peccatorum: non timent judicium; sed arridentes, & inter se jungentes dextras, precationis domum in locum immòdicæ loquacitatis vertunt.

R. Qui adhærent Domino ut colant eum, & diligant nomen ejus, latificabo eos in domo orationis meæ; \* Quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. V. Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis; \* Quia. 1s. 56. Joan. 2.

[ Si sit Dominica, loco sequentis Lectionis, legitur Evangelium & Homilia Dominica occurrentis. ]

Lectio ix.

**C**Ave ne quando abeas unâ cum iis qui impia & contumeliôsa verba in Dei nomen evomunt, condemnatus, cum debuisses mercèdem pro rerum divinârum celebratiône recipere. Habes Psalmum, habes Prophétiam, præcepta Evangelica, Apostolorum prædicatiônes. Lingua psallar: mens eorum quæ dicta sunt,

In Feflo Dedicacionis

Scrutetur intelligentiam; ut  
pfallas fpiritu, pfallas item &  
mente. Deus enim minime in-  
diget gloriâ: fed te vult efle  
dignum, qui gloriâ confe-  
quare. Quapropter quod fê-  
minat homo, hoc & metet.  
Sémina glorificatióem, ut  
corónas, honoresque, & lau-  
des in regno cœlórûm metas.  
Hæc à nobis ideò dicta funt,  
quòd funt qui loquendi finem  
in Dei templo numquam fá-  
ciant, ac inutiliter ingredian-  
tur. Utinam inutiliter, non  
cum detrimento!

R. Tu, Dómine univérso-  
rum, qui nullius indiges, vo-  
luifti templum habitatiónis  
tuæ fieri in nobis: \* Et nunc  
Sancte Sanctorum, Dómine,  
† Conferva in æternum im-  
pollutam domum iftam. *ψ.* Si  
quis templum Dei violáverit,  
difperdet illum Deus: Tem-  
plum enim Dei fanctum eft.  
\* Et nunc Sancte Sanctorum,  
Dómine. Glória. † Conferva.  
2. *Mach.* 14. 1. *Cor.* 3.

Te Deum.

A D L A U D E S.

*Pfalms de Dominica.*

*Ant.* 3. a. **D**omus Dei eft Ec-  
cléſia Dei vivi,  
columna & firmamentum ve-  
ritatis. 1. *Tim.* 3.

*Ant.* 4. E. Christi domus  
fumus nos, fi fiduciam & gló-  
riam ſpei ufque ad finem fir-  
mam retineamus. *Hebr.* 3.

*Ant.* 8. c. Ad Dóminum  
accedentes, lapidem vivum &  
electum; & ipſi tanquam  
lapides vivi ſuperædificamini,  
domus ſpiritualis. 1. *Petr.* 2.

*Ant.* 5. a. Omnis ædificatio.

*Canticum.* Tob. 13.

**J**erúſalem civitas Dei, luce  
ſpléndidâ fulgêbis, \* &  
omnes fines terræ adorábunt  
te.

Natióes ex longinquo ad  
te vénient: & múnera defe-  
rentes adorábunt in te Dómi-  
num, \* & terram tuam in fan-  
ctificatióem habébunt;

Nomen enim magnum \* in-  
vocábunt in te:

Maledicti erunt qui contém-  
pſerint te; & condemnati  
erunt omnes qui blaſphemá-  
verint te, \* benedictique  
erunt qui ædificáverint te.

Tu autem lætaberis in filiis  
tuis; \* quóniam omnes bene-  
dicentur & congregabuntur ad  
Dóminum.

Beati omnes qui diligunt te,  
\* & qui gaudent ſuper pace  
tua.

Anima mea, benedic Dó-  
minum; \* quóniam liberávit  
Jerúſalem civitatem ſuam à  
cunctis tribulatióibus ejus  
Dóminus Deus noſter.

Beátus ero ſi fuerint reli-  
quiæ ſéminis mei \* ad viden-  
dam claritatem Jerúſalem.

Portæ Jerúſalem ex ſapphi-  
ro & ſmaragdo ædificabuntur;  
\* & ex lapide pretioſo omnis  
circuitus murórum ejus.

Ex lapide cándido & mundo  
omnes platæe ejus ſternentur:  
\* & per vicos ejus Alleluia  
cantábitur.

Benedictus Dóminus qui  
exaltávit eam; \* & ſit regnum  
ejus in ſécula ſeculórum ſuper  
eam. Amen.

*Ant.* Omnis ædificatio con-  
ſtructa in Christo Jeſu, creſcit  
in templum ſanctum in Dó-

mano; in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu. *Ephes. 2.*

*Ant. 1. a.* Dei ædificatio estis, fundamentum pofui: unusquisque videat quomodo superædificet; fundamentum enim Christus Jesus. *1. Cor. 3.*

*Capitulum. 1. Cor. 6.*

**A**N nescitis quonia membra vestra templum sunt Spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro.

*Hymnus.*

**P**ATRIS æterni Soboles coæva,

Dum tuæ sacros pia plebs honores

Ædis instaurat, Deus alme, nostris

Annue votis.

Hic sacri fontis latices ab ortu

Inditi purgant maculam reatus:

Hic & infusum nova membra Christo

Chrisma coaptat.

Hic sua pascit populos fideles

Carne, qui mundi scelus omne tollit

Agnus, & fusi pretium crucis

Ipse propinat.

Hic salus agris animis paratur:

Hic reos Judex facilis relaxat,

Atque lethalem rediviva pellit

Gratia culpam.

**C**UJUS in cælo thronus est perennis,

Incolit parvam Deus altus ædem:

Hic adorator sibi quisque sedem

Præparat astris.

**N**ULLUS hanc turbo quatit, irruentis

Nulla vis nimbi, rapidive fluctus:

Cedit hanc contra furor inferorum

Irritus omnis.

**L**AUS Deo, virtus, honor, & potestas

Una sit Patri, parilique Proli:

Par sit amborum tibi nexus omni,

Spiritus, ævo.

Amen.

*ψ.* Domum tuam decet sanctitudo, Domine, & in longitudinem dierum. *Pf. 92.*

*Ad Benedictus. Ant. 7. a.*

Domus tua, Domine, in sanctificatione tua permaneat; & omnes gentes agnoscant quia tu es Deus, & non est alius præter te. *Judith. 9.*

[ *Ipsa die Dedicacionis, & per Octavam.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui invisibiliter omnia continet, & tamen pro salute generis humani signa tuæ potentie visibiliter ostendis: templum hoc potentiam tuam inhabitationis illustra, & concede ut omnes qui huc deprecaturi conveniunt, ex quacumque tribulatione ad te clamaverint, consolationis tuæ beneficia consequantur; Per Dominum. ]

In Anniverfario Dedicacionis,  
& per Octavam.

Oratio.

**D**Eus, qui nobis per singulos annos hujus sancti Templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysteriis representas incolumnes: exaudi preces populi tui, & præsta ut quisquis hoc Templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur; Per Dñm.

AD PRIMAM.

*Psalmi de Dominica, & sic ad alias Horas.*

*Ant.* Domus Dei.

*In R.* br. *ψ.* Qui magnificas in nobis locum tuum & Templum. 2. *Mach.* 3.

AD TERTIAM.

*Ant.* Christi domus.

*Capitulum.* Hebr. 10.

**H**abentes, Fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam & viventem per velamen, ( id est, carnem suam, ) & Sacerdotem magnum super domum Dei; accedamus cum vero corde in plenitudine fidei.

*R.* br. In multitudinem misericordie tue \* Introibo in domum tuam, \* Alleluia, alleluia. In. *ψ.* Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo, \* Alleluia. Gloria Patri. In. *Ps.* 5.

*ψ.* Introibo in domum tuam in holocaustis: *R.* Reddam tibi vota mea. *Ps.* 65.

[ Per Octavam Anniversarii, omissis Alleluia. resumptio fit ad primum asteriscum \*; & sic ad alias Horas. ]

AD SEXTAM.

*Ant.* Ad Dñm.

*Capitulum.* Apoc. 3.

**Q**ui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egrediatur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei novae Jerusalem, quae descendit de caelo à Deo meo, & nomen meum novum.

*R.* br. Beatus \* quem elegisti & assumpsisti, \* Alleluia, alleluia. Beatus. *ψ.* Inhabitabit in atriis tuis, \* Alleluia. Gloria. Beatus. *Ps.* 64.

*ψ.* Beati qui habitant in domo tua, Domine: *R.* In secula seculorum laudabunt te. *Ps.* 83.

AD NONAM.

*Ant.* Dei.

*Capitulum.* 2. Cor. 5.

**S**cimus quoniam si terris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in caelis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quae de caelo est, superindui cupientes.

*R.* br. Replebimur \* In bonis domus tuae, \* Alleluia, alleluia. Replebimur. *ψ.* Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate, \* Alleluia. Gloria Patri. Replebimur. *Ps.* 64.

*ψ.* Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! *R.* Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. *Ps.* 83.

## AD II. VESPERAS.

Ant. 4. E. Unus.

*Psalmus 121.*

**L**ætatus sum in his quæ dicta sunt mihi : \* In domum Dómini ibimus.

Stantes erant pedes nostri \* in átriis tuis, Jerúsalem.

Jerúsalem quæ ædificatur ut civitas, \* cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini, \* testimonium Israel, ad confitendum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudicio, \* sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : \* & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua, \* & abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, \* loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, \* quæsi vi bona tibi.

Ant. Unus de septem Angelis sústulit me in spíritu, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerúsalem descendentem de cœlo à Deo. *Apoc. 21.*

Ant. 8. G. Erat structúra.

*Psalmus 126.*

**N**isi Dóminus ædificáverit domum, \* in vanum laboráverunt qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitatem, \* frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere : \* surgite, postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit dilectis suis somnum : ecce hæreditas Dómini, filii : \* merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis, \* ita filii excusórum.

Beátus vir qui implévit fidérium suum ex ipsis : \* non confundétur, cum loquétur inimicis suis in porta.

Ant. Erat structúra muri ejus ex lápile jás pide ; ipsa verò civitas aurum mundum, simile vitro mundo. *Apoc. 21.*

Ant. 1. D. Templum.

*Psalmus 131.*

**M**emento, Dómine, David, \* & omnis mansuetudinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, \* votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domús meæ, \* si ascéndero in lectum strati meí :

Si dédero somnum óculis meis, \* & pálpebris meis dormitaciónem,

Et réquiem tempóribus meis, donec invéniam locum Dómino, \* tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : \* invénimus eam in campis sylvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : \* adorábitur in loco ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in requiém tuam, \* tu & arca sanctificaciónis tuæ.

Sacerdótes tui induantur justitiá, \* & sancti tui exultent.

Propter David servum tuum, \* non avertas faciém christi tui.

Jurávit Dóminus David veritatem, & non frustrábitur

eum : \* de fructu ventris tui ponam super fedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum , \* & testimonia mea hæc quæ docébo eos.

Et filii eorum usque in sæculum , \* sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion , \* elégit eam in habitaciónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi ; \* hic habitábo , quóniam elégi eam.

Viduam ejus benedicens benedicam : \* páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus induam salutári : \* & sancti ejus exultaciónem exultábunt.

Illuc producám cornu David : \* parávi lucernam christo meo.

Inimicos ejus induam confusiónem : \* super ipsum autem efflorébit sanctificatio mea.

*Ant.* Templum non vidi in eâ ; Dóminus enim Deus omnipotens templum illius est , & Agnus. *Apoc.* 21.

*Ant.* 3. a. Civitas.

*Psalmus* 136.

**S**uper flúmina Babylónis , illic sédimus & flévimus , \* cum recordarémur Sion.

In salicibus in médio ejus , \* suspéndimus órgana nostra :

Quia illic interrogavérunt nos , qui captivos duxérunt nos , \* verba cantiónum :

Et qui abduxérunt nos , \* Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómódò cantábimus cánticum Dñi \* in terra aliéna ?

Si oblítus fuero tui , Jerú-

salem , \* oblivióni detur dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis , \* si non memínero tui ,

Si non proposúero Jerúsalem \* in principio lætitiæ meæ.

Memor esto , Dómine , filiórum Edom , \* in die Jerúsalem ;

Qui dicunt : Exinaníte , exinaníte \* usque ad fundamentum in ea.

Fília Babylónis mísera , \* beátus qui retribuét tibi retributióem tuam ; quam retribuisti nobis.

Beátus qui ténebit , \* & allidet párvulos tuos ad petram.

*Ant.* Civitas non eget sole neque luna ut líceant in ea ; nam cláritas Dei illuminávit eam , & lucerna ejus est Agnus. *Apoc.* 21.

*Ant.* 6. Non intrábit.

*Psalmus* 147.

**L**auda ; Jerúsalem , Dóminus : \* lauda Deum tuum , Sion ;

Quóniam confortávit feras portárum tuárum , \* benedixit filiis tuis in te ;

Qui pósuit fines tuos pacem , \* & adipe frumenti satiát te ;

Qui emittit eloquium tuum terræ , \* velociter currit sermo ejus ;

Qui dat nivem sicut lanam , \* nébulam sicut cinerem spargit ;

Mittit crystallum suam sicut buccellas : \* ante faciém frigoris ejus quis sustinébit ?

Emittet verbum suum & liquefaciet ea : \* flabit spíritus ejus , & fluent aquæ.

Qui annútiat verbum fuum  
Jacob, \* iuftítias & iudícia  
fua Ifrael.

Non fecit táliter omni  
nacióni, \* & iudícia fua non  
manifeftávit eis.

*Ant.* Non intrábit in eam  
áliquod coinquinátum, aut  
abominatióne faciens & men-  
dácium; nifi qui fcripti funt  
in libro vitæ Agni. *Apoc.* 21.

*Capitulum.* Ifaia 33.

**R**efpice Sion civitatem  
folemnitatis noſtræ: ócu-  
litui vidébunt Jerúſalem, ha-  
bitatióne opulenta, taber-  
náculum quod nequáquam  
transferri póterit; nec aufe-  
rentur clavi ejus in ſempi-  
ternum, & omnes funiculi  
ejus non rumpentur; quia ſo-  
lummodò ibi magníficus eſt  
Dóminus noſter.

*Hymnus.*

**E**cce ſedes híc tonantis,  
Ecce cœli jánuæ:  
Híc ſacerdos, ara, templum,  
Híc Deus fit hóſtia:  
Incruentâ morte jugis  
Híc amor litat Deum.

**Q**ualis ara, quanta ſedes  
Ipsius capax Dei!  
Quem nec univerſa terra,  
Omne nec cœlum capit,  
Orbe parvo ſe coarctans,  
Híc latere ſúſtinet.

**Q**uam libenter híc pudicis  
Inferit ſe córdibus!  
Híc amantiſ tota Chriſti  
Exerit ſe caritas:  
Híc Pater caros ſedere  
Geſtit inter filios.

**H**inc faceſſe quem profána  
Pólluit contágio,  
Neu ſacrum tranſire limen  
Inquinátus áudeas:  
Uxor aſtat cum flagellis

Púniens fontes Deus.

**S**it perennis laus Parenti,  
Sit perennis Filio:  
Laus tibi qui nectis ambos,  
Sit perennis, Spíritus,  
Chriſma cujus nos inungens  
Viva templa cónſecrat.

Amen.

**Ÿ.** Glorióſa dicta ſunt de  
te, civitas Dei: **R.** Sicut læ-  
tántium ómnium habitatio eſt  
in te. *Pſ.* 86.

*Ad Magníficat. Ant. 5. C.*  
Greſſus rectos fácite pédibus  
veſtris; acceſſiſtis enim ad ci-  
vitatem Dei viventis Jerúſa-  
lem cœleſtem: itaque regnum  
immóbile ſuſcipientes, ſer-  
viámus Deo cum metu & re-  
veréntia. *Hebr.* 12.

*Oratio, ut ſupra ad Laudes.*

**AD COMPLETORIUM.**

*Pſalmi & Capitulum de  
Dominica, cætera ut heri,  
xc.*

**¶ De Dominica (ſi occurrat  
intra Octavam Anniverſarii  
Dedicacionis), ſit Officium ut  
in Pſalterio, & Proprio de  
Tempore, cum commemoratione  
Octavæ in utriſque Veſperis &  
Laudibus.]**

**D I E B U S**

**I N T R A O C T A V A M.**

*Semiduplex.*

*Omnia ut in die, exceptis  
quæ ſequuntur.*

*Pſalmi de Feria in toto Officio.*

**AD NOCTURNUM.**

*Tres Antiph. Ÿ. & R. R. R.  
ex Nocturno Feſti, juxta Fe-  
riam.*

*Lectio j. de Scriptura occur-  
rente; ij. & iij. ut habentur  
infra pro qualibet die.*

**AD LAUDES.**

*Ant. ſola. 5. a. Omnis ædi-*

ficatio constructa in Christo Jesu, crescit in templum sanctum in Domino; in quo & vos coedificamini in habitaculum Dei in Spiritu. *Ephes. 2.*

*Canticum, Jerusalem. c.*

*AD HORAS, omittitur*

*Alleluia. in RRZR. brevibus.*

*AD VESPERAS.*

*Antiph. sola. 4. E.* Unus de septem Angelis sustulit me in spiritu, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de caelo à Deo.

*Apoc. 21.*

*SECUNDA DIE.*

Sermo S. Augustini Episcopi. *Serm. 336. in Dedic. Tom. 5.*

*Lectio ij.*

**C**elebritas hujus congregationis, dedicatio est domus orationis. Domus ergo nostrarum orationum, ista est; domus Dei, nos ipsi. Si domus Dei nos ipsi, nos in hoc seculo aedificamur, ut in fine seculi dedicemur. Aedificium, imò aedificatio habet laborem, dedicatio exultationem. Quod hinc fiebat, quando ista surgebant; hoc fit modò, cum congregantur credentes in Christum. Credendo enim, quasi de sylvis & montibus ligna & lapides praeciduntur. Cum verò catechizantur, baptizantur, formantur; tanquam inter manus fabricorum & opificum dolantur, collineantur, complanantur. Verumtamen domum Domini non faciunt, nisi quando caritate compaginantur.

*Lectio iij.*

**L**igna ista & lapides si non sibi certo ordine cohaerent, si non se pacifice inné-

sterent, si non se invicem cohaerendo sibi, quodam modo amarent, nemo huc intraret. Denique quando vides in aliqua fabrica lapides & ligna bene sibi cohaerere, securus intras, ruinam non times. Volens ergo Dominus Christus intrare, & in nobis habitare, tanquam aedificando dicebat: Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis. Mandatum, inquit, novum do vobis; veteres enim eratis, domum mihi nondum faciebatis, in vestra ruina jacebatis. Ergo ut eruamini de vestrae ruinae vetustate, vos invicem amate.

*TERTIA DIE.*

Sermo S. Casarii Episcopi.

*Sermo 229 qui est in Dedic. Ecclesia.*

*Lectio ij.*

**Q**uotiescumque, Fratres carissimi, altaris vel templi festivitatem colimus, si fideliter ac diligenter attendimus, & sanctè ac justè vivimus; quidquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spiritali aedificatione completur. Non enim mentitus est ille qui dixit: Templum Dei sanctum est, quod estis vos; & iterum: Nescitis quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti? Quia verò nullis praecedentibus meritis, sed per gratiam Dei meruimus fieri templum Dei; quantum possumus, cum ipsius adjutorio laboramus, ne Dominus noster in templo suo, hoc est, in nobis ipsis, inveniat quod oculos suae majestatis offendar: sed habitaculum cordis nostri eva-

evectur vitiis, & virtutibus repleatur; claudatur diabolo, & aperiatur Christo.

*Serm. 230. Lectio iij.*

**Q**uia, Fratres, habitare desiderat in nobis Deus, cum ipsius adjutorio ita cor nostrum studeamus bonis semper cogitationibus occupare, & corpora nostra ab omni sorde luxuriae munda custodire, ut Deum in nobis delectet habitare. In templo enim a Salomone aedificato legimus duo altaria fuisse constituta, unum foris, aliud intus: in illo quod foris erat, animalium celebrabatur sacrificium; in illo vero quod intus erat, thymiámati offerebatur incensum. Videamus ergo ne fortè in nobis duo sint altaria constituta; corporis scilicet, & cordis nostri. Denique duplex a nobis sacrificium querit Deus: unum, ut simus casto corpore; aliud, ut mundo corde esse debeamus.

*QUARTA DIE.*

De Sermone sancti Augustini Episcopi.

*Serm. 337. de Dedic. Ecclesia.*

*C. 7. Lectio ij.*

**B**ona opera fidelium de sua temporali terrenaque substantia cum in thesauris caelestibus reconduuntur; fides hoc videt, quae pietatis oculum habet in corde. Unde & ista aedificia, quae congregandis religiosis coetibus extruuntur, cum oculo carnis inspexerit, laudat interius quod cernit exterius; & visibili accipit lumine, ad quod gaudeat invisibili veritate. Neque enim occupata est fides inspi-

cere quam pulchra sint membra hujus habitacionis, sed de quanta interioris hominis pulchritudine procedant haec opera dilectionis.

*Lectio iij.*

**R**etríbuet ergo Dóminus fidelibus suis tam piè, tam hiláriter, tam devóte ista operántibus, ut eos quoque ipsos in suae fabricae constructione componat, quò currunt lapides vivi, fide formati, spe solidati, caritate compacti: ubi sapiens ille architectus Apóstolus fundamentum posuit Christum Jesum, summum ipsum lapidè anguláre; sicut & Petrus de prophética Scriptúra commemorat, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum. Huic adhærendo, pacamur; huic incumbendo, firmamur.

*QUINTA DIE.*

De Sermone sancti Augustini Episcopi.

*Unde supra. Lectio ij.*

**C**hristus simul est & lapis fundamentalis, quia ipse nos regit; & angularis, quia ipse conjungit. Ipsa est petra supra quam vir sapiens aedificans domum suam, contra omnes hujus saeculi tentationes tutissimus perseverat; nec pluvia irruente labitur, nec flumine inundante subvertitur, nec ventis flantibus commovetur. Ipse est & pax nostra, qui fecit utraque unum: in ipso enim neque circumcisio quidquam valet, neque praepitium, sed nova creatura. Hi enim duo tanquam parietes ex diverso venientes,

longè ab invicem fuerant ; donec ad illum , tanquam ad angulum ducti , etiam in illo sibimet copulari sunt.

*Cap. 2. Lectio iij.*

**I**Taque sicut hoc ædificium visibile factum est nobis corporaliter congregandis ; ita illud ædificium , quod nos ipsi sumus , Deo spiritaliter habitaturo construitur. Templum enim Dei sanctum est , inquit Apóstolus , quod estis vos. Sicut hoc terrenis mólibus construímus , sic illud bene compósitis móribus erigámus. Hoc enim nunc visitantibus nobis , illud in fine séculi , Dómino veniente , dedicabitur , quando corruptibile hoc nostrum induet incorruptiónem , & mortále hoc nostrum induet immortalitatem ; quia corpus humilitatis nostræ conformabit corpore glóriæ suæ.

*S E X T A D I E.*

Sermo sancti Joannis Chrysóstomi.

*Homil. 33. in Matth.*

*Lectio ij.*

**C**ommúnis ómnium domus est Ecclésia , in quam vobis prius ingressis , nos intrámus , discipulórum formam retinentes : ideóque commúner omnibus , statim atque ingressi fuerimus , ut illis datam legem sequámur , pacem offerimus. Nemo igitur socórdiá torpeat , nemo secularibus rebus suspensam ánimam hábeat , cum jam ad prædicandum Sacerdotes intráverint. Non enim parva huic rei imminet pœna. Equidem millies potiùs malim in

domum alicujus vestrum ingressus destitui , quàm hic prædicans non audiri. Hoc mihi moléstius esset quàm illud ; quandóquidem hæc magis propriè domus nostra est , quàm illa.

*Lectio iij.*

**H**ic magnæ illæ nostræ spes positæ sunt , hic spes nostra omnis. Quid enim hoc loco non magnum est & admirandú ? Nam hæc mensa longè pretiósior est atque jucúndior ; & lucerna hæc quam illa , ut nôrunt qui cum fide óleo peruncti , à morbis liberati sunt. Arca etiam hæc multò mélior , magisque necessária. Non enim vestes , sed misericórdiam inclúsam contémnet ; quamvis pauci sint qui eam possideant. Hic & lectulus est valde illo præstantior ; divinárum enim Scripturarum réquies quovis lecto suavior est.

*S E P T I M A D I E.*

De Sermóne sancti Joannis Chrysóstomi.

*Homil. in Vidi Dóminum.*

*Lectio ij.*

**C**um ánimi divítias considero in vobis augéscere , gaudeo semper , ut qui non frustra sementem fécerim , ut qui non incassum labóres pertúlerim. Unde igitur hoc lucrum conjicio , unde perspicio sermones ad opus proficere ? Nimirum , ex hoc concursu ; ex eo quod Ecclésiám ómnium matrè studiosè amplectimini ; ex hac pernocte perpétuâque statióne ; ex eo quod angelicórum órdinum statiónem imitantes , sine cel-

fatione laudes & hymnos offertis Conditóri. O mira Christi dona! In supernis, exercitus Angelórum canunt glóriam: in terris, hómines in Ecclesiis choros agentes, ad illórum exemplum eandem canunt glóriam. In supernis, Séraphim ter sanctum illum hymnum résonant: in terris, eundem hóminum promit multitúdo; communiterque, tum cœlestium, tum terréstrium plaudit célebritas.

*Lectio iij.*

**N**ulla res tantum affert gáudii vitæ nostræ, quantum hoc, quòd ex ánimo gaudéatis in Ecclesia congregári. In Ecclesia gaudentiú conservatur gáudiú. In Ecclesia, ánimo dejectórum est recreatio. In Ecclesia, doléntium est voluptas. In Ecclesia, defatigatórum est respiratio. In Ecclesia, laborántium est réquies. Veníte enim, inquit, post me, qui laborátis & oneráti estis; & ego reficiam vos. Quid hâc voce potest esse desiderabilius? quid hâc invitatione jucúndius? Ad épulum te vocat, qui in Ecclesiam te vocat.

*VESPERÆ de die Octava, ut in I. Vesperis Festi.*

## OCTAVA

## DEDICATIONIS.

*Duplex 2. ordinis.*

*Officium, dempto ritu solemní, ut in die, præter Lectiones.*

## IN I. NOCTURNO.

*Lectiones de Scriptura occurrente.*

## IN II. NOCTURNO.

De Sermóne sancti Augustíni Episcopi.

*Serm. 133. in Dedic.*

*Lectio iv.*

**D**um novam constructiõnem sanctæ hujus Ecclesiæ libenter attendimus, quam divíno nómini hódie dedicámus; invénimus à nobis debéti, & Deo nostro máximam laudem, & sanctitati vestræ congruum de divínæ domús ædificatiõne sermóne. Tunc autem sermo noster congruus erit, si in se áliquid ædificatiõnis hábeat, quod utilitati animárum vestrarum, Deo vos intérius ædificante, proficiat. Quod híc factum corporaliter vidémus in parietibus, spiritaliter fiat in mentibus: & quod híc perfectum cernimus in lapidibus & lignis, hoc, ædificante grátia Dei, perficiatur in corpóribus vestris.

*Lectio v.*

**P**incipáliter ergo grátias agámus Dómino Deo nostro, à quo est omne datum óptimum, & omne donum perfectum: & ejus bonitatem totâ cordis alacritate laudémus; quóniam ad construendam istam domum orationis, fidélium suórum visitávit ánimus, excitávit affectum, surrogávit auxiliú; inspirávit necdum voléntibus ut vellent, adjúvit bonæ voluntátis conátus ut fácerent; ac per hoc Deus, qui operátur in suis & velle & perficere pro bona voluntate, hæc omnia ipse cœpit, ipse perfecit.

## Lectio vj.

**E**T quia ópera bona in conspectu suo nunquam esse permittit inánia; fídelibus suis, quibus operántibus præbuit virtútis suæ favórem, tribuet condignam pro tanta operatióne mercédem. Adhuc ámplius agenda sunt grátia: Deo nostro: hanc enim Ecclésiám, quam fecit nómini suo cónstrui, fecit étiam sanctórum Mártýrum reliquiis ámplius honorári.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelíi secundum Joannem.

## Lectio vij. Cap. 10.

**I**N illo tẽpore; Facta sunt Encænía in Jerosólymis; & hyems erat: & ambulabat Jesus in templo in pórticu Salomónis. Et reliqua.

Homília venerábilis Bedæ Presbyteri.

## Expos. in Evang. Joan.

**E**ncænía vocabátur solémnitas Dedicatiónis templi, quam pópulus Dei ex antiqua patrum traditióne per annos singulos celebráre consuévrat. Sed norandum est quòd hæc Encænía quæ híc leguntur, non ad primam templi Dedicatiónem, sed ad últimam pertainent: quod ex eo fácilè colligitur, quia hyeme facta referuntur. Prima síquidem ejusdem templi Dedicatió à Salomóne, tẽpore autumnii; secunda autem à Zoróbabel & Jesu Sacerdóte, tẽpore veris; tértia à Juda Machabæo, tẽpore hyemis est facta; quando speciáliter constitúrum esse légitur, ut

éadem Dedicatió per omnes annos in memóriam solémnibus renovarétur officiis: quæ étiam ad tempus usque Dominicæ Incarnatiónis observáta fuit, sicut modò, cum legerétur Evangelium, audivimus. Quæ étiam Dedicatió salúbri consuetúdine in Ecclesiis Christi moderno tẽpore dignóscitur.

## Lectio viij.

**E**T ambulabat Jesus in pórticu Salomónis. Si Dei Fílius ambuláre voluit in templo, in quo caro & sanguis brutórum animálium offerebátur; multò magis nostram oratiónis domum, ubi carnis ipsius ac sánguinis sacramenta celebrantur, visitáre gaudébit. Si perambuláre non despexit pórticum in qua rex quondam mortális ac terrénius, quamvis potentíssimus ac sapientíssimus, ad orandum stare solébat; quantò magis penetráliá córdium nostrórum invísere atque illustráre desiderat: si tamen ea pórticum esse Salomónis, hoc est, si ea timórem suum, qui est iníciunt sapiéntiæ, habere perspéxerit

[ Si Octava Dedicacionis in Dominicam inciderit, loco sequentis Lectionis, legitur Evangelium cum Homilia Dominica occurrentis. ]

## Lectio ix.

**N**Eque enim putandum est, quia domus solum: modò in quâ ad orandum vel ad mystéria celebranda convenimus, templum sit Dómini; & non ipsi qui in nómine Dómini convenimus, multò

amplius templum ejus appel-  
lemur & simus; cum mani-  
festè dicat Apóstolus: Vos

estis templum Dei vivi, sicut  
dicit Deus: Inhabitábo in eis,  
& inter illos ambulábo.

O F F I C I U M  
BEATÆ MARIÆ,  
IN SABBATO.  
SIMPLEX.

[ Omnibus Sabbatis, præterquam in Adventu, Quadra-  
gesima, Vigiliis cujuscumque Festi, intrà Octavas, & nisi  
occurrat Festum Semiduplex aut suprà, ac nisi Officium fieri  
debeat de Feria, propter Quatuor Tempora, fit Officium  
de Sancta Maria, ritu Simplici. ]

IN VESPERIS *Feria sexta*  
*precedentis.*

*Capitulum.* Genes. 3.

**A** It Dóminus Deus ad ser-  
pentem: Inimicitias pon-  
nam inter te & mulierem, &  
semen tuum & semen illius:  
ipsa cónteret caput tuum.

*Hymnus.*

**A** VE, maris stella,  
Dei mater alma,  
Atque semper virgo,  
Felix cæli porta.

SUMENS illud Ave  
Gabriélis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Evæ nomen.

SOLVE vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem;  
Sumat per te preces,

MIR. *Partis Æstiva.*

Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.

VIRGO singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac & castos.

VITAM præsta puram  
Iter para tutum;  
Ut videntes Jesum,  
Semper collatémur.

SIT laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spíritui sancto;  
Tribus honor unus.

Amen.

ψ. Descendet sicut plúvia  
in vellus: &c. Et replébitur  
majestáte ejus omnis terra.

*Pf. 71.*

*Ad Magnificat. Ant. 1. g.*  
Egrediétur virga de radice  
Jesse, & flos de radice ejus  
ascendet, & requiescet super

\*

eum Spiritus Domini. *Is. 11.*

*Oratio.*

**C**oncède nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetuam mentis & corporis sanitate gaudere; & gloriosam beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præfenti liberari tristitiâ & æternam perfrui lætitiâ; Per Dominum nostrum.

*Fiunt Suffragia de Patrono, (nisi ipsa B. V. sit Patrona) de Sanctis & pro Pace.*

**COMPLETORIUM**, ut in *Psalterio.*

*Hymnus.*

**V**IRGO Dei genitrix, quem totus non capit orbis, In tua se clausit viscera, factus homo.

**HINC** merito dicent te sæcula cuncta beatam:

Hinc populi matrem te dominamque colunt.

**SUSCIPE** quos pia plebs tibi pendere certat honores:

Annue, sollicitam quam prece poscit, opem.

**GLORIA** magna Patri: compar sit gloria Nato:

Amborum tibi par, Spiritus alme, decus.

Amen.

*Cum in Vesperis Feria sexta facta est commemoratio de B. & in sequenti Sabbato potest fieri de ea Officium; tunc ad Completorium dictæ Ferie sextæ in fine Hymni dicitur Doxologia:*

**QUI** natus es de Virgine, Jesu, tibi sit gloria:

Cum Patre, cumque Spiritu,

In sempiterna sæcula.

Amen.

**AD NOCTURNUM.**

*Invitat.* Jesum de Maria natum, \* Venite, adoramus. *Matth. 1.*

*Pf. 94.* Venite 2.

*Hymnus.*

**O** QUAM glorificam luce coruscas,

Stirpis Davidicæ regia proles;

Sublimis residens, Virgo Maria,

Supra Cœligenas ætheris omnes!

**TU** cum virgineo mater honore

Cœlorum Domino pectoris aulam

Sacris visceribus casta dedisti:

Humanos Deus hinc induit artus.

**QUEM** cunctus venerans orbis adorat,

Cui nunc ritè genu flêctitur omne;

A quo, te precibus subveniente,

Æterni petimus gaudia regni.

**DIVINÆ** Sòboli qui dare matrem

In terris voluit, gloria Patri:

Cujus Virgo parens, gloria Nato:

Quo fecunda, tibi gloria, Flamen. Amen.

*Psalmi de Sabbato, sub tribus Antiphonis sequentibus.*

*Ant. 1. a.* Ave, gratiam plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. *Luc. 1.*

*Ant. 8. c.* Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. *Luc. 1.*

*Ant.*

*Ant. 2.* D. Quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. *Luc. 1.*

ψ. Confiteantur tibi populi, Deus; R. Terra dedit fructum suum. *Pf. 66.*

Pater noster.

*Absolutio*, Deus meminit. & *Benedictiones de B. V. ut ordinantur post Psalterium* 149.

*Lectiones duae priores de Scriptura occurrente.*

*Post 1. Lectionem*, R. Audite Dominus David: Dabit Dominus ipse vobis signum; \* Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmmanuel. ψ. Christi generatio sic erat: Mater ejus Maria inventa est in utero habens de Spiritu Sancto Hoc autem torum factum est, ut impleretur quod dictum est a Domino. \* Ecce Virgo. *Is. 7. Matth. 1.*

*Post 2. Lect.* R. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem Filium; \* Ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum. ψ. Creavit Dominus novum super terram: femina circumdabit virum. \* Ipse salvum. *Matth. 1. Jerem. 32.*

*Pro tertia Lectione legitur una e modo assignandis secundum diversitatem mensium.*

*Post 3. Lectionem*, R. Misericordia & veritas obviaverunt sibi. \* Veritas de terra orta est, & justitia de caelo prospexit. ψ. De Maria natus est Jesus qui vocatur Christus. \* Veritas. Gloria. \* Veritas. *Pf. 84. Matth. 1.*

Te Deum.

*Br. Mir. Pars Aestiva.*

A D L A U D E S.

*Psalmi de Sabbato sub sola Ant. 4.* A. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc. 1.*

*Capitulum. Cant. 6.*

**Q**Uæ est ista quæ progreditur quasi aurora con-surgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

*Hymnus.*

**N**UNC aurora, novæ nuntia lucis,

Tristes orbe procul dissipat umbras.

O quam lucidior, nocte sepulcris

Portans ipsa diem, Virgo, refulges!

**O** QUÆ nunc habitas lucida regna,

Mittas inde tuæ mûnera lucis:

Te si terra dedit munus olympo,

Quæ non dona memor reddet olympus?

**I**NTER perpétuos nûminis haustus,

O Regina, tibi sanguine junctum

Ne dedisce genus: nostra fuisti,

Summi facta parens, Virgo, tonantis.

**D**IVINÆ Sôboli qui dare matrem

In terris voluit, glória Patri:

Cujus Virgo parens, glória Nato:

Quo fœcunda, tibi glória Flamen. Amen.

ψ. Deus in medio ejus, R. Non commovebitur. *Pf. 45.*

h

*Ad Benedictus. Ant. 8. G.*  
 Multæ filiaë congregaverunt  
 divitias, tu supergressa es uni-  
 versas. *Prov. 31.*

*Oratio.*

**C**oncède nos famulos  
 tuos, quæsumus, Dómi-  
 ne Deus, perpétuâ mentis &  
 corporis sanitate gaudere; &  
 gloriosâ beatæ Mariæ semper  
 Virginis intercessiõne, à præ-  
 senti liberâri tristitiâ & æter-  
 nâ pèrfrui lætitiâ; Per.

*Suffragia de Patrono, (nisi  
 B. V. sit Patrona) de Sanctis  
 & pro Pace.*

*A D H O R A S.*

*Doxologia, QUI natus es,  
 &c. Psal. de Sabbato.*

*A D P R I M A M.*

*Ant. 7. d.* In omni gente  
 quæ audierit nomen tuum,  
 magnificabitur super te Deus  
 Israel. *Judith. 13.*

*In R. br.* Qui natus es de  
 Mariâ Virgine. *Matth. 1.*

*Cætera, ut ad calcem Psal-  
 terii.*

*A D T E R T I A M.*

*Ant. 1. f.* Benedictus Dó-  
 minus, qui te direxit in vul-  
 nera capitis principis inimicó  
 rum nostrórum. *Judith. 13.*

*Capitulum. Galat. 4.*

**U**bi venit plenitudo tẽm-  
 poris, misit Deus Filium  
 suum, factum ex muliere,  
 factum sub lege; ut eos qui  
 sub lege erant redimeret; ut  
 adoptionem filiórum recipere-  
 remus.

*R. br.* Recordatus est Dó-  
 minus \* Misericordiæ suæ.  
 Recordatus. *ÿ.* Et veritatis  
 suæ domui Israel. \* Miseri-  
 cordiæ. Glória. Recordatus.  
*1. 97.*

*ÿ.* Deus operatus est salu-  
 tẽ in medio terræ. *R.* Tu con-  
 fregisti capita draconis. *Pf. 73.*

*A D S E X T A M.*

*Ant. 3. a.* Beata quæ cre-  
 didisti quoniam perficientur  
 ea quæ dicta sunt tibi à Dó-  
 mino. *Luc. 1.*

*Capitulum. Eccli. 24.*

**P**recépit & dixit mihi  
 Creator omnium: & qui  
 creávit me requiévit in taber-  
 náculo meo.

*R. br.* Homo \* Natus est  
 in eâ. Homo. *ÿ.* Et ipse fun-  
 dávit eam Alísimus. \* Natus.  
 Glória. Homo. *Pf. 86.*

*ÿ.* Elégit eam Dñs *R.* In  
 habitationem sibi. *Pf. 131.*

*A D N O N A M.*

*Ant. 1. a.* Tu glória Jerú-  
 salem, tu lætitia Israel, tu  
 honorificentiâ pópuli nostri.  
*Judith. 15.*

*Capitulum. Judith. 13.*

**N**omen tuum Dóminus  
 ita magnificávit, ut non  
 recédât laus tua de ore hó-  
 minum, qui mèmores fuerint  
 virtutis Dómini in æternum.

*R. br.* Vultum tuum \* De-  
 precabuntur. Vultum. *ÿ.* Om-  
 nes divites plebis \* Depreca-  
 buntur. Glória. Vultum. *Pf. 44.*

*ÿ.* Memores erunt nóminis  
 tui, *R.* In omni generatiõne  
 & generatiõnem. *Pf. 44.*

*Lectiões sequentes dicuntur  
 singulis mensibus in Officio bea-  
 ta Maria in Sabbato.*

*M E N S E M A I O.*

Ex Libris sancti Augustini  
 Episcopi de Trinitate.

*Lib. 13. Cap. 18. Lectio iij.*

**P**oterat Deus hómitem  
 suscipere non de genere  
 Adam; sed melius judicávit

& de ipso quod victum fuerat genere assumere hominem per quem generis humani vinceret inimicum : & tamen ex virgine ; cuius conceptum spiritus, non caro ; fides, non libido prævénit. Nascebatur homo nullum habens, nullum habiturus omnino peccatum ; per quem renasceretur liberandi à peccato, qui nasci non possent sine peccato. Oportebat itaque ut concupiscentia nulla ibi esset omnino, quando concipiebatur Virgini partus, in quo nihil dignum morte fuerat inventurus, (& eam tamen occisurus) auctoris mortis, auctoris vitæ morte vincendus : victor primi Adam, & tenens genus humanum ; victus à secundo Adam, & amittens genus Christianum ; ut deceptor ille ab eo vinceretur genere, quod vicerat crimine.

MENSE JUNIO.

Sermo S. Petri Chrysologi.

Serm. 148. Lectio iij.

**C**oncepit virgo, virgo peperit : non te conceptus turbet, partus non te confundat auditus, quando virginitas quidquid est humani pudoris excusat. Aut quæ ibi verecundiæ læsio, ubi inicit Déitas cum amicâ sibi semper integritate consortium ? Ubi est interpres, Angelus ; fides, prônuba ; desponsatio, castitas ; donatio, virtus ; iudex, conscientia ; causa, Deus ; conceptus, integritas ; virginitas, partus ; virgo, mater. Nemo ergo iudicet humano modo, quod divino geritur

sacramento : nemo mysterium cæleste discutiat ratione terrenâ : nemo ex usu tractet nativitatis arcânium : nemo quod singulæ est, metiatur exemplo : nemo contuméliam de pietate componat : nemo periculum subeat de salute.

MENSE JULIO.

Ex Libris Morâlium sancti Gregorii Papæ.

Ed. Ben. L. 18. C. 52. n. 85.

Lectio iij.

**M**ediator Dei atque hominum homo Christus Jesus, non, sicut iste hæreticus desipit, alter in humanitate, alter in Deitate est : non purus homo conceptus atque editus, post per meritum, ut Deus esset, accepit : sed nuntiante Angelo, & adveniente Spiritu, mox Verbum in útero, mox intra úterum Verbum caro, & manente incommutabili essentiâ, quæ ei est cum Patre & cum sancto Spiritu coæterna, assumpsit intra virginea viscera, unde & impalsibilis pati, & immortalis mori, & æternus ante sæcula temporalis posset esse in fine sæculorum : ut per ineffabile sacramentum, conceptu sancto & partu inviolabili, secundum veritatem utriusque naturæ eadem virgo & ancilla Dómini esset & mater. Sic quippe ei ab Elizabeth dicitur : Unde hoc mihi, ut veniat mater Dómini mei ad me ? Et ipsa Virgo concipiens dixit : Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et quamvis ipse

aliud ex Patre, aliud ex Virgine; non tamen aliud ex Patre, aliud ex Virgine; sed ipse est aternus ex Patre, ipse temporalis ex matre: ipse qui fecit, ipse qui factus est.

MENSE AUGUSTO.

Sermo sancti Procli Episcopi.

*In S. Deip. Or. 6. Lectio iij.*

**Q**uibus encomiorum coloribus, virginalem depingam imaginem? Quibus laudum praconiis, incontaminatum exornabo castimoniae caracterem? Haec, sacrum impeccantiae adytum; haec, sanctificatum Dei templum;

haec, divinum compositionis thymiana; haec, sacrum unctiois oleum: haec, pretiosum nardi pistici alabastrum: haec, sacerdotale Ephod, Dei voluntatem indicans. Haec, aureum candelabrum, septem ellychniorum lucernam portans: haec, arca intrinsecus & extrinsecus deaurata, corpore scilicet, & spiritu sanctificata: haec, porta ad Orientem respiciens, propter Domini per eam ingressum egressumque in perpetuum clausa: haec, incontaminatum vellus in mundi aream positum: haec, oliva fructifera plantata in domo Domini.

## OFFICIUM PARVUM BEATAE MARIÆ.

[ Dicitur in Choro secundum consuetudinem locorum & juxta Rubricam parte 3. Rubricarum generalium praescriptam. ]

AD OFFICIUM NOCT.

*Invit.* Jesum de Maria natum, \* Venite, adoramus.  
*Matth. 1.*

*Pf. 94. Venite. 2.*

*Hymnus.*

**Q**uam glorificam luce coruscas,

Stirpis Davidicae regia proles;

Sublimis residens, Virgo Maria,

Supra Caeligenas aetheris omnes!

Tu cum virgineo mater honore

Caelorum Domino pectoris aulam

Sacris visceribus casta dedisti:

Humanos Deus hinc induit artus.

**Q**uem cunctus venerans orbis adorat,

Cui nunc rite genu flectitur omne;

A quo, te precibus subveniente,

Aeterni petimus gaudia regni.

**D**IVINAE Soboli qui dare matrem

In terris voluit, gloria Patri:

Cujus Virgo parens, gloria Nato;

Quo fecunda, tibi gloria,  
Flamen. Amen.

[ In Officio parvo dicuntur  
tantum tres Psalmi, secundum  
Feriorum ordinem, ut infra  
notatur. ]

IN I. NOCTURNO.

Feria II. & V.

Ant. sola. I. a. Ave.

Psalmus 8.

**D**omine Dominus noster,  
\* quam admirabile est  
nomen tuum in-universa terra!

Quoniam elevata est magni-  
ficentia tua \* super caelos.

Ex ore infantium & lacten-  
tium perfecisti laudem prop-  
ter inimicos tuos, \* ut del-  
tuas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo caelos  
tuos, opera digitorum tuorum;  
\* lunam & stellas, quae tu  
fundasti.

Quid est homo, quod me-  
mor es ejus? \* aut filius homi-  
nis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus  
ab Angelis, gloria & honore  
coronasti eum: \* & consti-  
tuisti eum super opera manuum  
tuarum.

Omnia subjecisti sub pedi-  
bus ejus, \* oves & boves  
universas, insuper & pecora  
campi.

Volucres caeli, & pisces ma-  
ris, \* qui perambulant semitas  
maris.

Domine Dominus noster,  
\* quam admirabile est nomen  
tuum in-universa terra!

Psalmus 18.

**C**aeli enarrant gloriam  
Dei, \* & opera manuum  
ejus annuntiat firmiter.

Dies diei eructat verbum,  
\* & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquela, neque  
sermones; \* quorum non au-  
diantur voces eorum.

In omnem terram exivit  
sonus eorum, \* & in fines  
orbis terrae verba eorum.

In sole posuit tabernaculum  
suum: \* & ipse tanquam spon-  
sus procedens de thalamo suo.

Exultavit ut gigas ad curren-  
dam viam; \* a summo caelo  
egressio ejus.

Et occursum ejus usque ad  
firmamentum ejus: \* nec est qui  
se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata,  
convertens animas: \* testi-  
monium Domini fidele, sa-  
pientiam praestans parvulis.

Justitiae Domini rectae, lae-  
tificantes corda: \* praecipuum  
Domini lucidum illuminans  
oculos.

Timor Domini sanctus,  
permanens in seculum seculi:  
\* judicia Domini vera, justi-  
ficata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum  
& lapidem pretiosum multum,  
\* & dulciora super mel & favam.

Etenim servus tuus custodit  
ea; \* in custodiendis illis re-  
tributio multa.

Delicta quis intelligit? ab  
occultis meis munda me: \* &  
ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint domi-  
nati, tunc immaculatus ero,  
\* & emundabor a delicto  
maximo.

Et erunt ut complacent  
eloquia oris mei: \* & medita-  
tio cordis mei in conspectu  
tuo semper.

Domine, adjutor meus,  
\* & redemptor meus.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 44.*

**E**RUCTAVIT cor meum verbum bonum : \* dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ \* velociter scribentis.

Speciosus formâ præ filiis hominum, diffusa est grâtia in labiis tuis : \* propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, \* Potentissime.

Spécie tuâ & pulchritudine tuâ, \* intende, prospere procede, & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam ; \* & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, pópuli sub te cadent, \* in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi : \* virga directiónis, virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem : \* propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cássia à vestimentis tuis, à dómibus ebúrceis, \* ex quibus delectaverunt te filia regum in honóre tuo.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, \* circumdata varietate.

Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam, \* & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum, \* quoniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filia Tyri in munéribus ;

\* vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.

Omnis glória ejus filia regis ab intus, \* in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam : \* proxima ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione, \* adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : \* constitues eos principes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui \* in omni generatione & generationem.

Propterea pópuli confitebuntur tibi in æternum, \* & in sæculum sæculi.

*Ant.* Ave, gratiâ plena, Dóminus tecum : benedicta tu in mulieribus. *Luc. 1.*

*Ps.* Audi filia, & vide, inclina aurem : *R.* Et concupiscet rex decorem tuum *Ps. 44.*  
**I N I I. NOCTURNO.**

*Feria III. c. VI.*

*Ant. sola 8. c.* Ecce concipies.

*Psalmus 45.*

**D**EUS noster refugium & virtus : \* adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra, \* & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatae sunt aquæ eorú : \* conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei : \* sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus; non commovebitur: \* adjuvabit eam Deus manè diluculo.

Conturbatae sunt gentes, & inclinata sunt regna: \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum, \* susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram, \* auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret, & confringet arma: \* & scuta comburent igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: \* exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum, \* susceptor noster Deus Jacob.

*Psalmus 71.*

**D**eus, iudicium tuum regida, \* & iustitiam tuam filio regis,

Judicare populum tuum in iusticia, \* & pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populo, \* & colles iustitiam.

Judicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum, \* & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole & ante lunam, \* in generatione & generationem.

Descendet sicut pluvia in vellus, \* & sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus ejus iusticia, & abundantia pacis, \* donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare, \* & a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo praevident Aethiopes, \* & inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis & insulae munerum offerent; \* reges Arabiae & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges terrae: \* omnes gentes servient ei.

Quia liberabit pauperem a potente, \* & pauperem cui non erat adiutor.

Parcet pauperi & inopi; \* & animas pauperum salvas faciet.

Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum: \* & honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiae, & adorabunt de ipso semper: \* tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus ejus: \* & florebit de civitate sicut fenum terrae.

Sit nomen ejus benedictum in saecula: \* ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae: \* omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel, \* qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nomen majestatis ejus in aeternum; \* & replabitur majestate ejus omnis terra: Fiat, fiat.

*Psalmus 84.*

**B**enedixisti, Domine, terram tuam, \* avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem ple-

bis tuæ , \* operuisti ómnia peccáa eórum.

Mitigasti omnem iram tuã , \* avertisti ab ira indignatiónis tuæ.

Converte nos , Deus salutaris noster , \* & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum irascéris nobis ? \* aut extends iram tuam à generatióne in generatióne ?

Deus , tu conversus vivificábis nos , \* & plebs tua lætábitur in te.

Ostende nobis , Dómine , misericórdiam tuam , \* & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus ; \* quóniã loquétur pacem in plebem suã.

Et super sanctos suos ; \* & in eos qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen prope timentes eum salutare ipsius , \* ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia & véritas obviavérunt sibi : \* iustitia & pax osculatæ sunt.

Véritas de terra orta est , \* & iustitia de cælo prospexit.

*Ant.* Ecce concípies in útero , & páries Filium ; & vocabis nomen ejus Jesum. *Luc. 1.*

*Ps.* Anima mea exultábit in Dómino ; *R.* Et delectábitur super saluári suo. *Ps. 34.*

IN III. NOCTURNO.

*Feria IV. & Sabbato.*

*Ant. sola , 2. D.* Quod nascétur.

*Psalmus 86.*

**F**undamenta ejus in món-tibus sanctis : \* diligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriósá dicta sunt de te ; \* civitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylonis , \* sciéntium me.

Ecce alienígenæ & Tyrus , & pópulus Æthiopum ; \* hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicit : Homo , & homo natus est in ea , \* & ipse fundávit eam Altíssimus ?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum & princípū ; \* horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium ómnium \* habitatio est in te.

*Psalmus 96.*

**D**ominus regnávit , exultet terra , \* lætentur insulæ multæ.

Nubes & caligo in circúitu ejus ; \* iustitia & iudicium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet , \* & inflam mábit in circúitu inimicos ejus.

Illuxérunt : fúlgura ejus orbi terræ , \* vidit , & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à facie Dómini , \* à facie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli iustitiam ejus ; \* & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adórant sculptília , \* & qui gloriantur in simuláctis suis.

Adoráte eum , omnes Angeli ejus : \* audivit , & lætata est Sion.

Et exultavérunt filia Judæ , \* propter iudicia tua , Dñe.

Quoniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram : \* nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum ,  
odite malum : \* custódit Dó-  
minus ánimas sanctorum suó-  
rum ; de manu peccatoris li-  
berábit eos.

Lux orta est justo , \* &  
rectis corde lætítia.

Lætámini , iusti , in Dómi-  
no , \* & confitémini memó-  
ria sanctificatiónis ejus.

*Psalmus 97.*

**C**Antáte Dómino cánti-  
cum novum , \* quia mi-  
rabília fecit.

Salvávit sibi dèxtera ejus ,  
\* & bráchium sanctum ejus.

Norum fecit Dóminus salu-  
táre suum ; \* in conspectu  
géntium revelávit justitiam  
suam.

Recordátus est misericór-  
diae suæ , \* & veritátis suæ  
dómui Israel.

Vidérunt omnes términi  
terræ , \* salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo , omnis terra ;  
\* cantáte , & exultáte , & psál-  
lite.

Psállite Dómino in cíthara ,  
in cíthara , & voce psalmi ;  
\* in tubis ductílibus , & voce  
tubæ córneæ.

Jubiláte in conspectu regis  
Dómini , moveátur mare &  
plenitúdo ejus , \* orbis terrá-  
rum , & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu , si-  
mul montes exultábunt à con-  
spectu Dómini , \* quóniam  
venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum  
in justítia , \* & pópulos in  
æquitáte.

*Ant.* Quod nascétur ex te  
Sanctum vocábitur Fílius Dei.  
*Luc. 1.*

ψ. Descendet sicut plúvia  
in vellus rz. Et replébitur ma-  
jestáte ejus omnis terra. *Pf. 71.*

Pater noster.

*Absolutio.* Judith. 13.

Nobiscum sit Deus , qui in  
Ancillâ suâ adimplévit mise-  
ricórdiam suam quam promí-  
sit dómui Israel.

*Bened.* Deus , à quo missus  
est Angelus Gábriel ad Virgi-  
nem Mariam , mittat nobis  
de cælis sapiéntiam. *Luc. 1.*  
*Sap. 9.*

*Lectio j. II. 7.*

**A**Djécit Dóminus loqui  
ad Achaz , dicens : Pete  
tibi signum à Dómino Deo  
tuo in profundum inferni ,  
sive in excelsum suprâ. Et  
dixit Achaz : Non petam , &  
non tentábo Dóminum. Et  
dixit : Audíte ergo , domus  
David : Numquid parum vo-  
bis est molestos esse homíni-  
bus , quia molesti estis & Deo  
meo : Propter hoc dabit Dó-  
minus ipse vobis signum : Ecce  
Virgo concípíet , & páriet Fí-  
lium ; & vocábitur nomen  
ejus Emmánuel. Tu autem.

rz. Audíte Domus David :  
dabit Dóminus ipse vobis si-  
gnum ; \* Ecce Virgo con-  
cípíet , & páriet Fílium , &  
vocábitur nomen ejus Em-  
mánuel. ψ. Christi generátio  
sic erat : Mater ejus María in-  
venta est in útero habens de  
Spíritu sancto. Hoc autem to-  
tum factum est ut implerétur  
quod dictum est à Dómino :  
\* Ecce Virgo. *Is. 7. Matt. 1.*

*Bened.* Fílius Altíssimi què  
Virgo concépit , & péperit ,  
det nobis fílios Dei fieri.  
*Luc. 1. Joan 1.*

Lectio ij. Ad Gal. 4.

**Q**uanto tempore hæres parvulus est, nihil differt à servo, cum sit Dominus omnium; sed sub tutoribus & actoribus est, usque ad præfinitum tempus à patre: ita & nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

Tu autem.

**R.** Quod in eâ natum est de Spiritu sancto est, pariet autem Filium: \* Ipse salvum faciet populum suum à peccatis eorum. *Ps.* Creavit Dominus novum super terram, femina circumdabit virum. \* Ipse. *Matth. 1. Jerem. 32.*

*Bened.* Spiritus sanctus de quo est quod in Maria natum est, sanctificet nos per omnia. *Matth. 1. 1. Thess. 5.*

Lectio iij. Apoc. 11. & 12.

**A**pertum est templum Dei in cælo, & visa est arca testamenti ejus in templo ejus: & facta sunt fulgura, & voces, & terræ motus, & grando magna. Et signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim. Tu.

**R.** Misericordia & veritas obviaverunt sibi: \* Veritas de terra orta est, & justitia de cælo prospexit. *Ps.* De Maria natus est Jesus qui vocatur Christus. \* Veritas. Gloria. Veritas. *Pf. 84. Matth. 1.*

*Non dicitur, Te Deum. Si*

*Laudes non sequantur, dicitur hic Oratio, Concede. ut ad Sextam.*

A D L A U D E S.

*Ps.* Deus, in adiutorium, &c.

*Ant. sola, 4. A. Benedicta.*

*Psalmus 66.*

**D**eus misereatur nostri, & benedicat nobis; \* illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri;

Ut cognoscamus in terra viam tuam, \* in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus, \* confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, \* & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes: \* terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus; \* & metuant eum omnes fines terræ.

*Psalmus 92.*

**D**ominus regnavit, decorem indutus est: \* indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ, \* qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc: \* à seculo tu es.

Elevaverunt flumina, Domine: \* elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos, \* à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: \* mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia

facta sunt nimis : \* domum tuam decet sanctitudo , Dómine , in longitúdinem dierum.

*Psalmus 99.*

**J**ubiláte Deo , omnis terra , \* servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspectu ejus , \* in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : \* ipse fecit nos , & non ipsi nos.

Pópulus ejus , & oves páscuæ ejus , introíte portas ejus in confessiône , átria ejus in hymnis : \* confitémini illi.

Laudáte nomen ejus ; quóniam suavis est Dóminus , in æternum misericórdia ejus , \* & usque in generatióne & generatióne veritas ejus.

*Canticum. Zach. 2.*

**L**auda & lætáre , filia Sion , \* quia ecce ego vénio , & habitábo in médio tuí , ait Dóminus.

Et applicabuntur gentes multæ ad Dóminum in die illa , \* & erunt mihi in pópulum , & habitábo in médio tuí.

Et scies quia Dóminus exercítuum \* misit me ad te.

Et possidébit Dóminus Judam partem suam in terra sanctificata ; \* & éliger adhuc Jerúsalem.

Sileat omnis caro à facie Dómini , \* quia confurrexit de habitáculo sancto suo.

*Psalmus 150.*

**L**audáte Dóminum in sanctis ejus : \* laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : \* laudáte eum secundum multitudinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : \* laudáte eum in psaltério & cithara.

Laudáte eum in tympano & choro : \* laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benefonantibus ; laudáte eum in cymbalis jubilationis : \* omnis spíritus laudet Dóminum.

*Ant. Benedicta tu inter mulieres , & benedictus fructus ventris tui. Luc. 1.*

*Capitulum. Cant. 6.*

**Q**uæ est ista quæ progreditur quasi auróra confurgens , pulchra ut luna , electa ut sol , terribilis ut castrorum ácies ordinata.

*Hymnus.*

**N**unc auróra , novæ nuntia lucis ,

Tristes orbe procul dissipat umbras.

O quàm lucídior , nocte sepultis

Portans ipsa diem , Virgo refulges !

**O** quæ nunc hábitas lucida regna ,

Mittas inde tuæ múnera lucis :

Te si terra dedit munus olympo ,

Quæ non dona memor reddet olympus ?

**I**nter perpétuos Núminis haustus ,

O Regina , tibi sángine junctum

Ne dedisce genus : nostra fuisti ,

Summi facta parens , Virgo , tonantis.

**D**ivinae Sóboli qui dare matrem

In terris voluit, gloria Patri:

Cujus Virgo parens, gloria Naro:

Quo fecunda, tibi gloria, Flamen. Amen.

Ps. Deus in medio ejus, R. Non commovébitur. Ps.

45.

Ad Benedictus. Ant. 8. G. Multae filiae congregaverunt divitias, tu supergressa es universas. Prov. 31.

Oratio.

**D**EUS, qui de Beatae Mariae Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus tuis, ut qui verè eam Genitricè Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur; Per eundem Dominum.

AD PRIMAM.

Hymnus.

**M**EMENTO, de Deo Deus, Quòd matre natus Virgine,

Nostri misertus, perditum Mundi redemptor veneris.

Et nos, Dei Virgo parens, Vultu benigno respice: Placabilem tuam prece Fac esse nobis Filium.

QUI natus es de Virgine, Jesu, tibi sit gloria Cum Patre, cumque Spiritu, In sempiterna secula, Amen.

Ant. 7. d. In omni.

Psalmus 53.

**D**EUS, in nomine tuo saluum me fac, \* & in virtute tua iudica me.

Deus, exaudi orationem meam; \* auribus percipe verba oris mei:

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, & fortes quasi erunt animam meam, \* & non proposuerunt Deum ante conspectum suum:

Ecce enim Deus adjuvat me, \* & Dominus susceptor est animae meae.

Averte mala inimicis meis, \* & in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi; \* & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, \* & super inimicos meos despexit oculus meus.

Psalmus 95.

**C**ANTATE Domino canticum novum: \* cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini ejus; \* annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, \* in omnibus populis mirabilia ejus;

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis; \* terribilis est super omnes deos:

Quoniam omnes dii gentium daemonia; \* Dominus autem caelos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus, \* sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino, patria gentium, afferte Dño gloriam & honorem; \* afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus; \* adorare Dominum in atrio sancto ejus.

Commovéatur à facie ejus  
universa terra: \* dicite in gén-  
tibus quia Dóminus regnavit.

Etenim correxit orbem ter-  
ræ, qui non commovébitur:  
\* judicabit pópulos in æqui-  
tate.

Latentur cœli & exultet  
terra, commovéatur mare &  
plenitudo ejus: \* gaudébunt  
campi, & ómnia quæ in eis  
sunt.

Tunc exultábunt ómnia li-  
gna sylvarum à facie Dómi-  
ni, quia venit; \* quóniam  
venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in  
æquitate, & \* pópulos in ve-  
ritate sua.

*Psalmus 116.*

**L**audate Dóminum, om-  
nes gentes: \* laudate eum,  
omnes pópuli.

Quóniam confirmata est su-  
per nos misericórdia ejus; \*  
& veritas Dómini manet in  
æternum.

*Ant.* In omni gente quæ  
audierit nomen tuum, ma-  
gnificábitur super te Deus Is-  
rael. *Judith. 13.*

*Capitulum. Eccli. 24.*

**I**n Sion firmata sum, & in  
civitate sanctificatâ simili-  
ter requievi, & in Jerúsalem  
potestas mea, & in parte Dei  
mei hæreditas illius, & in  
plenitudine Sanctorum detén-  
tio mea.

*R. br.* Spécie tuâ, \* Et pul-  
chritudine tuâ intende. Spécie.  
ÿ. Prospere procéde, & re-  
gna: \* Et pulchritudine Gló-  
ria. Spécie tuâ, & pulchritú-  
dine tuâ.

ÿ. Omnis glória filia Regis  
ab intus; *R.* In simbriis au-

reis circumamicta varietati-  
bus. *Pf. 44.*

*Oratio.*

**P**rótege, Domine, famu-  
los tuos subsidiis pacis,  
& Beatae Mariæ semper Virgi-  
nis patrocinis confidentes à  
cunctis hostibus & periculis  
redde securos; Per Dóminum.

AD TERTIAM.

*Hymnus.*

*MEMENTO. ut ad Primam.*

*Ant. I. f. Benedictus.*

*Psalmus 119.*

**A**d Dóminum, cum tri-  
bulárer, clamávi, \* &  
exaudivit me.

Dómine, libera ánimam  
meam à lábiis iniquis, \* &  
à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid  
apponatur tibi \* ad linguam  
dolósam?

Sagittæ potentis acútæ, \*  
cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolatus  
meus prolongatus est! habi-  
vi cum habitantibus Cedar;  
\* multum incola fuit ánima  
mea.

Cum his qui odérunt pacē,  
eram pacíficus; \* cum loqué-  
bar illis, impugnábant me  
gratis.

*Psalmus 120.*

**L**evavi oculos meos in  
montes, \* unde veniet  
auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómi-  
no, \* qui fecit cœlum & ter-  
ram.

Non det in commotiõnem  
pedem tuam; \* neque dormi-  
tet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque  
dormiet, \* qui custódit Israel.  
Dóminus custódit te, Dó-

minus protectio tua \* super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, \* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: \* custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, \* ex hoc nunc, & usque in seculum.

*Psalms 121.*

**L**ætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: \* In domum Domini ibimus.

Srantes erant pedes nostri \* in atriis tuis, Jerusalem.

Jerusalem quæ ædificatur ut civitas, \* cuius participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini; \* testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, \* sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem, \* & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua, \* & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos, \* loquebar pacem de te.

Propter domum Dñi Dei nostri, \* quæsi vi bona tibi.

*Ant.* Benedictus Dominus qui te direxit in vulnere capitæ principis inimicorum nostrorum. *Judith. 13.*

*Capitulum. Galat. 4.*

**U**bi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege; ut eos qui sub lege erant redimeret, ut

adoptionem filiorum reciperemus.

*R. br.* Recordatus est Dñus \* Misericordiae suae. Recordatus. *Ps.* Et veritatis suae domui Israel. \* Misericordiae. Glória. Recordatus.

*Ps.* Deus operatus est salutem in medio terræ. *R.* Tu confregisti capita draconis. *Pf. 73.* *Oratio.*

**D**eus, qui salutis aeternæ, Beatae Mariae virginitate fecundâ, humano generi præmia præstitisti: tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quâ meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; Qui tecum.

A D S E X T A M.

*Hymnus.*

MEMENTO. *ut ad Primam.*

*Ant. 3. a.* Beata.

*Psalms 122.*

**A**d te levavi oculos meos, \* qui habitas in cælis.

Ecce sicut oculi servorum \* in manibus dominorum suorum:

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suae: \* ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri; \* quia multum replati sumus despectiōne.

Quia multum replata est anima nostra, \* opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

*Psalms 123.*

**N**isi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel: \* Nisi quia Dñus erat in nobis,

Cum exurgerent homines in nos, \* forte vivos deglutissent nos;

Cum irasceretur furor eorum in nos, \* forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra, \* forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus, \* qui non dedit nos in captiōnem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est \* de laqueo venantium.

Laqueus contritus est, \* & nos liberati sumus.

Adjutorium nostrum in nomine Domini, \* qui fecit caelum & terram.

*Psalmus 124.*

**Q**ui confidunt in Domino sicut mons Sion: \* non commovebitur in aeternum, qui habitat in Ierusalem:

Montes in circuitu eius; \* & Dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc, & usque in seculum:

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, \* ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac, Domine, bonis, \* & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem; \* pax super Israel.

*Ant.* Beata, quae credidisti quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a Domino.

*Luc. 1.*

*Capitulum. Eccli. 24.*

**P**raecipit & dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me requievit in tabernaculo meo.

*R.* *br.* Homo \* Natus est in ea. Homo. *ψ.* Et ipse fundavit eam Altissimus. \* Natus. Gloria. Homo. *Pf.* 86.

*ψ.* Elegit eam Dominus; *R.* In habitatione sibi. *Pf.* 131.

*Oratio.*

**C**oncede, misericors Deus, fragilitati nostrae praesidium: ut qui sanctae Dei Genitricis memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus; Per eundem.

A D N O N A M.

*Hymnus.*

*MEMENTO. ut ad Primam:*

*Ant. 1. a.* Tu gloria.

*Psalmus 125.*

**I**n convertendo Dominus captivitatem Sion, \* facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum, & \* lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: \* Magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum: \* facti sumus latantes.

Converte, Domine, captivitatem nostram, \* sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrymis, \* in exultatione metent.

Euntes ibant & flebant, \* mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exultatione, \* portantes manipulos suos.

*Psalmus 126.*

**N**isi Dóminus ædificáverit domum, \* in vanum laboravérunt qui ædificant eã.

Nisi Dóminus custodierit civitatem, \* frustra vigilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : \* súrgite postquam sedéritis, qui manducáris panem dolóris.

Cum déderit dilectis suis foenum : ecce hæreditas Dómini, filii ; \* merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis, \* ita filii excusórum.

Beatus vir qui implévit desiderium suum ex ipsis ; \* non confundétur cum loquétur inimicis suis in porta.

*Psalmus 127.*

**B**eatí omnes qui timent Dóminum, \* qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis ; \* beátus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans, \* in latéribus domús tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivárum, \* in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, \* qui timet Dóminum.

Benedicat tibi Dóminus ex Sion ; \* & videas bona Jerúsalem omnibus diébus vitæ tuæ.

Et videas filios filiórú tuórum, \* pacem super Israel.

*Ant.* Tu glória Jerúsalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli nostri. *Judith. 15.*

*Capitulum. Judith. 13.*

**N**omen tuum Dñs ita magnificávit ut non recédât laus tuá de ore hómi-

num, qui mémores fuerint virtútis Dómini in æternum.

*R.* *br.* Vultum tuú \* Deprecabuntur. Vultum. *Ps.* Omnes divites plebis \* Deprecabuntur. Glória. Vultum. *Ps.* 44.

*Ps.* Mémores erunt nominis tui. *R.* In omni generatióne & generatióne. *Ps.* 44.

*Oratio.*

**F**Amulórum tuórum, quæsumus, Dómine, delictis ignosce ; ut qui tibi placere de áctibus nostris non valémus, Genitricis Filii tui Dómini nostri intercessióne salvémur ; Per eundem.

**A D V E S P E R A S.**

*Ps.* Deus in adjutórium meú intende, &c.

*Ant. sola, 5. a. Benedicíta.*

*Psalmus 109.*

**D**ixit Dóminus Dómino meo : \* Sede à dextris meis ;

Donec poná inimicos tuos \* scabellum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion : \* domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendoribus Sanctórum : \* ex útero ante lucíferum génti te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum : \* Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dóminus à dextris tuis, \* confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natióibus, implébit ruínas, \* conqual-sábit cápita in terra multórum,

De torrente in via bibet ; \* propterea exaltábit caput.

*Psalmus*

*Psalms 112.*

**L**audate, pueri, Dominum, \* laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, \* ex hoc nunc, & usque in seculum.

A solis ortu usque ad occasum, \* laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, \* & super caelos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, \* & humilia respicit in caelo & in terra?

Suscitans a terra inopem, \* & de stercore erigens pauperem,

Ut collocet eum cum principibus, \* cum principibus populi sui;

Qui habitare facit sterilem in domo, \* matrem filiorum letantem.

*Psalms 121.*

**L**etatus sum in his quae dicta sunt mihi: \* In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri \* in atriis tuis, Jerusalem;

Jerusalem quae aedificatur ut civitas, \* cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini; \* testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini:

Quia illic sederunt sedes in judicio, \* sedes super domum David.

Rogate quae ad pacem sunt Jerusalem, \* & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua, \* & abundantia in turribus tuis.

*Br. Mir. Pars Aestiva.*

Propter fratres meos & proximos meos, \* loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri, \* quaesivi bona tibi.

*Psalms 126.*

**N**isi Dominus aedificaverit domum, \* in vanum laboraverunt qui aedificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, \* frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: \* surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Domini, filii; \* merces, fructus ventris.

Sicut sagittae in manu potentis, \* ita filii excusorum.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis; \* non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

*Psalms 147.*

**L**auda, Jerusalem, Dominum: \* lauda Deum tuum, Sion;

Quoniam confortavit seras portarum tuarum, \* benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem, \* & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terrae, \* velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam, \* nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas; \* ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emitet verbum suum, & li-

quæfaciet ea; \* flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob, \* justitias & judicia sua Israel;

Non fecit taliter omni nationi, \* & judicia sua non manifestavit eis.

Ant. Benedicte tu à Deo tuo in omni tabernaculo Jacob. *Judith. 13.*

Capitulum. Apoc. 12.

**S**ignum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim.

*Hymnus.*

**A**VE, maris stella,  
Dei mater alma,  
Atque semper Virgo,  
Felix cæli porta.

SUMENS illud Ave  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Evæ nomen.

SOLVE vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem;  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.

VIRGO singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac & castos.

VITAM præsta puram,  
Iter para tutum;  
Ut videntes Jesum,  
Semper collatémur.

SIT laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritui sancto;  
Tribus honor unus. Amen.

ÿ. Astitit Regina à dextris tuis, R. In vestitu deaurato circumdata varietate. *Pf. 44.*

Ad Magnificat. 3. a. Fecit mihi magna qui potens est; ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

*Oratio.*

**C**ordibus nostris, quæsumus, Domine, gratiam tuam benignus infunde; & intercedente sanctissimâ Dei genitricè Mariâ, corpora nostra castitate, & mentes nostras humilitate & caritate sanctifica; Per eundem.

AD COMPLETORIUM.

ÿ. Converte nos, Deus.

ÿ. Deus, in adiutorium.

Ant. 8. c. Ait Angelus ei.

*Psalms 128.*

**S**æpe expugnâverunt me à juventute meâ, \* dicat nunc Israel.

Sæpe expugnâverunt me à juventute meâ: \* etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricâverunt peccatores, \* prolongâverunt iniquitatem suam.

Dominus justus concidit cervices peccatorum: \* confundantur & convertantur retrorsum, omnes qui odêrunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectorum, \* quod priusquam evellatur, exaruit:

De quo non implêvit manum suam qui metit: \* & sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos, \* benediximus vobis in nomine Domini.

*Psalms 129.*

**D**E profundis clamavi ad te, Dómine: \* Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes \* in vocē deprecationis meæ.

Si iniquitates observáveris, Dñe, \* Dñe, quis sustinēbit?

Quia apud te propitiatio est, \* & propter legem tuam sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus: \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, \* speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, \* & copiósa apud eum redemptio;

Et ipse redimet Israel \* ex ómnibus iniquitatibus ejus.

*Psalms 120.*

**D**omine, non est exaltatum cor meum, \* neque elati sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis, \* neque in mirabilibus super me.

Si non humíliter sentiēbam, \* sed exaltávi ánimam meam.

Sicut ab lactatus est super matre sua, \* ita retributio in ánima mea.

Speret Israel in Dómino, \* ex hoc, nunc, & usque in séculū.

*Ant.* Ait Angelus ei: Ne timeas, Mariá: inveniisti enim grátiam apud Deum. *Luc. 1.*

*Hymnus.*

**V**IRGO Dei génitrix, quem totus non capit orbis,

In tua se clausit víscera, factus homo.

**H**INC mérito dicent te sécula eunéta beátam;

Hinc pópuli matrem te dómínainque colunt,

**S**USCIPE, quos pia plebs tibi péndere certat, honóres:

Annue, sollicitá quam prece polcít, opem.

**G**LORIA magna Patri: compar sit glória Nato:

Ambórum tibi par, Spíritus alme, decus.

Amen.

*Capitulum. Eccli. 24.*

**E**GO mater pulchræ dilectionis, & timóris, & agnitiónis, & sanctæ spei.

*R.* Invoca Dóminum, \* Lóquere Regi pro nobis. Invoca. *ψ.* Et libera nos de morte. \* Lóquere. Glória Patri.

Invoca. *Esther. 15.*

*ψ.* Diffusa est grátia in labiis tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus in æternū. *Pf. 45.*

*Ad Nunc dimittis. Ant. 7.*

*d.* Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei Génitrix:

nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus; sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriósa & benedicta.

*Oratio.*

**B**ÉATA & gloriósa semperque Virginis Mariæ, quæsumus, Dómine, intercessio gloriósa nos próteget, & ad vitam perducet æternam; Per.

**P**ROSA DE BEATA.

**I**NVIOLATA, íntegra & casta es, Mariá:

Quæ es effecta fúlgida cæli porta.

**O**MATER alma Christi caríssima,

Súscipe pia laudum præconi-

nia.

*Ant.*

*Ant.*

NOSTRA ut pura pectora  
sint & corpora,

Te nunc flagitant devota  
corda & ora.

TUA per precata dulcifona,  
Nobis concedas veniam per  
secula.

O BENIGNA ! O Regina ! O  
Maria !

Quæ sola inviolata perman-  
sisti.

ÿ. Post partum, Virgo, in-  
violata permansisti: R. Dei  
Genitrix intercede pro nobis.

*Oratio.*

**F**amiliorum tuorum, qua-  
sumus. Domine, delictis  
ignosce; ut qui tibi placere de  
actibus nostris non valemus,  
Genitricis Filii tui Domini  
nostri intercessione salvemur;  
Per eundem Dominum no-  
strum Jesum Christum, Fi-  
lium tuum, qui tecum vivit  
& regnat in unitate Spiritus  
sancti, Deus; Per omnia, &c.

ANTIPHONA  
ad devotionem.

**B**eata Dei Genitrix Maria,  
Virgo perpetua: templum  
Domini, sacrarium Spiritus  
sancti: sola sine exemplo, pla-  
cuisti Domino nostro Jesu  
Christo: succurre miseris, re-  
fove stēbiles, juva pusillani-  
mes: ora pro populo, inter-  
veni pro Clero, intercede pro  
devoto famineo sexu: sentiant  
omnes tuum juvamen, qui-  
cumque celebrant tuam san-  
ctam commemorationem.

ÿ. Dignare me laudate te,  
Virgo sacra: R. Da mihi  
virtutem contra hostes tuos.

*Oratio.*

**C**oncede, misericors Deus,  
fragilitati nostræ presi-  
dium; ut qui sanctæ Dei Ge-  
nitricis memoriam agimus,  
intercessionis ejus auxilio, a  
nostris iniquitatibus resurgamus; Per.

## PSALMI PœNITENTIALES.

*Psalms 6.*

**D**omine, ne in furore tuo  
darguas me, \* neque in  
ira tua corripas me.

Miserere mei, Domine,  
quoniam infirmus sum: \* sana  
me, Domine, quoniam con-  
turbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est  
valde; \* sed tu Dñe, usquequò?

Convertere, Domine, &  
eripe animam meam: \* sal-  
vum me fac, propter miseri-  
cordiam tuam;

Quoniam non est in morte  
qui memor sit tui: \* in infer-

no autem quis confitebitur  
tibi?

Laboravi in gemitu meo,  
lavabo per singulas noctes  
lectum meum, \* lacrymis  
meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus  
meus, \* inveteravi inter om-  
nes inimicos meos.

Discédite à me, omnes qui  
operamini iniquitatē, \* quo-  
niam exaudivit Dominus vo-  
cem fletus mei.

Exaudivit Dominus depre-  
cationem meam: \* Dominus  
orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur  
vehementer omnes inimici  
mei : \* convertantur & erubescant  
valde velociter.

*Psalmus 31.*

**B**eatissimi quorum remissa sunt  
iniquitates , \* & quorum  
recta sunt peccata.

Beatus vir cui non impu-  
tavit Dominus peccatum , \*  
nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui inveteraverunt  
ossa mea , \* dum clamarem  
totâ die.

Quoniam die ac nocte gra-  
vata est super me manus tua ,  
\* conversus sum in ærumna  
mea , dum configitur spina.

Delictum meum cognitum  
tibi feci , \* & injustitiam meam  
non abscondi.

Dixi : Confitebor adversum  
me injustitiam meam Domino ;  
\* & tu remisisti impietatem  
peccati mei.

Pro hac orabit ad te om-  
nis sanctus \* in tempore op-  
portuno.

Veruntamen in diluvio  
aquarum multarum , \* ad  
eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à  
tribulatione quæ circumdedit  
me : \* exultatio mea , erue  
me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo , &  
instruam te in via hac quæ gra-  
diéris : \* firmabo super te oculos  
meos.

Nolite fieri sicut equus &  
mulus , \* quibus non est in-  
tellectus.

In campo & fræno maxillas  
eorum constringe , \* qui non  
approximant ad te.

Multa flagella peccatoris ,  
\* sperantem autem in Dô-

mino misericordia circumda-  
bit.

Lætâmini in Domino , &  
exultate justii ; \* & gloriâ-  
mini , omnes recti corde.

*Psalmus 37.*

**D**omine , ne in furore tuo  
arguas me , \* neque in  
ira tua corripas me ;

Quoniam sagittæ tuæ in-  
fixæ sunt mihi , \* & confir-  
masti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne  
mea à facie iræ tuæ : \* non est  
pax ossibus meis à facie pecca-  
torum meorum.

Quoniam iniquitates meæ  
supergressæ sunt caput meum ;  
\* & sicut onus grave gravatæ  
sunt super me.

Putruerunt & corruptæ sunt  
cicatrices meæ , \* à facie insi-  
piéntiæ meæ.

Miser factus sum , & curvatus  
sum usque in finem : \* totâ  
die contristatus ingrediebar .

Quoniam lumbi mei im-  
pléti sunt illusionibus ; \* &  
non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliatus  
sum nimis : \* rugiebam à gé-  
mitu cordis mei.

Domine , ante te omne de-  
sidérium meum ; \* & gemitus  
meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est,  
dereliquit me virtus mea ; \* &  
lumen oculorum meorum , &  
ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei  
\* adversum me appropinqua-  
verunt & steterunt ;

Et qui juxta me erant , de  
longe steterunt ; \* & vim fa-  
ciébant qui quærebant animam  
meam :

Et qui inquirebant mala mi-

hi, locuti sunt vanitates, \* & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquam furdus non audiëbam, \* & sicut mutus non apëriens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens, \* & non habens in ore suo redargutiões.

Quóniam in te, Dómine, speravi : \* tu exaudies me, Dómine, Deus meus.

Quia dixi : Nequando supergaudeant mihi inimici mei ; \* & , dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quóniam ego in flagella paratus sum ; \* & dolor meus in conspectu meo semper.

Quóniam iniquitatem meã annuntiábo ; \* & cogitábo pro peccáto meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me ; \* & multiplicati sunt qui odérunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi ; \* quóniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus, \* ne discésseris à me.

Intende in adiutorium meũ, \* Dómine Deus salutis meæ.

*Psalmus 50.*

**M**iserere mei, Deus, \* secundum magnam misericórdiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea, \* & à peccáto meo munda me ;

Quóniam iniquitatem meã ego cognosco, \* & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci ; \* ut iustificeris in sermónibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, \* & in peccatis concépit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : \* incerta & occulta sapiëntiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor : \* lavabis me, & super nivem dealabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiã ; \* & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis, \* & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus ; \* & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tuã ; \* & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiã salutaris tui ; \* & spiritu principali confirma me.

Docébo iníquos vias tuas ; \* & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ ; \* & exultabit lingua mea iustitiã tuam.

Dómine, lãbia mea apéries : \* & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quóniam si voluisses, sacrificium dedissem útique ; \* holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : \* cor contritum & humiliatum, Deus, non despicias.

Benignè fac, Dómine, in bona voluntate tua Sion, \* ut

ædificentur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificiũ justitiæ; oblatiões & holo-causta; \* tunc impónent super altáre tuum vitulos.

*Psalmus 101.*

**D**omine, exaudi oratió-nem meam; \* & clamor meus ad te véniat.

Non avertas faciẽm tuam à me: \* in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocá-vero te, \* velóciter exaudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei, \* & ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percussus sum ut fœnum, & áruit cor meum: \* quia oblitus sum comédere panem meum.

A voce gémitûs mei \* adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicá-no solitudinis: \* factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilávi, \* & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; \* & qui laudábant me, adversum me jurábant.

Quia cinerem tanquam panem manducábam, \* & potum meum cum fletu miscébam.

A faciẽ iræ & indignatió-nis tuæ; \* quia élevans allifisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt; \* & ego sicut fœnum áruí.

Tu autẽ, Dómine, in æternum pérmanes; \* & memoriále tuum in generatióem & generatióem.

Tu exurgens miseréberis Sion, \* quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis tuis lápidés ejus, \* & terræ ejus miserebuntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, \* & omnes reges terræ glóriam tuam;

Quia ædificávit Dóminus Sion, \* & vidébitur in glória sua.

Respexit in oratióem humilium, \* & non sprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatióne áltera: \* & pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum;

Quia prospexit de excelso sancto suo: \* Dóminus de cœlo in terram aspexit;

Ut audíret gémitus compeditórum, \* ut sólveret filios interemptórum;

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, \* & laudem ejus in Jerúsalem,

In conveniendo pópulos in unum, & reges, \* ut sérviant Dómino.

Respondit ei in via virtútis suæ: \* Paucitatem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoques me dimídio diérum meórum: \* in generatióem & generatióem anni tui.

Inítio tu, Dómine, terram fundasti: \* & ópera mánuum tuárum sunt cœli.

Ipsi períbunt; tu autem pérmanes: \* & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertórium mutábis eos, & mutabuntur: \* tu autem idem ipse es, & anni tuí non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt ; \* & semen eorum in seculum dirigetur.

*Psalmus 129.*

**D**E profundis clamavi ad te, Domine : \* Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes \* in voce deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Dñe ; \* Dñe, quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est, \* & propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus, \* speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, \* speret Israel in Domino ;

Quia apud Dominum misericordia, \* & copiosa apud eum redemptio ;

Et ipse redimet Israel \* ex omnibus iniquitatibus ejus.

*Psalmus 142.*

**D**omine, exaudi orationem meam ; auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua ; \* exaudi me in tua justitia.

Et non intres in iudicium cum servo tuo ; \* quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam : \* humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxietus est super me spiritus meus : \* in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum ; meditatus sum in omnibus operibus tuis ; \* in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te :

\* anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me, Domine, \* defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me, \* & similis ero descendentibus in lacum.

Audiam fac mihi manè misericordiam tuam, \* quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem, \* quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi : \* doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : \* propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in aequitate tua.

Educes de tribulatione animam meam : \* & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam : \* quoniam ego servus tuus sum.

*Ant.* Domine, memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. *Tob. 3.*

*LITANIÆ.*

**K**yrie, elíson. *Christe, elíson. Kyrie, elíson. Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.*

*Pater de cælis Deus, Misere nobis.*

*Fili Redemptor mundi Deus, misere nobis.*

*Spiritus sancte Deus, misere nobis.*

*Sancta Trinitas unus Deus, misere nobis.*

*Sancta Maria, ora pro nobis. Sancta Dei Genitrix, ora.*

Sancta Virgo virginum , ora.	Sancti Joannes & Paule, orate.
Sancte Michael , ora.	Sancti Cosma & Damiáne , orate pro nobis.
Sancte Gábríel , ora.	Sancti Gervási & Protási , orate pro nobis.
Sancte Ráphael , ora.	Omnes sancti Mártyres , orate pro nobis
Omnes sancti Angeli & Ar- chángeli , orate pro nobis.	Sancte Sylvester , ora.
Omnes sancti beatórum Spi- rituum órdines , orate pro nobis.	Sancte Gregóri , ora.
Sancte Joannes baptista , ora.	Sancte Ambrósi , ora.
Sancte Joseph , ora.	Sancte Augustine , ora.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophétæ , orate pro nobis.	Sancte Hierónyme , ora.
Sancte Petre , ora.	Sancte Hilári , ora.
Sancte Paule , ora.	Sancte Anastási , ora.
Sancte Andréa , ora.	Sancte Básilí , ora.
Sancte Jacóbe , ( <i>Zebed.</i> ) ora.	Sancte Gregóri Nazianzène , ora pro nobis.
Sancte Joannes , ora.	Sancte Joannes Chrysóltome , ora pro nobis.
Sancte Thoma , ora.	Sancte Martine , ora.
Sancte Jacóbe , ora.	Sancte Nicolæ , ora.
Sancte Philippe , ora.	Sancte Remigi , ora.
Sancte Bartholomæe , ora.	Sancte Exúperi , ora.
Sancte Matthæe , ora.	Sancte Cáróle , ora.
Sancte Simon , ora.	Sancte Francíscæ Salési , ora.
Sancte Thadæe , ora.	Omnes sancti Pontífices & Confessóres , orate.
Sancte Matthía , ora.	Omnes sancti Doctóres , orate.
Sancte Bárnaba , ora.	Sancte Antóni , ora.
Sancte Luca , ora.	Sancte Benedicte , ora.
Sancte Marce , ora.	Sancte Bernarde , ora.
Omnes sancti Apóstoli & Evangelistæ , orate.	Sancte Dominice , ora.
Omnes sancti Discípuli Dó- mini , orate.	Sancte Francíscæ , ora.
Omnes sancti Innocentes , orate pro nobis.	Sancte Ludovice , ora.
Sancte Stéphane , ora.	Sancte Roche , ora.
Sancte Maurici , cum sóciis tuis , ora pro nobis.	Sancte Gauderice , ora.
Sancte Saturníne , ora.	Sancte Guillelme , ora.
Sancte Clemens , ora.	Omnes sancti Sacerdótes & Levitæ , orate.
Sancte Fabiáne , ora.	Omnes sancti Mónachi & Ere- mitæ , orate.
Sancte Laurenti , ora.	Sancta Anna , ora.
Sancte Vincenti , ora.	Sancta María Magdeléna , ora.
Sancte Sebastíáne , ora.	Sancta Tecla , ora.
Sancte Victor , ora.	Sancta Agatha , ora.
Sancte Irenæe , cum sóciis tuis , pro nobis.	Sancta Lúcia , ora.
	Sancta Agnes , ora.

Sancta Cæcilia,	ora.	Ut remissionem peccatorum
Sancta Catharina,	ora.	nobis dones, te rogamus.
Saueta Anastasia,	ora.	Ut compunctionem cordis,
Sancta Camilla,	ora.	fontemque lacrymarum nobis
Sancta Theresia,	ora.	dones, te rog.
Omnes sanctæ Virgines & Vi-	orâte.	Ut fidem, spem & caritatem
duæ,		nobis largiri digneris, te
Omnes sancti & sanctæ Dei,		rogamus, audi nos.
intercedite pro nobis.		Ut Ecclesiam tuam sanctam
Propitius esto, Parce nobis,		regere & conservare digneris,
Domine.		te rogamus,
Propitius esto, Exaudi nos,		audi nos.
Domine.		Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ
Ab omni malo, Libera nos,		humiliare digneris, te ro-
Domine.		gamus, audi nos.
Ab omni peccato, libera nos.		Ut dominum Apostolicum, &
Ab ira tua, libera.		omnes gradus Ecclesiæ in
A subitanea & improvisa mor-		sancta Religione conservare
te, libera.		digneris, te rogamus.
Ab insidiis diaboli, libera.		Ut Antistiti nostro, Clero, &
Ab ira & odio, & omni mala		pópulo illi commisso cæle-
voluntate, libera.		stis gratiæ abundantiam lar-
Ab immundis cogitationibus,		gii digneris, te rog.
libera nos, Domine.		Ut Regem nostrum incolumem
A fulgure & tempestate, lib.		servare, & in sancto
A morte perpetua, libera.		religionis obsequio stabilire
Per mysterium sanctæ Incarnati-		digneris, te ro-
onnis tuæ, libera.		gamus, audi nos.
Per Adventum tuum, libera.		Ut Regibus & Principibus
Per Nativitatem tuam, lib.		Christianis pacem & veram
Per Baptismum & sanctum Je-		concordiam donare digneris,
junium tuum, libera.		te rogamus.
Per Crucem & Passionem tuam,		Ut cuncto populo Christiano
libera nos, Domine.		pacem & unitatem largiri
Per Mortem & Sepulturam		digneris, te rog.
tuam, libera.		Ut nosmetipsos in tuo sancto
Per sanctam Resurrectionem		servitio confortare & con-
tuam, libera.		servare digneris, te ro-
Per admirabilem Ascensionem		gamus, audi nos.
tuam, libera.		Ut mentes nostras ad cælestia
Per adventum Spiritus sancti		desideria erigas, te ro-
Paracleti, libera.		gamus, audi nos.
In die judicii, libera.		Ut omnibus benefactoribus
Peccatores, Te rogamus,		nostris sempiterna bona re-
audi nos.		tribuas, te ro-
Ut ad veram pœnitentiam nos		gamus, audi nos.
perducere digneris, te	ref.	Ut animas nostras, fratrum,

propinquorum, & benefactorum nostrorum, ab æterna damnatione eripias, te rogamus, audi nos.

Ut fructus terræ dare & conservare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rog.

Ut nos exaudire digneris, te rogamus audi nos.

Fili Dei, te rog.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis, Dñe.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos, Dñe.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Misere nobis.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater.

Secretò. *Ps.* Et ne nos inducas in tentationem; *R.* Sed libera nos à malo.

*Ps.* Dómine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, *R.* Citò accipent nos misericordie tue quia pauperes facti sumus nimis. *Pf.* 78.

*Ps.* Adjuva nos, Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui, Dómine, libera nos. *R.* Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

*Ps.* Orémus pro infirmis, afflictis, & captivis. *R.* Libera eos, Deus, ex omnibus tribulationibus suis. *Pf.* 24.

*Ps.* Pro fratribus nostris absentibus. *R.* Benefac, Dómine bonis & rectis corde. *Pf.* 124.

*Ps.* Memor esto congregationis tue, *R.* Quam possidisti ab initio. *Pf.* 73.

*Ps.* Dómine, exaudi orationem meam:

*R.* Et clamor meus ad te veniat. *Pf.* 101.

*Ps.* Dóminus vobiscum.

*R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**D**EUS, cui proprium est misereri semper, & parcere: suscipe deprecationem nostram; ut nos, & omnes famulos tuos quos delictorum catena constringit, misericordie tue pietatis clementer absolvat.

**E**XAUDI, quaesumus, Dñe, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis; ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

**I**NEFFABILEM nobis, Dómine, misericordiam tuam clementer ostende; ut simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis quas pro iis meremur, eripias.

**D**EUS, qui culpam offendens, pœnitentiã placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice; & flagella tue iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

**D**EUS, omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum *N.* quem Pastorem Ecclesiæ tue præesse voluisti, propitius respice; da ei, quaesumus, verbo & exemplo, quibus præest proficere, ut ad vitam unam cum grege sibi credito, perveniat sempiternam.

**O**MNIPOTENS sempiternus Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro *N.* & dirige eum secundum tuam cle-

méntiam in viam salutis æternæ; ut, te donante, tibi placita cûpiat, & totâ virtute perficiat.

**O** Uælumus omnipotens Deus, ut famulus tuus Rex noster N. qui tuâ miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa; quibus decenter ornatus, vitiorum monstra devitare, hostes superare; & ad te, qui via, veritas & vita es, gratiósus valeat pervenire.

**D**eus, à quo sancta desideria, recta consilia & iusta sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem; ut & corda nostra mandátis tuis dedita; & hostium sublátâ formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla.

**U**Re igne sancti Spiritus renes nostros & cor nostrum, Dómine; ut tibi casto corpore serviámus, & mundo corde placeámus.

**A**ctiões nostras, quaesumus, Dómine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere; ut cuncta nostra oratio & operatio à te sem-

per incipiat, & per te cœpta finiátur.

**F**idélium, Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionē cunctórum tribue peccatórum; ut indulgéntiam quam semper opraverunt, piis supplicatió-nibus consequantur.

**O**Mnipotens sempiternus Deus, qui vivórum domináris simul & mortuórum, omniumque misereris, quos tuos fide & ópere futuros esse pranoscis: te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens séculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedéntibus omnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ, omnium delictórum suórum véniam consequantur; Per Christum Dóminum nostrum.

Rz. Amen.

¶ Dóminus vobiscum. Rz. Et cum spiritu tuo.

¶ Exáudiat nos omnipotens & misericors Dóminus, Rz. Amen.

## O R D O

### COMMENDATIONIS ANIMÆ.

*Primùm dicuntur Litanie breves in hunc modum :*

**K**Yrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Sancta María, Ora pro \* eo, [vel ea.]

Omnes sancti Angeli & Archàngeli, orate. Sancte Abel, ora. Omnis chorus Justórum, ora.

Sancte Abraham, ora. nem tuam, libera  
 Sancte Joannes Baptista, ora. Per admirabilem Ascensionem  
 Omnes sancti Patriarchæ & tuam, libera.  
 Prophetæ, orate. Per gratiam Spiritus sancti  
 Sancte Petre, ora. Paraclæti, libera.  
 Sancte Paule, ora. In die judicii, libera.  
 Sancte Andrea, ora. Peccatores, Te rogamus  
 Sancte Joannes, ora. audi nos.  
 Omnes sancti Apóstoli & Ut ei parcas, te rogamus.  
 Evangelistæ, orate. Kyrie, eléison. Christe, eléi-  
 Omnes sancti discipuli Dó- son. Kyrie, eléison.  
 mini, orate. *Deinde cum in agone sui*  
 Omnes sancti Innocentes, or. *exitus anxietur anima, dicitur:*  
 Sancte Stéphane, ora.  
 Sancte Laurenti, ora.  
 Omnes sancti Mártires, orate.  
 Sancte Silvester, ora.  
 Sancte Gregóri, ora.  
 Sancte Augustine, ora.  
 Omnes sancti Pontífices & Confessores, orate.  
 Sancte Benedicte, ora.  
 Sancte Francisce, ora.  
 Omnes sancti Mónachi & Eremitæ, orate.  
 Sancta Maria Magdaléna, ora.  
 Sancta Lúcia, ora.  
 Omnes sanctæ Virgines & Vi- dua, orate.  
 Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercédite pro eo [ *vel ea.* ]  
 Propítius esto, Parce ei, Dómine.  
 Propítius esto, Libera eum, [ *vel eam,* ] Dómine.  
 Ab ira tua, libera.  
 A periculo mortis, libera.  
 A mala morte, libera.  
 A penis inferni, libera.  
 Ab omni malo, libera.  
 A potestate diaboli, libera.  
 Per Nativitatem tuam, lib.  
 Per Crucem & Passiónem tuam, libera.  
 Per Mortem & Sepulturam tuam, libera.  
 Per gloriosam Resurrectió-

nem tuam, libera.  
 Per admirabilem Ascensionem tuam, libera.  
 Per gratiam Spiritus sancti Paraclæti, libera.  
 In die judicii, libera.  
 Peccatores, Te rogamus audi nos.  
 Ut ei parcas, te rogamus.  
 Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.  
*Deinde cum in agone sui exitus anxietur anima, dicitur:*  
**P**roficiscere, ánima Christiána, de hoc mundo, In Nómine Dei Patris omnipotentis, qui te creávit: In nómine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est: In nómine Spiritus sancti, qui in te effusus est: In nómine Angelórum & Archangelórum: In nómine Thronórum & Dominationum: In nómine Principátuum & Potestátum: In nómine Chérubim & Séraphim: In nómine Patriarcharum & Prophetarum: In nómine sanctorum Apostolorum & Evangelistarum: In nómine sanctorum Mártirum & Confessorum: In nómine sanctorum Monachorum & Eremitarum: In nómine sanctorum Virginum, & ómnium Sanctorum & Sanctarum Dei. Hódie sit in pace locus tuus, & habitatio tua in sancta Sion; Per Christum Dóminum nostrum.  
 R. Amen.  
 Orémus.  
**D**eus misericors, Deus clemens, Deus qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata pec-

nitentium deles, & præteritorum criminum culpas veniã remissionis evãcuas: respice propitius super \* hunc famulum tuum N. [ *vel hanc famulam tuam N.* ] & remissionem omnium peccatorum suorum totã cordis confessione poscentem, deprecatus exaudi. Rénova in \* eo [ *vel ea* ] piissime Pater, quidquid terrenã fragilitate corruptum, vel quidquid diabolicã fraude violatum est: & unitati corporis Ecclesiã membrum redemptionis annecte. Miserere, Dómine, gemitum, miserere lacrymarum ejus; & non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuã sacramentum reconciliatiõnis admitte; Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

**C**ommando te omnipotenti Deo, \* carissime frater [ *vel carissima soror;* ] & ei cujus es creatura committo: ut cum humanitatis debitum persolveris, ad eum qui te de limo terræ formaverat, revertaris. Eredienti itaque animæ tuæ de corpore, spléndidus Angelorum cœtus occurrat: iudex Apostolorum tibi senatus advéniat: candidatorum tibi Mártirum triumphator exercitus obviet: liliatã rutilantiũ te Confessorum turma circumdet: jubilantiũ te Virginum chorus excipiat: beate quiétis in sinu Patriarcharum te complexus astringat: mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi júgiter interesse decernat. Ignóres omne quod

horret in tenebris, quod fridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi terribimus sátanas cum satellitibus suis: in adventu tuo, te comitantibus Angelis, contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immãne diffugiat. Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus; & fugiant qui odérunt eum, a facie ejus. Sicut deficit fumus, deficient: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei: & justii epulentur, & exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur & erubescant omnes tartaræ legiones: & ministri sátanæ iter tuum impedire non audeant. Libere te à cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Libere te ab æterna morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus Filius Dei vivi intra paradisi sui semper amœna viréntia, & inter oves suas te verus ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te forte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas; & præfens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatẽ. \* Constitutus [ *vel constituta* ] igitur inter ágmina Beatorum, contemplatiõnis divinæ dulcedine potiãris in sæcula seculorum. R. Amen.

**S**uscipe, Dómine, \* servum tuum [ *vel famulam tuam* ] in locum sperandæ sibi salvatiõnis à misericordia tua, R. Amen.

Libera, Dómine, animam

\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
ex omnibus periculis inferni,  
& de láqueis pœnarum, & ex  
omnibus tribulationibus.

R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
sicut liberaſti Enoch & Elíam  
de communi morte mundi.

R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
sicut liberaſti Noë de dilúvio.

R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
sicut liberaſti Abraham de Ur  
Chaldæorum. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
sicut liberaſti Job de passiõni-  
bus suis. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
sicut liberaſti Isaac de hóſtia,  
& de manu patris sui Abrahæ.  
R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
sicut liberaſti Lot de Sódomis,  
& de flamma ignis. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
sicut liberaſti Móysen de ma-  
nu Pharaónis regis Ægyptiõ-  
rum. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
sicut liberaſti Daniélem de  
lacu leónum. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
sicut liberaſti tres púeros de  
camino ignis ardentis, & de  
manu regis iniqui. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]

sicut liberaſti Susannam de  
falso crimine.

R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
sicut liberaſti David de manu  
regis Saül, & de manu Góliã.  
R. Amen.

Libera; Dómine, ánimam  
\* servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
sicut liberaſti Petrum & Pau-  
lum de carcéribus.

R. Amen.

Et sicut beatíssimam The-  
clam, vírginem & mártýrem  
tuam, de tribus atrocíssimis  
tormentis liberaſti, sic liberá-  
re dignéris ánimam hujus \*  
servi tui [ *vel famulæ tuæ* ]  
& tecum fácias in bonis cœ-  
léstibus congaudére.

R. Amen.

**C**ommendámus tibi, Dó-  
mine, ánimam \* famuli  
tui [ *vel famulæ tuæ* ] pre-  
cámurque te, Dñe Jesu Christe,  
Salvátor mundi, ut eam prop-  
ter quam ad terram descen-  
disti, Patriarchárum tuórum  
sínibus insinuáre non rénuas.  
Agnosce, Dómine, creatúram  
tuam, non à diis aliénis creá-  
tam, sed à te solo Deo vivo  
& vero; quia non est álius  
Deus præter te, & non est se-  
cundum ópera tua. Lætífica,  
Dómine, ánimã ejus in cons-  
pectu tuo, & ne memíneris  
iniquitátum ejus antiquárum,  
quas suscitávit furor mali de-  
fidérii. Licet enim peccavé-  
rit, tamen Patrem, & Fílium,  
& Spíritum sanctum non ne-  
gávit, sed crédidit; & zelum  
Dei in se hábuit; & Deum qui  
fecit ómnia, fidéliter adorávit.  
R. Amen.

Orémus.

**D**elicta juventutis, & ignorantias ejus, quæsumus, ne memineris, Domine: sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei cæli; collatentur illi Angeli. In regnū tuum, Domine, \* servum tuum [ *vel famulam tuam* ] suscipe. Suscipiat \* eum [ *vel eam* ] sanctus Michael Archangelus Dei, qui militiæ cælestis meruit principatum. Veniant illi obviam sancti Angeli Dei, & perducant \* eū [ *vel eam* ] in civitatem cælestem Jerusalem. Suscipiat \* eum [ *vel eam* ] beatus Petrus Apostolus, cui à Deo claves regni cælestis traditæ sunt. Adjuvet \* eum [ *vel eam* ] beatus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro \* eo [ *vel ea* ] sanctus Joannes, electus Dei Apostolus, cui revelata sunt secreta cælestia. Orent pro \* eo [ *vel ea* ] omnes sancti Apostoli, quibus à Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercedant pro \* eo [ *vel ea* ] omnes Sancti & Electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc sæculo sustinuerunt; ut vinculis carnis exutus [ *vel exuta* ], pervenire mereatur ad gloriam regni cælestis, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula seculorum. R. Amen.

*Si anxiatur adhuc Anima, legi poterit super egrotum cum signis Crucis consuetis sequens*

*Evangelium secundum Joannem.*

Joan. 17.

**S**ublevatis oculis in cælū Jesus dixit: Pater, Venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam: Et tunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate, quam habui prius quam mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. Quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognoverunt verè quia à te exivi, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt: Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo, & hi in mundo sunt: & ego ad te venio. Pater sancte, conserva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodi mihi; & nemo ex eis perit, nisi filius perditionis, ut Scriptura

ptura impléatur. Nunc autem ad te vénio : & hæc loquor in mundo , ut hábeant gáudium meum implétum in semetipsis. Ego dedi eis sermónem tuum , & mundus eos ódio hábuit , quia non sunt de mundo , sicut & ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo , sed ut serves eos à malo. De mundo non sunt , sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum , & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum : ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum , sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me. Ut omnes unum sint , sicut tu Pater in me , & ego in te , ut & ipsi in nobis unum sint : ut credat mundus , quia tu me misisti. Et ego claritatem , quam dedisti mihi , dedi eis : ut sint unum , sicut & nos unum sumus. Ego in eis , & tu in me : ut sint consummati in unum & cognoscat mundus quia tu me misisti , & dilexisti eos , sicut & me dilexisti. Pater , quos dedisti mihi , volo ut ubi sum ego , & illi sint mecum : ut videant claritatem meam , quam dedisti mihi : quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater juste , mundus te non cognovit , ego autem te cognovi : & hi cognoverunt , quia tu me misisti. Et novum feci eis nomen tuum , & novum faciam : ut dilectio , quam dilexisti me , in ipsis sit , & ego in ipsis.

*Br. Mir. Pars Æstiva.*

*Deinde Sacerdos Passionem legere poterit , stans & aperto capite , & ad agrotum conversus.*

P A S S I O

Dómini nostri Jesu Christi secundum Joannem.

*Cap. 18. & 19.*

**I**N illo tempore , Egressus est Jesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron , ubi erat hortus , in quem introvit ipse & discipuli ejus. Sciebat autem & Judas , qui tradébat eum , locum ; quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem , & à Pontificibus & Pharisæis ministros , venit illuc cum lanternis , & facibus , & armis. Jesus itaque sciens omnia quæ ventura erant supra eum , processit & dixit eis : Quem queritis ? Responderunt ei : Jesum Nazarénum. Dixit eis Jesus : Ego sum. Strabat autem & Judas qui tradébat eum ; cum ipsis. Ut ergo dixit eis : Ego sum ; abierunt retrorsum , & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos : Quem queritis ? Illi autem dixerunt : Jesum Nazarénum. Respondit Jesus : Dixi vobis , quia ego sum : si ergo me queritis sinite hos abire. Ut impleretur sermo , quem dixit : Quia quos dedisti mihi , non perdidit ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum : & percussit Pontificis servum : & abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro : Mitte ergo gladium tuum in vagi-

nam. Cálicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum? Cohors ergo, & tribúus & ministri Judæorum comprehendérunt Jesum & ligavérunt eum: & adduxérunt eum ad Annam primúm; erat enim socer Cáiphæ, qui erat Póntifex anni illius. Erat autem Cáiphás, qui consílium dederat Judæis: Quia expedit unum hóminem mori pro populo. Sequebátur autem Jesu Simon Petrus & álius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Póntifici & introívit cum Jesu in átrium Póntificis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exivit ergo discipulus álius qui erat notus Póntifici, & dixit ostiáriæ: & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiária: Numquid & tu ex discipulis es hóminis istius? Dicit ille: Non sum. Stabant autem servi & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se. Póntifex ergo interrogávit Jesum de discipulis suis, & de doctrína ejus. Respondit ei Jesus: Ego palám locúsus sum mundo: ego semper dócui in synagóga, & in templo, quò omnes Judæi convéniunt: & in occulto locúsus sum nihil. Quid me intérogas? intéroga eos, qui audiérunt quid locúsus sim ípsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrórum dedit álapam Jesu, dicens: Sic respondes Póntifici. Respondit ei Jesus: Si malè locúsus sum, testimó-

nium pérhibe de malo: si autem bene; quid me cædis? Et misit eum Annas ligátum ad Cáipham Póntificem. Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se. Dixérunt ergo ei: Numquid & tu ex discipulis ejus es? Negávit ille, & dixit: Non sum. Dicit ei unus ex servis Póntificis, cognátus ejus, cujus abscidit Petrus aurículam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterúm ergo negávit Petrus: & statim gallus cantávit. Adducunt ergo Jesum à Cáipha in prætórium. Erat autem manè: & ipsi non introiérunt in prætórium, ut non contaminarentur, sed ut manducárent Pascha. Exivit ergo Pilátus ad eos foràs, & dixit: Quam accusatiónem affertis adversus hóminem hunc? Respondérunt, & dixérunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissémus eum. Dixit ergo eis Pilátus: Accípite eum vos, & secundúm legem vestram judicáte eum. Dixérunt ergo ei Judæi: Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo Jesu implerétur, quem dixit, significans quã morte esset moritúrus. Introívit ergo iterúm in prætórium Pilátus & vocávit Jesum, & dixit ei: Tu es rex Judæórum? Respondit Jesus: A temetipso hoc dicis, an álii dixerunt tibi de me? Respondit Pilátus: Numquid ego Judæus sum? Gens tua & Póntifices tradidérunt te mihi: quid fecisti? Respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo; si ex hoc mundo es-

regnum meum, ministri mei  
 utique decertarent ut non trá-  
 derer Judæis : nunc autem  
 regnum meum non est hinc.  
 Dixit itaque ei Pilátus : Ergo  
 rex es tu ? Respondit Jesus :  
 Tu dicis quia rex sum ego.  
 Ego in hoc natus sum, & ad  
 hoc veni in mundum, ut testi-  
 monium perhibeam veritati :  
 omnis qui est ex veritate, au-  
 dit vocem meam. Dicit ei Pi-  
 látus : Quid est veritas ? Et  
 cum hoc dixisset, iterum exi-  
 vit ad Judæos, & dicit eis :  
 Ego nullam invénio in eo cau-  
 sam. Est autem consuetudo  
 vobis ut unum dimittam vo-  
 bis in Pascha : vultis ergo di-  
 mittam vobis regem Judæo-  
 rum ? Clamaverunt ergo rur-  
 sum omnes, dicentes : Non  
 hunc, sed Barrabbam. Erat au-  
 tem Barrabbas latro. Tunc ergo  
 apprehendit Pilátus Jesum,  
 & flagellávit. Et milites plec-  
 tentes coronam de spinis,  
 imposuerunt capiti ejus : &  
 veste purpúrea circumdederunt  
 eum. Et veniebant ad eum,  
 & dicebant : Ave Rex Judæo-  
 rum : & dabant ei álapas. Exi-  
 vit ergo iterum Pilátus foràs ;  
 & dicit eis : Ecce adduco vo-  
 bis eum foràs, ut cognoscatis  
 quia nullá invénio in eo cau-  
 sam. ( Exiit ergo Jesus por-  
 tans coronam spineam, &  
 purpúreú vestimentú. ) Et dicit  
 eis : Ecce homo. Cum ergo  
 vidissent eum Pontífices & mi-  
 nistri, clamabant, dicentes :  
 Crucifige, crucifige eum. Di-  
 cit eis Pilátus : Accipite eum  
 vos, & crucifigite : ego enim  
 non invénio in eo causam.  
 Respondérunt ei Judæi : Nos

legem habémus, & secundum  
 legem debet mori, quia filium  
 Dei se fecit. Cum ergo au-  
 disset Pilátus hunc sermóné,  
 magis tímuit. Et ingressus est  
 prætorium iterum : & dixit ad  
 Jesum : Unde es tu ? Jesus au-  
 tem responsum non dedit ei.  
 Dicit ergo ei Pilátus : Mihí  
 non loqueris ? nescis quia po-  
 testátem hábeo crucifigere te,  
 & potestátem hábeo dimittere  
 te ? Respondit Jesus : Non  
 habéres potestátem adversum  
 me ullam, nisi tibi datum  
 esset desuper. Propterea qui  
 me tradidit tibi, majus pec-  
 cátum habet. Et exinde quæ-  
 rébat Pilátus dimittere eum.  
 Judæi autem clamábant, di-  
 centes : Si hunc dimittis, non  
 es amicus Cæsaris ; omnis  
 enim, qui se regem facit,  
 contradicit Cæsari. Pilátus au-  
 tem cum audisset hos sermónes,  
 adduxit foràs Jesum : &  
 sedit pro tribunáli, in loco  
 qui dicitur Lithóstratos, He-  
 bráicè autem Gábbatha. Erat  
 autem parasceve Paschæ, ho-  
 ra quasi sexta : & dixit Ju-  
 dæis : Ecce rex vester. Illi au-  
 tem clamábant : Tolle, tolle :  
 crucifige eum. Dicit eis Pilá-  
 tus : Regem vestrum crucifi-  
 gam ? Respondérunt Pontífi-  
 ces : Non habémus Regem nisi  
 Cæsarem. Tunc ergo tradidit  
 eis illum ut crucifigeretur. Sus-  
 ceperunt auté Jesum, & edu-  
 xerunt. Et bájulus sibi cru-  
 cem, exiit in eum, qui dicitur  
 Calvária locum, Hebráicè  
 autem Gólgotha : ubi cru-  
 cifixerunt eum, & cum eo  
 álios duos, hinc & hinc, mé-  
 dium autem Jesum, Scripsit

autem & titulum Pilatus : & posuit super crucem. Erat autem scriptum : Jesus Nazarenus, Rex Judæorum. Hunc ergo titulum multi Judæorum legērunt : quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum Hebræicè , Græcè , & Latine. Dicebant ergo Pilato Pontifices Judæorum : Noli scire, Rex Judæorum : sed quia ipse dixit : Rex sum Judæorum. Respondit Pilatus : Quod scripsi, scripsi. Milites ergo, cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus (& fecerunt quatuor partes : unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem : Non scindamus eam, sed fortiamur de illa cujus sit. Ut Scriptura impleretur, dicens : Partiti sunt vestimenta mea sibi ; & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ : Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo : Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens Jesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit : Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. Cum

ergo accepisset Jesus acetum, dixit : Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judæi ergo, (quoniam parasceve erat) ut non remanerent in cruce corpora Sabbato, [erat enim magnus dies ille Sabbati] rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Veniunt ergo milites : & primi quidem fregērunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderent eum jam mortuum, non fregērunt ejus crura. Sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exiit sanguis, & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit : & verum est testimonium ejus. Et ille scit quia vera dicit : ut & vos credatis. Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur : Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit : Videbunt in quem transixerunt. Post hæc autem rogavit Pilatum Joseph ab Arimathæa [eo quod esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judæorum] ut tolleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Jesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum arommatibus, sicut mos est Judæis sepelire. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus : & in orto monumentum novum, in quo nondum quis-

quam pōsitus erat. Ibi ergo propter paratēven Judæorum quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum.

*Lectâ Passione, dicitur,*  
 V. Adoramus te, Christe, & benedicimus tibi; R. Quia per crucem tuam redemisti mundum.

Orémus.

**D**Eus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, à Judæis reprobâri, à Juda proditore osculo tradi, vinculis alligâri, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Capharæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri; à falsis testibus accusari, flagellis & opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, & vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levâri, inter latrones deputari; felle & aceto potari, & lanceâ vulnerari: Tu, Domine, per has sanctissimas pœnas tuas, quas ego indignus récolo, & per sanctam crucem & mortem tuam libera \* famulum tuum N. [ *vel famulam tuam N.* ] à pœnis inferni, & perdere digneris, quò perduxisti latronem tecum crucifixum; Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas in secula seculorum. R. Amen.

*Deinde dici poterunt Psalmus Confitemini Dômino, quoniam. . . . . Dicat nunc. & duo prima Octonaria Psalmi, Beati immaculati, quæ habentur ad Primam Domini. 13. & 14.*

*Tres sequentes Orationes, singula cum Pater. & Ave. à Sacerdote stante & aperto capite dicenda sunt, quando agrotus in ultimis positus est.*

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *Secretò, Pater. & Ave.*

Orémus.

**D**omine Jesu Christe; per tuam sanctissimam Agoniam, & orationem quâ orasti pro nobis in monte Oliveti, quando factus est sudor tuus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram; obsecro te ut multitudinem sudoris tui sanguinei, quem præ timoris angustia copiosissimè pro nobis effudisti, offerre & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorum hujus \* famuli tui N. [ *vel famulæ tuæ N.* ] & libera \* eum [ *vel eam* ] in hac hora mortis ab omnibus pœnis & angustis, quas pro peccatis suis se timet meruisse; Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis, & regnas Deus in secula seculorum. R. Amen.

*Rursus dicit Sacerdos, Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Secretò, Pater. & Ave.*

Orémus.

**D**omine Jesu Christe; qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obsecro te, ut omnes amaritudines passionum & pœnarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce, maxime in illa hora, quando sanctissima Anima tua egressa est de sanctissimo

corpore tuo, offerre & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima hujus \* famuli tui N. [ *vel famulæ tuæ N.* ] & libera \* eum [ *vel eam* ] in hac hora mortis ab omnibus pœnis & passionibus quas pro peccatis suis se timet meruisse; Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis, & regnas Deus in secula seculorum. *R.* Amen.

*Tertio dicit:* Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *Secretò, Pater. & Ave.*

Orémus.

**D**omine Jesu Christe, qui per os Prophætæ dixisti: In charitate perpétua dilexi te, ideo attraxi te miserans, obsecro te, ut eandem charitatem tuam, quæ te de cœlis in terram, ad tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines, attraxit, offerre & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima hujus \* famuli tui N. [ *vel famulæ tuæ N.* ] & libera \* eum [ *vel eam* ] ab omnibus passionibus & pœnis, quas pro peccatis suis timet se meruisse; & salva animam ejus in hac hora exitus sui. Aperi ei januam vitæ, & fac \* eum [ *vel eam* ] congaudere cum Sanctis tuis in gloria æterna. Tu, piissime Domine Jesu Christe, qui redemisti nos pretiosissimo sanguine tuo, miserere animæ hujus \* famuli tui [ *vel famulæ tuæ* ] & eam introducere digneris ad semper virentia & amœna loca paradisi, ut vivat tibi amore in-

divisibili, qui à te & ab electis tuis nunquam separari potest; Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus in secula seculorum. *R.* Amen.

*Curabit Sacerdos ut moribundus, si possit, ter sanctissimum Jesu nomen pronuntiet; quod si moribundus nequeat, illud ejus loco ipse pronuntiabit, & saepe hac verba repetere sataget.*

In manus tuas, Domine; commendo spiritum meum. *Pf.* 30.

Domine Jesu, suscipe spiritum meum. *Act.* 7.

Sancta Maria, ora pro me. MARIA, Mater gratiæ, Mater misericordiæ, Tu nos ab hoste protege, Et mortis horam suscipe.

*Egressa animam, dicitur:*

*R.* Subvenite, Sancti Dei; \* Occurrite, Angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi. *Ps.* Suscipiat te Christus, qui vocavit te, & in sinum Abrahamæ Angeli deducant te. \* Occurrite, Angeli, Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi

Requiem æternam dona ei, Domine, & lux perpétua luceat ei. \* Occurrite, Angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *Secretò, Pater noster. Alta voce, Et ne nos inducas in tenta-*

tionem; R. Sed libera nos à malo.

V. Réquiem æternam dona ei, Dómine.

R. Et lux perpétua luceat ei.

V. A porta inferi

R. Erue, Dómine, animam ejus. *Pf.* 88.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Dómine, exaudi orationem meam; R. Et clamor meus ad te veniat. *Pf.* 101.

V. Dóminus vobiscum,

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**T**ibi, Dómine, commendamus animam \* famuli tui [ *vel* famulæ tuæ ] N. ut \* defunctus [ *vel* defuncta ] sculo, tibi vivat: & quæ per fragilitatem humanæ conversationis commisit, tu veniâ misericordissimæ pietatis absterge; Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

FORMULA  
Absolutionis Sacramenti  
Pœnitentiæ.

**D**ominus noster Jesus Christus qui est summus Póntifex, te absolvat. Et ego auctoritate ipsius absolvo te ab omni vinculo excommunicationis (suspensionis), & interdicti in quantum possum, & tu indiges: Deinde, Ego te absolvo à peccatis tuis, in nómine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

*Si Pœnitens sit Laicus; omittitur vox, Suspensionis.*

Passio Dómini nostri Jesu Christi, mérita beátæ Mariæ Virginitis, & ómnium Sanctórum, & quidquid boni feceris & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

O F F I C I U M  
D E F U N C T O R U M.

*Qualibet Hora sequentis Officii incipitur absolute.*

A D V E S P E R A S.

*Ant.* 3. c. O Dómine.

*Psalms* 114.

**D**ilexi quóniam exaudivit Dóminus \* vocem orationis meæ.

Quia inclinavit aurem suâ mihi, \* & in diébus meis invocábo.

Circumdederunt me doló-

res mortis, \* & perícula inferni invenérunt me.

Tribulationem & dolórem iavéni; \* & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, libera animam meam: misericors Dóminus, & justus \* & Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus; \* humiliátus sum, & liberávit me.

Convèrtere, ánima mea,  
in réquiem tuam, \* quia Dó-  
minus benefecit tibi;

Quia eripuit ánimam meá  
de morte, \* óculos meos à  
lácrymis, pedes meos à laplu.

Placébo Dómino \* in re-  
giónè vivórum.

*In hoc Officio, in fine om-  
nium Psalmorum & Cantico-  
rum dicitur:*

Réquiem æternam dona eis,  
Dómine, \* & lux perpétua  
lúceat eis.

*Ant.* O Dómine, libera  
ánimam meam.

*Ant.* 2. D. Heu mihi.

*Psalmus 119.*

**A**D Dóminum cum tribu-  
lárer clamávi, \* & ex-  
audivit me.

Dómine, libera ánimam  
meam à lábiis iniquis, \* & à  
lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid  
apponátur tibi \* ad linguam  
dolósam?

Sagittæ potentis acútæ, \*  
cum carbónibus defolaróriis.

Heu mihi, quia incolátus  
meus prolongátus est! habi-  
távi cum habitántibus Cedar:  
\* multum íncola fuit ánima  
mea.

Cum his qui odérunt pa-  
cem, eram pacíficus; \* cum  
loquébar illis, impugnábant  
me gratis.

*Ant.* Heu mihi, quia in-  
colátus meus prolongátus est.

*Ant.* 8. c. Auxílium.

*Psalmus 120.*

**L**Evávi óculos meos in  
montes, \* unde véniet  
auxílium mihi.

Auxílium meum à Dño, \*  
qui fecit cælum & terram.

Non der in commotiónera  
pedem tuum; \* neque dor-  
míter qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque  
dórmiet, \* qui custódit Is-  
rael.

Dóminus custódit te, Dó-  
minus protéctio tua \* super  
manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te,  
\* neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab om-  
ni malo: \* custódiat ánimá  
tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intrói-  
tum tuum, & éxitum tuum,  
\* ex hoc nunc, & usque in  
séculum.

*Ant.* Auxílium meum à  
Dómino, qui fecit cælum &  
terram.

*Ant.* 8. G. Si iniquitátes.

*Psalmus 129.*

**D**E profundis clamávi ad  
te, Dómine: \* Dómine,  
exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes  
\* in vocé deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris,  
Dómine: \* Dómine, quis sus-  
tinébit?

Quia apud te propitiatio  
est, \* & propter legem tuam  
sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in ver-  
bo ejus, \* sperávit ánima  
mea in Dómino.

A custódia matutína usque  
ad noctem \* speret Israel in  
Dómino;

Quia apud Dóminum mi-  
sericórdia, \* & copiósa apud  
eum redemptio;

Et ipse redimet Israel \* ex  
ómnibus iniquitátibus ejus.

*Ant.* Si iniquitátes obser-

vāveris, Dōmine: Dōmine,  
quis sustinēbit.

*Ant. 2. D. Opera.*

*Psalmus 137.*

**C**onfitebor tibi, Dñe, in  
toto corde meo, \* quō-  
niam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelōrum  
psallam tibi: \* adorābo ad  
templum sanētum tuum, &  
confitebor nōmini tuo.

Super misericōrdia tua &  
veritate tua; \* quōniam ma-  
gnificasti super omne, nomen  
sanctum tuum.

In quacumque die invocā-  
vero te, exaudi me, \* multi-  
plicabis in ānima mea virtū-  
tem.

Confiteantur tibi, Dñe,  
omnes reges terræ, \* quia au-  
diētur omnia verba oris tui;

Et cantent in viis Dōmini,  
\* quōniam magna est glōria  
Dōmini;

Quōniam excelsus Dōmi-  
nus, & humilia respicit, \* &  
alta à longè cognoscit.

Si ambulāvero in médio tri-  
bulatiōnis, vivificabis me:  
\* & super iram inimicōrum  
meōrum extendisti manum  
tuam, & salvum me fecit dex-  
tera tua.

Dōminus retribuet pro me:  
\* Dōmine, misericōrdia tua  
in sēculum: ōpera mānuum  
tuarum ne despicias.

*Ant. Opera mānuum tuā-  
rum. Dōmine, ne despicias.*

*Continuò dicitur:*

*Ad Magnificat. Ant. 1. a.*  
Omne quod dat mihi Pater,  
ad me veniet; & eum qui ve-  
nit ad me, non ejiciam forās.

*Joan. 6.*

*Secretd, Pater. Clarā voce.*

ψ. Et ne nos inducas in tenta-  
tiōnem; R. Sed libera nos à  
malo.

ψ. In memōria æterna erunt  
justi; R. Ab auditiōne malā  
non timēbunt. *Pf. 111.*

ψ. A porta inferi, R. Erue,  
Dñe, ānimas eōrum. *Pf. 88.*

ψ. Credo vidēre bona Dō-  
mini, R. In terra viventium.  
*Pf. 26.*

*Psalmus 145.*

**L**auda ānima mea, Dōmi-  
num: laudābo Dōminum  
in vita mea; \* psallam Deo  
meo quāmdiu fuero.

Nolite confidere in princí-  
pibus; \* in filiis hōminum,  
in quibus non est salus.

Exibit spīritus ejus, & re-  
vertur in terram suam: \* in  
illa die peribunt omnes co-  
gitatiōnes eōrum.

Beātus cujus Deus Jacob ad-  
jutor ejus, spes ejus in Dō-  
mino Deo ipsius, \* qui fecit  
cælum & terram, mare, &  
omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in  
sēculum, facit judicium in-  
jūriam patiētibus, \* dat ef-  
cam esuriētibus.

Dōminus solvit compedi-  
tos: \* Dōminus illuminat  
cæcos.

Dōminus erigit elisos: \*  
Dōminus diligit justos.

Dōminus custodit advenas;  
pupillum & viduam suscipiet;  
\* & vias peccatōrū disperdet.

Regnabit Dōminus in sē-  
cula, Deus tuus, Sion, \* in  
generatiōnem & generatiō-  
nem.

ψ. Requiescant in pace.  
R. Amen.

ψ. Dōmine, exaudi oratiō-

nem meā ; R̄. Et clamor meus ad re veniat. Ps. 101.

V̄. Dóminus vobiscum ,  
R̄. Et cum sp̄ritu tuo.

*In depositione Defuncti.*

*Oratio.*

**I**ncĺina , Dómine , aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam supplices deprecámur ; ut animā famuli tui N. quam de hoc século migrare iussisti , in pacis ac lucis regione constituas , & sanctorum tuorum iubeas esse consortem.

*Pro Diacono , post litteram N. additur Diaconi.*

*In depositione Defuncti.*

*Oratio.*

**Q**uæsumus , Dómine , pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ N. & à contágiis mortalitatis exítam , in aeternæ saluationis partem restitue.

*In depositione Sacerdotis.*

*Oratio.*

**D**eus , qui inter Apostólicos Sacerdotes famulum tuum N. Sacerdotáli fecisti dignitate vigere : præsta , ut eorum quoque perpétuo aggregetur consórtio ; Per Dóminum nostrum.

*Pro Episcopo , loco Sacerdotáli , dicitur Pontificáli.*

*In Anniversariis dicuntur tres sequentes Orationes.*

**D**eus indulgentiarum , Dómine , da animæ \* famuli tui N. [ Sacerdotis , vel Pontificis ] [ vel famulæ tuæ N. ] ejus [ vel animabus famulorum tuorum N. & N. quorum ] [ vel famularum tuarum N. & N. quarum ] anniversarium depositionis diem commemo-

ramus , refrigerii sedem , quietis beatitudinem , & luminis claritatem.

*Pro Benefactoribus.*

**D**eus , vénix largitor , & & humanæ salutis amator : quæsumus cleméntiam tuam , ut nostræ congregatiónis fratres , propinquos , & benefactóres , qui ex hoc século transierunt , beatâ Mariâ semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis , ad perpétuæ beatitudinis consórtium pervenire concedas.

*Pro omnibus Defunctis.*

**F**idélium , Deus , omniú conditor & redemptor , animabus famulorú famularumque tuarum remissioné cunctorum tribue peccatorum ; ut indulgentiam quam semper optaverunt , piis supplicatióibus consequantur ; Qui vivis & regnas in século seculorum. R̄. Amen.

*Si aliud Officium non sequatur , dicitur :*

Requiescant in pace.

R̄. Amen.

[ *Privatim pro patre & matre.*

*Oratio.*

**D**eus , qui nos patrem & matrem honorare præcepisti : miserere clementer animabus patris mei ac matris meæ , eorumque peccata dimitte ; meque eos in aeternæ claritatis gáudio fac videre ; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuú. ]

**AD VIGILIAS.**

*Invit.* Deum cui omnes vivunt , \* Venite , adoremus. Luc. 20.

*Psalmus , Venite. in cuius fine. loco Glória Patri. dicitur*

Réquiem æternam dona eis, Dómine; & lux perpétua luceat eis.

*Dicitur in Commemoratione omnium Fidelium, & quando recitantur tria Nocturna.*

*Vigilia dicuntur cum tribus Nocturnis in depositione corporis, & in omnibus Anniversariis ritu duplici celebrandis. In iis verò quæ ritu simplici sunt, ubi dicitur unicum Nocturnum, Feriâ II. & V. dicitur primum; Feriâ III. & VI. secundum; Feriâ IV. & Sabato, tertium.*

**IN I. NOCTURNO.**

*Ant. 7. c. Dómine.*

*Psalmus 5.*

**V**erba me auribus percipe, Dómine; \* intèllige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ, \* Rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo, Dómine, \* manè exáudies vocem meam.

Manè astábo tibi, & vidébo; \* quóniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus, \* neque permanébunt injusti ante óculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: \* perdes omnes qui loquuntur mendácium.

Virum sánguinum & dolósum abominábitur Dóminus; \* ego autem in multitudine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam, \* adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in justitia tua: \* propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam;

Quóniam non est in ore eorum veritas; \* cor eorum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolósè agébant: \* júdica illos, Deus.

Décidant à cogitationibus suis; secundum multitudinem impietátũ eorum expelle eos, \* quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et latentur omnes qui sperant in te: \* in æternum exultábunt; & habitábis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, \* quóniam tu benedices justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ \* coronasti nos.

*Ant. Dómine, deduc me in justitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.*

*Ant. 8. G. Salvum me fac.*

*Psalmus 6.*

**D**ómine, ne in furóre tuo árguas me, \* neque in ira tua corripas me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum: \* sana me, Dómine, quóniam turbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè; \* sed tu, Dómine, úsquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: \* salvum me fac proptet misericórdiam tuam;

Quóniam non est in morte qui memor sit tuí: \* in inferno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo; lavábo per síngulas noctes lectum meũ, \* lacrymis meis stratum meum rigábo,

Turbatus est à furóre óculus meus, \* inveterávi inter omnes inimicos meos.

Discédite à me, omnes qui operámini iniquitatē, \* quóniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus deprecationem meam: \* Dóminus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: \* convertantur & erubescant valde velociter.

*Ant.* Saluum me fac propter misericórdiam tuam; quóniam non est in morte, qui memor sit tuus.

*Ant.* 3. c. Illúmina.

*Psalms* 12.

**U**squequò, Dómine, oblivisceris me in finem? \* usquequò avertis faciē tuam à me?

Quám diu ponam consília in ánima mea, \* dolórem in corde meo per diem.

Usquequò exaltábitur inimicus meus super me? \* respice, & exaudi me, Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne unquam obdormiam in morte, \* nequando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Qui tribulant me, exultábunt si motus fuero; \* ego autem in misericórdia tua sperávi.

Exultábit cor meum in salutári tuo, cantábo Dómino qui bona tribuit mihi; \* & psallam nómini Dómini Altissimi.

*Ant.* Illúmina óculos meos, ne unquam obdormiam in morte.

*Ps.* Ne tradas béstiis ánimas confitentes tibi, *R.* Et ánimas páuperum tuorum ne obliviscaris in finem. *Pf.* 73.

*Secretò*, *Pater.* *Clará voce*, *Ps.* Et ne nos inducas in tentationem; *R.* Sed libera nos à malo.

*Lectioes leguntur sine Absolutione, sine Benedictionibus & sine Titulo.*

*Lectio* 1. *Job.* 7.

**P**arce mihi, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, & súbitò probas illum. Usquequò non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam salivam meam? Peccávi: quid faciā tibi, ó custos hóminum? Quare posuisti me contrárium tibi, & factus sum mihi metipsi gravis? Cur non tollis peccátum meum? & quare non auferis iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam; & si manē me quaesieris, non subsistam.

*In fine Lectionum nihil additur.*

*R.* Defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut crémium aruerunt: \* Dies mei sicut umbra declinaverunt.

*Ps.* Quæ est vita nostra? Vapor est ad módicum parens. \* *Dies.* *Pf.* 101. *Jac.* 4.

*Lectio* 2. *Job.* 10.

**T**ædet animam meā vitæ meæ: dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnare; indica mihi cur me ita júdices. Numquid bo-

nam tibi videtur, si calumniaris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adjuves? Numquid oculi carni tibi sunt? aut sicut videt homo, & tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora; ut queras iniquitatem meam, & peccatum meum scrutaris? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit ertere. Manus tuae fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu; & sic repente praecipitas me? Memento, quaeso, quod sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. Nonne sicut lac multasti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus vestivisti me; ossibus & nervis compegisti me. Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.

R. Peccavi valde; sed \* Precor, Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stultus regi nimis? *Ps.* Deus, propitius esto mihi peccatori. \* Precor. 2. Reg. 24. Luc. 18.

*Lectio iij. Job. 10.*

**Q**Uare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de utero transatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut planquam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non revertar, ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine,

terram miseriae & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

R. Ad Dominum aspiciam, expectabo Deum salvatorem meum; consurgam, cum sederero in tenebris: \* Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei. *Ps.* Flagellat Dominus omnem filium quem recipit: \* Iram. *Mich. 7. Hebr. 12.*

IN II. NOCTURNO.

*Ant. 4. E. In medio.*

*Psalmus 22.*

**D**ominus regit me, & nihil mihi deerit: \* in loco pascuae ibi me collocavit.

Super aquam refectio nis educavit me: \* animam meam convertit.

Deduxit me super semitas iustitiae, \* propter nomen suum.

Nam & si ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, \* quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus, \* ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, \* adversus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum; \* & calix meus inebrians quam praeclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me \* omnibus diebus vitae meae;

Et ut inhabitem in domo Domini, \* in longitudinem dierum.

*Ant.* In medio umbrae mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es, Domine.

*Ant. 8. G. Delicta.*

*Psalmus 24.*

**A**D te, Dómine, levávi  
ánimam meam; \* Deus  
meus, in te confido, non eru-  
bescam.

Neque irrideant me inimíci  
mei; \* etenim universi qui  
sústinent te, non confunden-  
tur.

Confundantur omnes iní-  
qua agentes \* supervácuè.

Vias tuas, Dómine, de-  
monstra mihi, \* & sémitas  
tuas édoce me.

Dirige me in veritate tua,  
& doce me; \* quia tu es Deus  
salvátor meus, & te sustinui  
totá die.

Reminiscere miseratiónum  
tuárum, Dómine, \* & mise-  
ricordiárum tuárum quæ à sé-  
culo sunt.

Delicta juventútis meæ \* &  
ignorántias meas ne memí-  
neris.

Secundùm misericórdiam  
tuam memento meí tu, \*  
propter bonitatem tuam, Dó-  
mine.

Dulcis & rectus Dóminus;  
\* propter hoc legem dabit de-  
linquentibus in via:

Diriget mansuétos in judi-  
cio, \* docebit mites vias suas.

Universæ viæ Dómini mi-  
sericórdia & véritas, \* requi-  
réntibus testaméntum ejus &  
testimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dó-  
mine, propitiaberis peccáto  
meo; \* multum est enim.

Quis est homo qui timet  
Dóminum? \* legem státuit ei  
in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demo-  
rábitur, \* & semen ejus hæ-  
reditábit terram.

Firmamentum est Dómi-  
nus timéntibus eum; \* &  
testamentum ipsius ut mani-  
festétur illis.

Oculi mei semper ad Dó-  
minum, \* quóniam ipse evel-  
let de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserére  
meí, \* quia únicus & pauper  
sum ego.

Tribulatiónes cordis mei  
multiplicatæ sunt, \* de ne-  
cessitatibus meis éruè me.

Vide humilitatem meam,  
& labórem meum, \* & di-  
mitte uníversa delicta mea.

Réspice inimícos meos quón-  
iam multiplicati sunt, \* &  
ódio iníquo odérunt me:

Custódi ánimam meam, &  
éruè me; \* non erubescam,  
quóniam sperávi in te.

Innocentes & recti adhæse-  
runt mihi, \* quia sustinui te.

Líbera, Deus, Israel, \* ex  
ómnibus tribulatióibus suis.

*Ant.* Delicta juventútis, &  
ignorántias ne memíneris,  
Dómine.

*Ant.* 7. b. Miserére meí.

*Psalmus 26.*

**D**ominus illuminatio mea;  
& salus mea; \* quem tí-  
mébo?

Dñus protector vitæ meæ;  
\* à quo trepidábo?

Dum apprópíant super me  
nocentes, \* ut edant carnes  
meas.

Qui tribulant me inimíci  
mei, \* ipsi infirmati sunt &  
cecidérunt.

Si consistant adversum me  
castra, \* non timébit cor  
meum.

Si exurgat adversum me præ-  
lium, \* in hoc ego sperábo.

Unam petii à Dómino ,  
hanc requiram , \* ut inhá-  
bitem in domo Dómini ómni-  
bus diébus vitæ meæ :

Ut videam voluptátem Dó-  
mini , \* & vísitem templum  
ejus ;

Quóniam abscondit me in  
tabernáculo suo : \* in die ma-  
lórum protexit me in abscon-  
dito tabernáculo sui.

In petra exaltávit me , \* &  
nunc exaltávit caput meum  
super inimicos meos.

Circuívi , & immolávi in  
tabernáculo ejus hóstiam vo-  
ciferationis : \* cantábo , &  
psalmum dicam Dómino.

Exaudi , Dómine , vocem  
meam quã clamávi ad te : \*  
miserére meí , & exaudi me.

Tibi dixit cor meum : Ex-  
quisívit te fácies mea : \* fá-  
ciem tuam , Dómine , requí-  
ram.

Ne avertas fácies tuam à  
me : \* ne declínes in ira à  
seruo tuo.

Adjutor meus esto ; ne de-  
relinquas me , \* neque despí-  
cias me , Deus salutáris meus ;

Quóniam pater meus &  
mater mea dereliquerunt me :  
\* Dóminus autem assumpsit  
me.

Legem pone mihi , Dómi-  
ne , in via tua ; \* & dirige  
me in sémitam rectam pro-  
pter inimicos meos.

Ne tradideris me in ánimas  
tribulántium me ; \* quóniam  
insurrexerunt in me testes iní-  
qui , & mentíta est iniquitas  
sibi.

Credo vidére bona Dómini  
\* in terra vivéntium.

Expecta Dóminum , virili-

ter age ; \* & confortétur cor  
tuum , & sústine Dóminum.

*Ant.* Miserére meí , & ex-  
audi me , Dómine ; ne aver-  
tas fácies tuam à me.

*Ps.* Unam petii à Dómino ,  
hanc requiram , *R.* Ut inhá-  
bitem in domo Dñi. *Pf.* 26.

*Lectio iv.* Job. 13.

**Q**uantas hábeo iniquitá-  
tes & peccáta , scélera  
mea & delicta ostende mihi.  
Cur fácies tuam abscondis ,  
& arbitráris me inimicum  
tuum ? Contra fólium quod  
vento rápitur , ostendis potén-  
tiam tuam , & stipulam ficcã  
perléqueris. Scribis enim con-  
tra me amaritúdines , & con-  
súmere me vis peccátis ado-  
lescéntiæ meæ. Posuisti in  
nervo pedem meum , & ob-  
servasti omnes sémitas meas ,  
& vestigia pedum meórum  
considerasti ; qui quasi putré-  
do consumendus sum , & quasi  
vestimentum quod coméditur  
à tinea.

*R.* Ecce ánimam meam  
porto in má nibus meis : \*  
Etiam si occiderit me , in ipso  
sperábo , & ipse erit Salvátor  
meus. *Ps.* Sive vivimus , sive  
mórimur , Dómini sumus :  
\* Etiam si. *Job.* 13. *Rom.* 14.

*Lectio v.* Job 14.

**H**omo natus de muliere ,  
brevis vivens témpore ,  
replétur multis misériis. Qui  
quasi flos egréditur & conté-  
ratur , & fugit velut umbra ,  
& nunquam in eódem statu  
pérmanet. Et dignum ducis  
super hujuscémodi aperire  
óculos tuos , & addúcere eum  
tecum in iudicium. Quis po-  
test fácere mundum de in-

mundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est; constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat sicut mercenarii dies ejus.

R. Hi qui cum pietate dormitionem acceperunt, optimam habent repositam gratiam. \* Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur. V. Si quis superedificat super fundamentum, & opus ejus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. \* Sancta ergo. 2. *Matthab. 12. 1. Cor. 3.*

*Lectio vij. Job 14.*

**Q**uis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranscat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursus vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis.

R. Domine omnipotens, Deus Israel, \* Audi nunc orationem mortuorum Israel: noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum; sed memento manus tue & nominis tui. V. Occisus es, Domine, & redemisti nos Deo in sanguine tuo; \* Audi nunc ora-

tionem. *Baruch. 3. Apoc. 3.*

IN III. NOCTURNO.

*Ant. 2. D. Amove.*

*Psalmus 38.*

**D**ixi: Custodiam vias meas, \* ut non delinquam in lingua mea.

Posui ori meo custodiam, \* cum consisteret peccator adversum me.

Obmutui & humiliatus sum, & silui a bonis; \* & dolor meus renovatus est.

Concaluit cor meum intra me, \* & in meditatione mea exardescet ignis.

Locutus sum in lingua mea: \* Notum fac mihi, Domine, finem meum.

Et numerum dierum meorum, quis est; \* ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos; \* & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Verumtamen universa vanitas, \* omnis homo vivens.

Verumtamen in imagine pertransit homo, \* sed & frustra conturbatur.

Thesaurizat, \* & ignorat cui congregabit ea.

Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? \* & substantia mea apud te est.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: \* opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti: \* amove a me plagas tuas.

A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus, \* propter iniquitatem corripuisti hominem;

Et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus: \* verumtamen

tamen vanè conturbátur omnis homo.

Exaudi orationem meam, Dómine, & deprecationem meam, \* áuribus percípe lácrymas meas.

Ne síleas, quóniam ádvena ego sum apud te, & peregrinus, \* sicut omnes patres mei.

Remitte mihi ut refrigerer, priusquam ábeam; \* & amplius non ero.

*Ant.* Amove à me plagas tuas, Dómine: áuribus percípe lácrymas meas.

*Ant.* 3. b. Numquid qui dormit.

*Psalmus 40.*

**B**eatús qui intélligit super egénúm & páuperem; \* in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus conservet eum, & vivíficet eum; & beátum faciát eum in terra, & \* non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum doloris ejus: \* universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Dómine, miserere meí; \* sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixerunt mala mihi: \* Quando moriétur, & períbit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut videret, vana loquebátur: \* cor ejus congregávit iniquitatem sibi.

Egrediebátur foràs, \* & loquebátur in idípsum.

Adversum me susurrábant omnes inimíci mei: \* adversum me cogitábant mala mihi.

*Br. Mir. Pars Æstiva.*

Verbum iníquum constituérunt adversum me: \* numquid qui dormit non adjíciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi, \* qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantationem

Tu autem, Dómine, miserere meí, & resúscita me; \* & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluisti me, \* quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepisti; \* & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel à século, & usque in séculum: \* fiat, fiat.

*Ant.* Numquid qui dormit, non adjíciet ut resurgat? Dómine, miserere meí, & resúscita me.

*Ant.* 8. G. Sitívit.

*Psalmus 41.*

**Q**uemádmódum desiderat cervus ad fontes aquárum, \* ita desiderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: \* quando véniam & apparebo ante faciém Dei?

Fuerunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, \* dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam meam; \* quóniam transibo in locum tabernáculi admíábilis, usque ad dómum Dei;

In voce exultationis & confessionis, \* sonus epulantis.

Quare tristis es, ánima mea: \* & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: \* salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad meipsum ánima mea conturbata est; \* propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermóniim à monte módico.

Abyssus abyssum invocat, \* in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui \* super me transierunt.

In die mandavit Dóminus misericórdiam suam, \* & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: \* dicam Deo: Susceptor meus es;

Quare oblitus es mei, \* & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, \* exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei;

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es, ánima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: \* salutare vultus mei, & Deus meus.

Réquiem æternam dona eis, Dñe, \* & lux perpétua luceat eis.

*Ant.* Sitívit ánima mea ad Deum fortē, vivum: quando véniam & apparebo ante faciem Dei!

ψ. Quare tristis es, ánima mea? & quare conturbas me?

Rz. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi. *Psf. 41.*

*Lectio vij. Job. 16. & 17.*

**B**Reves anni transeunt; & sémitam per quam non revertar, ámbulo. Spíritus meus attenuábitur, dies mei breviabuntur, & solum mihi supereest sepulchrum. Non peccávi, & in amaritudínibus moratur óculus meus. Libera me, Dñe, & pone me juxta te; & cujusvis manus pugnet contra me.

Rz. Scio quòd Redemptor meus vivit, & in novíssimo die de terra surrecturus sum, \* Et in carne mea videbo Deum meum. ψ. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortále hoc induere immortalitatem; \* Et in carne. *Job. 19. 1. Cor. 15.*

*Lectio viij. Job. 17.*

**D**Ies mei transierunt; cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rursùm post ténebras spero lucem. Si sustinero, infernus domus mea est; & in ténebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es; mater mea & soror mea vermicibus. Ubi est ergo nunc præstolatio mea? & patientiam meam quis considerat?

Rz. Qui dormiunt in terræ pulvere, \* Evigilabunt; álii in vitam æternam, & álii in opprobrium, ut videant semper. ψ. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: \* Evigilabunt. *Dan. 12. 1. Cor. 15.*

*Lectio ix. Job. 19.*

**P**elli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum; & derelicta sunt tantummodo

lábia circa dentes meos. Miserémini meí miserémini meí, saltém vos amici mei; quia manus Dómini tétigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribantur sermónes mei? Quis mihi det ut exarentur in libro stylo férreo & plumbi lámínâ, vel celte sculpantur in sílice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, & in novíllimo die de terra surrectúrus sum: & rursúm circumdabor pelle meâ, & in carne mea vidébo Deum meú; quem visúrus sum ego ipse, & óculi mei conspécturi sunt, & non álius. Repósita est hæc spes mea in sinu meo.

R. Libera me, Dómine, ab iis qui odérunt me: non absorbeat me profundum, neque úrgeat super me puteus os suum: Exaudi me, quóniam benigna est misericórdia tua: Intende animæ meæ, & libera eam. *Ps.* Dómine Deus, Rex seculórum, solus pius es: *Chorus.* Exaudi me, quóniam benigna est misericórdia tua: Intende animæ meæ, & libera eam. *Ps.* Miserére meí, Dómine fili David: Dómine, adjuva me: *Chorus.* Benigna est misericórdia tua: Intende animæ meæ, & libera eam. *Ps.* Propósuit te Deus propitiatióem per fidem propter remissióné delictórum: *Chorus.* Intende animæ meæ, & libera eam. *Repetitur* R. Libera. *usque ad Ps.* Dómine. *Pf.* 68. *Apoc.* 15. *Matth.* 15. *Rom.* 3.

[Quando Vigilia celebrantur

manè, pratermissis qua sequuntur, continuò inchoantur Laudes.]

*Ps.* Réquiem æternam dona eis, Dómine; R. Et lux perpétua luceat eis.

*Ps.* Requiescant in pace. R. Amen.

*Ps.* Dómine, exaudi oratióem meam; R. Et clamor meus ad te véniat. *Pf.* 101.

*Ps.* Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**A**bsolve, quæsumus, Dómine, animam \* famuli tui N. [Sacerdotis vel Pontificis] [vel famulæ tuæ N.] [vel animas \* famulórum tuórum N. & N. vel famulárum tuárum N. & N.] & animas ómnium fidélium defunctorum, ab omni vínculo delictórum; ut in resurrectionis glória inter sanctos & electos tuos resuscitáti respírent; Per eum qui ventúrus est iudicáre vivos & mórtuos, & séculum per ignem. R. Amen.

*Ps.* Requiescant in pace. R. Amen.

A D L A U D E S.

In *Psal.* Miserére. 135.

*Ant.* 7. G. Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

*Ant.* 8. G. Exaudi, Deus. *Psalms* 64.

**T**E decet hymnus, Deus, in Sion, \* & tibi reddetur votum in Jerúsalem.

Exaudi oratióem meam: \* ad te ómnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluerunt super nos; \* & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beátus quem elegisti, &

assumpti : \* inhabitabit in  
atriis tuis.

Replebimur in bonis do-  
mūs tuæ ; \* sanctum est tem-  
plum tuum , mirabile in æqui-  
tate.

Exaudi nos , Deus salutaris  
noster , \* spes omnium finium  
terræ , & in mari longè ;

Præparans montes in virtute  
tua , accinctus potentiâ : \* qui  
conturbas profundum maris ,  
sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes , & ti-  
mebunt qui habitant terminos  
à signis tuis : \* exitus matu-  
tini & vespere delectabis.

Visitasti terram , & inebria-  
sti eam : \* multiplicasti lo-  
cupletate eam.

Flumen Dei repletum est  
aquis ; parasti cibum illorum ,  
\* quoniam ita est præparatio  
ejus.

Rivos ejus inebria , multi-  
plica genimina ejus ; \* in stil-  
licidiis ejus latabitur germi-  
nans.

Benedices coronæ anni be-  
nignitatis tuæ ; \* & campi  
tui replebuntur ubertate.

Pinguetent speciosa deser-  
ti , \* & exultatione colles ac-  
cingentur.

Induti sunt arietes ovium ,  
& valles abundabunt frumen-  
to : \* clamabunt , etenim hym-  
num dicent.

*Ant.* Exaudi , Deus , ora-  
tionem meam : ad te omnis  
caro veniet.

*Ant.* 3. b. Propter.

*Psalmus 142.*

**D**omine , exaudi oratio-  
nem meam : auribus per-  
cipe obsecrationem meam in

veritate tua ; \* exaudi me in  
tua justitia.

Et non intres in iudicium  
cum servo tuo ; \* quia non  
justificabitur in conspectu tuo  
omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus  
animam meam : \* humili-  
liavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris  
sicut mortuos seculi ; & anxia-  
tus est super me spiritus meus :  
\* in me turbatum est cor  
meum.

Memor fui dierum antiquo-  
rum : meditatus sum in om-  
nibus operibus tuis ; \* in fa-  
ctis manuum tuarum medi-  
tabar.

Expandi manus meas ad  
te : \* anima mea sicut terra  
sine aqua tibi.

Velociter exaudi me , Dó-  
mine ; \* defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à  
me ; \* & similis ero descen-  
dentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè  
misericordiam tuam ; \* quia  
in te speravi.

Notam fac mihi viam in  
qua ambulem ; \* quia ad te  
levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis,  
Dómine ; ad te confugi : \* do-  
ce me facere voluntatem tuam ,  
quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet  
me in terram rectam : \* pro-  
pter nomen tuum , Dómine ,  
vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione ani-  
mam meam ; \* & in miseri-  
córdia tua disperdes inimicos  
meos.

Et perdes omnes qui tribu-  
lant animam meam ; \* quo-

niam ego servus tuus sum.

*Ant.* Propter nomen tuum, Dómine, vivificabis me.

*Ant.* 4. E. Misere.

*Canticum.* Baruch. 3.

**D**omine omnipotens, Deus Israel, \* ánima in angústiis, & spíritus ánius clamat ad te:

Audi, Dómine, & misere, quia Deus es misericors; \* & misere nostrí, quia peccávimus ante te.

Quia tu sedes in sempiternum, \* & nos peribimus in ævum?

Dómine omnipotens, Deus Israel, \* audi nunc orationem mortuorum Israel,

Et filiorum ipsorum qui peccáverunt ante te, & non audierunt vocem Dómini Dei sui, \* & agglutinata sunt nobis mala.

Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum; \* sed memento manús tuæ & nómínis tui in témpore isto:

Quia tu es Dóminus Deus noster; \* & laudávimus te, Dómine.

*Ant.* Misere, quia Deus es misericors.

*Ant.* 7. b. Omnis spíritus.

*Psalms* 150.

**L**audate Dóminum in Sanctis ejus: \* laudate eum in firmamento virtútis ejus.

Laudate eum in virtútibus ejus: \* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: \* laudate eum in psalterio & cítara.

Laudate eum in tympano

& choro: \* laudate eum in chordis & órgano.

Laudate eum in cymbalis benefonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis: \* omnis spíritus laudet Dóminum.

*Ant.* Omnis spíritus laudet Dóminum.

*Ad Benedictus.* *Ant.* 1. a. Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet; & omnis qui vivit & credit in me, non morietur in æternum. *Joan.* II.

*Pater. & cetera ut supra in Vesperis, cliij. excepto quòd loco Psalmi Lauda. dicitur Ps.*

*De profundis. cxxxvj.*

COMMENDATIONES

*Pro pluribus dicuntur in plurali.*

**Rz.** **D**omine omnipotens, Deus Israel, \* Audi nunc orationem mortuorum Israel. Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed memento manús tuæ & nómínis tui. *ψ.* Occisus es, Dómine, & redemisti nos Deo in sánguine tuo: \* Audi nunc. *Baruch.* 3. *Apoc.* 5.

*Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Secre- rò, Pater. Clará voce.* Et ne nos indúcas, &c.

**T**ibi, Dómine, commendamus ánimam \* famuli tui N. ut defunctus [ *vel famulæ tuæ N. ut defuncta* ] século, tibi vivat: & quæ per fragilitatem mundanæ conversationis peccata commisit, tu véniâ misericordissimæ pietatis absterge; Per Christum Dóminum nostrum.

*Rz.* Amen.

Orémus.

**M**isericórdiam tuam, Dómine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, pietatis affectu rogare pro aliis cogimur, qui pro nostris rogare peccatis nequáquam sufficimus, tamen de tua confisi gratuita pietate & inolita benignitate, clementiam tuam depóscimus, ut animam \* famuli tui [ *vel famulæ tuæ* ] ad te revertentem cum pietate suscipias: adsit ei Angelus testamenti tui Michael, & per manus sanctorum Angelorum tuorum inter sanctos & electos tuos in sinibus Abraham, Isaac & Jacob Patriarcharum tuorum eam collocare digneris: quatenus liberata de principibus tenebrarum & de locis pœnarum, nullis jam primævæ nativitatis, vel ignorantia, aut propriæ iniquitatis seu fragilitatis confundatur erroribus; sed agnoscatúr a Sanctis tuis & beatitudinis requie perfruatur: atque cum magni iudicii dies advenerit, inter sanctos & electos tuos \* resuscitatus [ *vel resuscitata* ] gloriã manifestæ contemplationis tuæ perpétuo satiétur; Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

*In Psal. In exitu. 25. in cuius fine dicitur, Réquiem. Ant. 7. c. Qui timent Dóminum, speraverunt in Dómino; adiutor eorum & protector eorum est. Ps. 113.*

Orémus.

**O**mnipotens, sempiternus Deus, qui humano corpori animam ad similitudinem tuam inspirare dignatus

es: dum, te iubente, pulvis in pulverem révertitur; tu imaginem tuam cum sanctis & electis tuis æternis sédibus præcipias sociari; eamque ad te revertentem de Ægypti partibus blandè leniterque suscipias, & Angelos tuos sanctos ei obviam mittas; viamque illi iustitiæ demonstra, & portas gloriæ tuæ aperi. Repelle, quæsumus, Dómine, ab ea omnes principes tenebrarum, & agnosce depósitum fidèle quod tuum est. Súscipe, Dómine, creaturam tuam, non à diis aliénis creatam, sed à te solo Deo vivo & vero; quia non est aliud Deus præter te, Dómine, & non est secundum ópera tua. Lætifica, clementissime Pater, animam ejus, & clarifica eam in multitudine misericordiæ tuæ. Ne memineris, quæsumus, iniquitatum ejus antiquarum quas suscitavit furor mali desiderii: licet enim peccaverit, tamen te non negavit; sed signo fidei insignita, te qui ómnia, & eam inter ómnia fecisti, fideliter adoravit; Qui vivis & regnas Deus. R. Amen.

*In Psalm. Dilexi. 45. Credidi. 97. Laudate Dóminum, omnes gentes. 126. Confitemini. 13. c. Beati immaculati. 14. integrè. Ant. sola. 8. c. Circumdedérunt me dolores mortis, & pericula inferni invenérunt me. O Dómine, libera animam meã. Ps. 114.*

Orémus.

**D**iri vulneris novitate percussi, & quodammodo cordibus sauciati, misericórdiam tuam, mundi Redem-

ptor, febilibus vóçibus imploramus; ut \* cari nostri N. [ *vel* caræ nostræ N. ] animá ad tuam cleméntiam, qui fons pietátis es, revertentem blandè leniterque suscipias; & quas ex carnáli commoratióne contraxit máculas, tu Deus, inolítâ bonitáte clementer déleas. *Chorus*, Amen: Piè indulgeas, *Chor.* Amen: Oblivióni in perpétuum tradas, *Chorus*, Amen: Atque hanc laudem tibi cum céteris redditúram, & ad corpus próprium quandóquè reversúrâ, Sanctorum tuorum cœtibus aggregári præcipias; Qui cum Deo Patre & Spíritu sancto vivis & regnas Deus, per ómnia sécula seculórum.

R. Amen.

Pater, &c. *Ps.* Et ne nos inducas, &c. R. Sed libera nos à malo.

*Ps.* Réquiem æternam dona eis, Dómine; R. Et lux perpétua luceat ei.

*Ps.* Anima ejus in bonis demorétur, R. Et semen ejus hæreditet terram. *Pf.* 24.

*Ps.* Non intres in iudicium cum \* servo tuo, [ *vel* ancilla tua, ] Dómine; R. Quia non justificábitur in conspectu tuo omnis vivens. *Pf.* 142.

*Ps.* A porta ínferi R. Erue, Dñe, ánimam ejus. *Pf.* 88.

*Ps.* Dómine, exaudi oratióne meam; R. Et clamor meus ad te véniat. *Pf.* 101.

*Ps.* Dóminus vobiscum, R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**P**Artem beátæ resurrectiõnis obtíneat, quæsumus, Dómine, ánima \* famuli tui [ *vel* famulæ tuæ ] N. vitamque æternam habere mereatur in cœlis, per te, Jesu Christe, Salvátor mundi.

**D**Eus, cui soli cõpetit medicinam præstare post mortem: præsta, quæsumus, ut ánima \* famuli tui [ *vel* famulæ tuæ ] N. terrénis exúta contágiis, in tuæ redemptiõnis parte numeretur; Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

*Ps.* Requiescat in pace.

R. Amen.

## BENEDICTIO MENSÆ.

### ANTE PRANDIUM.

**B**enedicite. R. Dóminus. Oculi ómnium in te sperant, Dómine; & tu das illis escam in témpore opportúno: áperis tu manum tuam, & imple omne ánimal benedictiõ-

ne. *Pf.* 144.

Glória Patri, & Fílio, & Spíritui sancto; Sicut erat in

princípio, &c. Kyrie, eléíson. Christe, eléíson. Kyrie, eléíson.

*Secretò*, Pater. *usque ad* *Ps.* Et ne nos inducas in tentatióne; R. Sed libera nos à malo.

Orémus.

**B**enedic, Dómine, dona † tua, quæ de tua largitate sumus sumpturi; Per

Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

*Si fiat Lectio, Lector dicit:*  
Jube, domne, benedicere.

*Bened. Mensæ cœlestis participes faciat nos Rex æternæ glóriæ.*

R. Amen.

*In fine Lectionis, dicitur:*  
Tu autem, Dómine, miserere nostrî. R. Deo grátias.

GRATIARUM ACTIO  
*post Prandium.*

**C**onfiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; & Sancti tui benedicant tibi. *Pf. 144. Glória Patri, &c.*

*Qui benedixit mensam, dicit:*

**A**gimus tibi grátias, ómnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis; Qui vivis & regnas in sécula seculórum. R. Amen.

*Deinde procedendo ad Ecclesiam, dicitur Psal. Miserere. 135. Si verò non procedatur, dicitur Psal. Laudate Dóminum, omnes gentes. 126. Qui Psalmus semper dicitur, quando absolvitur Gratiarum actio in loco refectiois.*

*In fine Psalmi dicitur, Glória Patri. deinde Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.*

*Pater. secretò usque ad V. Et ne nos inducas in tentationem: R. Sed libera nos à malo.*

*V. Dispersit, dedit pauperibus; R. Justitia ejus manet in séculum séculi. Pf. 111.*

*V. Benedicam Dóminum in omni témpore; R. Semper laus ejus in ore meo. Pf. 33.*

*V. In Dómino laudabitur*

ánima mea: R. Audiant manufuéri, & latentur. *Pf. 33.*

*V. Magnificáte Dóminum mecum; R. Et exaltémus nomen ejus in idipsum. Pf. 33.*

*V. Sit nomen Dómini benedictum; R. Ex hoc nunc, & usque in séculum. Pf. 112.*

**R**etribuere dignare, Dómine, ómnibus nobis boua faciéntibus, propter nomen sanctum tuum, vitam æternam. R. Amen.

*V. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.*

*Secretò, Et fidélium animæ per misericórdiã Dei requiescant in pace. R. Amen.*

BENEDICTIO MENSÆ

ANTE CENAM.

**B**enedicite. R. Dóminus.

**B**edent pauperes, & saturabuntur; & laudábunt Dóminum, qui requirunt eum: vivent corda eórum in século séculi. *Pf. 21. Glória Patri. Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Secretò, Pater. Clará voce. Et ne nos, &c.*

Orémus.

**B**enedic, Dómine, dona tua, quæ de tua largitate sumus sumpturi; Per.

*Ad Lect. Bened. Ad cœnam perpétuæ vitæ perdúcat nos Rex æternæ glóriæ. R. Amen.*

GRATIARUM ACTIO  
*post Cœnam.*

**M**emóriam fecit mirabiliū suórum misericors & miserátor Dóminus: escam dedit tíméntibus se. *Pf. 110.*

*Glória Patri, & Filio, & Spirítui Sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sécula seculórum. Amen.*

Qui benedixit mensam, dicit :

**B**enedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis; Qui vivit & regnat in secula seculorum.

*Psalmi & reliqua ut supra.*

[IN JEJUNIIS, ad refectio-  
nem fit Benedictio Mensæ &  
Gratiarum actio, ut notatum  
est pro Cæna.]

## ITINERARIUM.

*Viator, in ipso itineris ingressu, si solus fuerit, dicat quæ sequuntur, in singulari: si cum sociis in plurali, ut sequitur.*

*In Cantic. Benedictus. 12. Ant. 5. C. In viam pacis & prosperitatis dirigat nos omnipotens & misericors Dominus: & Angelus Raphaël comitetur nobiscum in via, ut cum pace, salute & gaudio revertamur ad propria.*

### PRECES.

**K**yrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *Secreò Pater. usque ad. V. Et ne nos inducas in tentationem; R. Sed libera nos à malo.*

*V. Salvos fac servos tuos, R. Deus meus sperantes in te. Ps. 85.*

*V. Mitte nobis, Dómine, auxilium de sancto; R. Et de Sion tuere nos. Ps. 19.*

*V. Esto nobis, Dómine, turris fortitudinis, R. A facie inimici. Ps. 60.*

*V. Nihil proficiat inimicus in nobis, R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. Ps. 88.*

*V. Benedictus Dóminus die quotidie: R. Prósperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum. Ps. 67.*

*V. Vias tuas, Dómine demonstra nobis, R. Et sémitas tuas edoce me. Ps. 24.*

*V. Utinam dirigantur viæ nostræ R. Ad custodiendas iustificaciones tuas! Ps. 118.*

*V. Erunt prava in directa, R. Et áspera in vias planas. Is. 40.*

*V. Angelis suis Deus mandavit de te, R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis. Ps. 90.*

*V. Dómine, exaudi, &c.*

### Orémus.

**D**eus, qui filios Israel per maris médium sicco vestigio ire fecisti, quique Magis iter ad te, stellâ duce, pandisti: tribue nobis, quæsumus, iter Prósperum tempusque tranquillum; ut, Angelo sancto tuo cómite, ad eum quò pèrgimus locum, ac demum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus.

**D**eus, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldæorum eductum, per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti; quæsumus, ut nos famulos tuos custodire digneris: esto nobis, Domine, in procinctu suffragium, in via solatium, in æstu umbraculum, in pluvia & frígore tegumentum, in lassitudine

vehiculum, in adversitate præsidium, in lubrico báculo, in naufragio portus; ut, te duce, quò tendimus, prospere perveniámus; & demum incólum ad própria redeámus.

**A** Desto, quæsumus, Dómine, supplicatióibus nostris: & viam famulórum tuórum in salutis tuæ prosperitate dispóne; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietates,

tuo sèper protegámur auxilio.

**P** Ræsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut familia tua per viam salutis incédât; & beati Joannis præcursóris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

R. Amen.

ÿ. Procedámus cum pace in nómine Dómini. R. Amen.

## PRÆPARATIO AD MISSAM, AD LIBITUM SACERDOTIS.

*Psalmi*, Quàm dilecta. 94. Benedixisti 53. Inclína, Dómine. *cum sua divis.* 136. Crédidi. 97. De profundis clamávi. 81.

*Ant.* Dómine, memor esto meí; & ne vindictam sumas de peccáris meis, neque remiscáris delicta mea. *Tob.* 3.

### P R E C E S.

**K** Yrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster, &c.

ÿ. Et ne nos indúcas in tentatióem; R. Sed libera nos à malo.

ÿ. Ego dixi: Dómine, miserere meí: R. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Pf.* 40.

ÿ. Convértere, Dómine; úsquequò? R. Et deprecábilis esto super servos tuos. *Pf.* 89.

ÿ. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, R. Quem ádmodum sperávimus in te. *Pf.* 32.

ÿ. Sacerdótes tui induantur justitiam, R. Et sancti tui exultent. *Pf.* 131.

ÿ. Ab occultis meis munda me, Dómine; R. Et ab aliénis parce servo tuo. *Pf.* 18.

ÿ. Dómine, exaudi oratióem meam; R. Et clamor meus ad te véniat. *Pf.* 101.

Orémus.

**A** Ures tuæ pietátis, mitíssime Deus, inclína précibus nostris, & grátiâ sancti Spíritus illúmina cor nostrum; ut tuis mystériis dignè ministráre, tèque æternâ caritate diligere mereámur.

**D** EUS, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum: purifica per infusióem sancti Spíritus cogitatióes cordis nostri, ut te perfectè diligere, & dignè laudáre mereámur.

**U** Re igne sancti Spíritus. Urenes nostros & cor nostrum, Dómine; ut tibi casto

córpore serviámus, & mundo corde placeámus.

**M**entes nostras, quæsumus, Dómine, Paracletus qui à te procedit illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promissit Filius, veritatem.

**A**dsit nobis, quæsumus, Dómine, virtus Spíritus sancti; quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis.

**D**eus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spíritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

**C**onsciéntias nostras, quæsumus, Dómine, visitando purifica; ut veniens Dóminus noster Jesus Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis invéniat mansiónem; Qui tecum vivit & regnat.

## GRATIARUM ACTIO

### POST MISSAM.

*Psalmi*, Dóminus regit me. 94. Benedicam Dóminum. *cum sua divisione*, 95. Benedic, ánima mea, Dómino, & ómnia. *cum sua divis.* 78.

*Ant.* O quam suavis est, Dómine, Spíritus tuus! qui ut dulcedinem tuam in filios demonstráres, pane suavissimo de cælo præstito, esurientes replebis bonis, dívites dimittens inanes. *Sap.* 11. & 16 *Luc.* 1.

#### P R E C E S.

**K**yrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster, &c.

Ÿ. Et ne nos indicas, &c.

Ÿ. Memóriam fecit mirabilium suórum misericors & miserátor Dóminus: *R.* Es-cam dedit timéntibus se. *Pf.* 110.

Ÿ. Quid est homo, quòd memor es ejus? *R.* Aut filius hóminis, quóniã visitas cum? *Pf.* 8.

Ÿ. Sicut ádipe & pinguédine repleatur ánima mea; *R.* Et lábiis exultatiónis laudábit os meum. *Pf.* 62.

Ÿ. Non nobis, Dómine, non nobis; *R.* Sed nómini tuo da glóriam. *Pf.* 113.

Ÿ. Nunc dimittis servum tuum, Dómine, secundum verbum tuum, in pace; *R.* Quia vidérunt óculi mei salutare tuum. *Luc.* 2.

Ÿ. Dómine, exaudi orationem meam; *R.* Et clamor meus ad te veniat. *Pf.* 101.

#### Orémus.

**V**istra, quæsumus, Dómine, famíliam tuam: & corda sacris dicata mystériis pervígili tuere pietate; ut remédia salutis æternæ, quæ te miserante percipiunt, te protegente custódiant.

**Q**uæsumus, Dómine Deus noster, ut quos diviná tribuis participatióne gaudere,

humánis non sinas subjacere periculis.

**C**ognoscimus, Dómine, tuæ circa nos cleméntiæ largitatem : & ideò fiduciálius implorámus , ut quos páscere non desinis imméritos , & dignè tibi servíre perficias, & donis uberióribus perfequáris.

**M**ajestátem tuam , Dómine , suppliciter exorámus , ne perire patiáris quibus tanta remédia providisti ; sed cum divíni frequentatióne mystérii crescat nostræ salutis effectus.

**A**ctiões nostras , quæsumus , Dómine , aspirando præveni , & adjuvando

prosequere ; ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat , & per te cœpta finiatur.

**A**djuvet nos grátia tua , omnipotens Deus ; ut qui officium Sacerdotále suscepimus , dignè ac devotè tibi in omni puritate & consciéntia bona famulári valeámus : & si non póssumus in tanta innocéntia vitæ conversári ut debémus , concède nobis tamen dignè flere mala quæ gessimus , & in spíritu humilitátis , ac bonæ voluntátis proposito tibi fervéntius de cetero deservíre ; Per Christum Dñum nostrum. *ꝛ.* Amen.



# CANONES

PER HEBDOMADAM LEGENDI  
 AD PRIMAM,  
 IN OFFICIO CAPITULI.  
 PARS ÆSTIVA.

---

*De Sanctissima Trinitate, Baptismo & Confirmatione.*

DOMINICA PRIMA.

*post Pentecosten.*

IN FES TO

SS. TRINITATIS.

Ex Concilio Constantinopolitano secundo Œcumenico.

*Ann. 553. Collat. 8. Can. 1.*

**S**I quis non confitetur Patris, & Filii, & Spiritus sancti, unam naturam, sive substantiam, & unam virtutem & potestatem, Trinitatem Consubstantialem, unam Deitatem in tribus subsistentiis sive personis adorandam, talis anathema sit.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Senonensi.

*Ann. 1528. Decret. 10. de Sacram. Confr.*

**I**mpositionis manuum nunc Confirmationis appellatum est Sacramentum. Baptismo siquidem regeneramur ad vitam; post Baptismum hoc sacramento roboramur; cujus conferendi potestas Episcopis à Christo concessa, donum

Dei est: quod asseruit Petrus pecuniâ possideri non posse.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Tolosano.

*Ann. 1590. Part. 2. Cap. 3.*

**T**anti Sacramenti (Confirmationis) dotes, vim, dignitatem, imo etiam non aspernendam necessitatem, quam frequentissimè, sed eopotissimum tempore, quo illius administrationem Episcopus indixerit, per Conciones populo Parochi commendabunt.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Tolosano.

*Anno. 1590. Cap. 3.*

**Q**uos in sua Parochia, diligenti habita solitudine hoc Sacramento (Confirmationis) carere cognoverit Parochus, eos quam primum sese obtulerit occasio, ad illud debite suscipiendum, adultos etiam, & peccata confiteri, & Symbolum profiteri, & jejunos accedere hortetur.

## De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

## FERIA QUINTA.

## IN FESTO

## CORPORIS CHRISTI.

Ex Concilio Tridentino.

*Anno 1551. Sess. 13. de Eucharist. Can. 6.*

**S**I quis dixerit in sancto Eucharistiæ Sacramento Christum Unigenitum Dei Filium non esse cultu latriæ etiam externo adorandum; atque ideo nec festivâ peculiari celebritate venerandum, neque in Processionibus, secundum laudabilem & universalem Ecclesiæ sanctæ ritum & consuetudinem, sollemniter circumgestandum, vel non publicè, ut adoretur, pòpulo proponendum; & ejus adoratores esse idololâtras, anathema sit.

## FERIA SEXTA.

Ex Concilio Tridentino.

*Sess. 13. de Euchar. Can. 2.*

**S**I quis negaverit in sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento contineri verè, & realiter, & substantialiter Corpus & Sanguinem unâ cum Anima & Divinitate Dòmini nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum, sed dixerit tantummodò esse in eo, ut in signo, vel figura, aut virtute, anathema sit.

## SABBATO

Ex Concilio Tridentino.

*Sess. 13. de Euchar. Can. 2.*

**S**I quis dixerit in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis & vini, unâ cum Còr-

pore & Sanguine Dòmini nostri Jesu Christi; negaveritque mirabilem illam & singularem conversionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in Sanguinem, manentibus dumtaxat specièbus panis & vini, quam quidem conversionem cathòlica Ecclesià aptissimè Transubstantiationem appellat: anathema sit.

## DOMINICA II.

*post Pentecosten.*

Ex Concilio Tridentino.

*Sess. 13. de Euchar. Can. 3.*

**S**I quis negaverit in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub unâquaque speciè, & sub singulis cujusque specièi partibus, separatione factâ, totum Christum contineri anathema sit.

## FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Tolosano.

*An. 1590. Part. 2. C. 5.*

**F**requentissimam pòpulo communionem, debitamque in eâ sumendâ reverentiam, Pàrochi, Concionatores, & Confessarii crebris hortationibus suadèbunt.

## FERIA TERTIA.

Ex Concilio Tridentino.

*Sess. 13. de Euchar. Can. 7.*

**S**I quis dixerit non licere sacram Eucharistiam in Sacràrio reservari, sed statim post consecrationem altantibus necessàriò distribuendam, aut non licere, ut illa ad infirmos honorificè deferatur: anathema sit.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 21. Can. 2.

**S**I quis dixerit sanctam Ecclesiam Catholicam, non iustis causis & rationibus adductam fuisse, ut Laicos, atque etiam Clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse: anathema sit.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 22. Can. 2.

**S**I quis dixerit illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem; Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi aliique Sacerdotes offerrent Corpus & Sanguinem suum: anathema sit.

*De Sacrificio Missæ ritè celebrando & audiendo.*

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 22. Can. 1.

**S**I quis dixerit in Missa non offerri Deo verum & proprium sacrificium: aut quod offerri non sit aliud quam nobis Christum ad manducandum dari: anathema sit.

S A B B A T O.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 21. Can. 3.

**S**I quis dixerit Missæ sacrificium tantum esse laudis & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiatorium: vel soli prodesse sumentibus; neque pro vivis & defunctis, pro peccatis, poenis, satisfactionibus, aliisque necessitatibus offerri debere: anathema sit.

DOMINICA III.

post Pentecosten.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 22. de obs. in cel. Miss.

**Q**uanta cura adhibenda sit, ut sacro-sanctum Missæ sacrificium omni reli-

gionis cultu ac veneratione celebretur, quivis facile existimare poterit, qui cogitavit maledictum in sacris litteris eum vocari, qui facit opus Dei negligenter.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 22. de obs. in cel. Miss.

**O**Mnis opera & diligentia in eo ponenda est, ut quantà maximà fieri potest interiorè cordis munditià & puritate, atque exteriori devotionis ac pietatis specie peragatur sacro-sanctum Missæ sacrificium.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Toletano primo.

Anno 400. Cap. 5.

**P**resbyter, vel Diaconus vel Subdiaconus, vel quilibet Ecclesiæ deputatus Clericus, si intra civitatem fuerit, vel in loco in quo Ecclesia est, aut in castello, aut vico, aut villa, & ad Ecclesiam ad sacrificium quotidianum non accesserit, Clericus non habeatur.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Londoniensi.

*An. 1200. C. 1.*

**A** Quolibet Sacerdote celebrante verba Canonis rotundè dicantur & distinctè, nec ex festinatione retracta, nec ex diurnitate nimis protracta.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Lateranensi quarto.

*An. 1215. Cap. 17.*

**S**unt qui Missarum celebrant solèmnia vix quater in anno; &, quod detèrius est interesse contemnunt: & si quando dum hæc celebrantur interfunt, Chori silèntium fugientes, intendunt extèrius colloquutionibus Laicorum: dumque auditum ad indèbitos sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad divina. Hæc igitur & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus.

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Mediolanensi primo.

*An. 1565. Part. 2. Tit. 5.*

**M**issæ nec ante auroram, nec post meridiem, nisi ex causa jure permessa celebrantur.

SABBATO.

Ex Concilio Tolosano.

*An. 1590. Part. 2. C. 6.*

**Q**ui aperto detèrioris vitii crimine aspersus populo in suspiciõnè venerit, huic Missam celebrare prius non concedatur, quàm justâ aliquâ satisfactiõne infamiae notam eluerit.

DOMINICA IV.

*post Pentecosten.*

Ex Concilio Constantinopolitano quini-sexto.

**O**porret eos qui præfunt Ecclesiis, in omnibus quidem diebus, sed præcipuè Dominicis omnem clerum & populum docere pietatis & rectæ Religionis eloquia, ex divina Scriptura colligentes intelligentias & iudicia veritatis.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Mediolanensi sexto.

*An. 1582. num. 15. Tit. quæ ad Miss. pertinent.*

**C**lericus qui in Missæ sacrificio ministrat, dum eam functionem obit, ne preces horarias, neve aliud quidquam de libro aliõve officio recitet; sed toto intimæ pietatis studio ad ministerium attentus sit, quod tunc piè religiosèque exequi debet.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Tridentino.

*Sess. 22. de observandis & evitandis in celebr. Miss.*

**S**inguli in suis Diocesisibus non patiantur... sanctum sacrificium... peragi... nisi prius qui intersint, decenter composito corporis habitu declaraverint, se mente etiam ac devoto cordis affectu, non solum corpore adesse.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Aurelianensi primo.

*An. 511. Can. 26.*

**C**um ad celebrandas Missas in Dei nomine convenitur, populus non antè discedat quàm Missæ solèmnitas compleatur.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Tolosano.  
Anno 1590. cap. 6.

**I**ndecorum videtur profana  
Sacris immiscere; nihil  
igitur quod seculare sit in

*De Sacramento Extremae-Uncionis.*

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Tridentino.  
Sess. 14. de Extrem. Unct.  
cap. 1.

**I**nstituta est sacra hæc unctio infirmorum tanquam verè & propriè Sacramentum novi Testamenti, à Christo Domino nostro; apud Marcum quidem insinuatam, per Jacobum autem Apostolum ac Domini fratrem, fidelibus commendatam ac promulgatam.

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Tridentino.  
Sess. 14. can. 2. de Sacrat.  
Ext. Unct.

**S**i quis dixerit, sacram infirmorum unctiõnem non conferre gratiam, nec remitte-

*De sanctificatione diei Dominicæ & dierum Fest.*

DOMINICA V.  
post Pentecosten.

Ex Concilio Narbonensi.  
Anno 1609. cap. 9.

**D**oceant primò Párochi, ceterique Dei Præcõnes, quo studio dièbus festis Dei cultu dedicatis, divinis

*De Episcoporum electione, consecratione & muniis ab ipsis obeundis.*

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Narbonensi.  
Anno 1609. cap. 26.

**C**onstituit Deus Apostolos quibus succedunt Episcopi qui quasi in altissima Eccle-  
Br. Mir. Pars Æstiva.

Pronis dum Missarum sacra peraguntur, publicetur, indiceturque.

Tu autem, Dómine, miserere nostrî.

R. Deo grátias.

tere peccata, nec alleviare infirmos; sed jam cessasse quasi olim tantum fuerit gratia curationum; anathema sit.

S A B B A T O.

Ex Concilio Tolosano.  
Anno 1590. Part. 2. cap. 9.

**Æ**gròtos Párochi, quantâ máximâ fieri poterit caritate, visitabunt, consolabuntur, instruent, ultra sese etiam non vocati iis offerent, dabuntque sedulo operam ne in id tempus sacram extremamque Unctiõnem differant, quo tam profuturi Sacramenti commoda, quod frequenter nimium accidit, satis agnoscere non possint.

Tu autem, Dómine, miserere nostrî.

Officiis, Concionibus audiendis, doctrinæ Christianæ, aliisque id genus piis operibus vacandum sit: in quibus quisque integram Missam sub peccati mortalis pœna, nisi justâ præpeditus causâ, audire debet.

siæ constituti acie, invigilare debent super gregem, & in custodiâ Sanctuarii excubare.

Tu autem, Dómine, miserere nostrî.

R. Deo grátias.

## FERIA TERTIA.

Ex Concilio Tridentino.

*Sess. 24. de reform. cap. 1.*

**S**tatuit sancta Synodus ut cum primum Ecclesia vacaverit, supplicationes ac preces publice privatimque habeantur, atque à Capitulo per civitatem & diocesim indicantur, quibus Clerus populusque bonum à Deo Pastorem valeat impetrare.

## FERIA QUARTA.

Ex Concilio Nicæno primo.

*Anno 325. can. 4.*

**E**piscopum oportet ab omnibus Episcopis, si fieri potest, qui sunt in Provincia ejus ordinari. Si verò hoc difficile fuerit .... certè tres Episcopi debent in unum esse congregati, ita ut etiam ceterorum, qui absentes sunt, consensum litteris teneant, & ita faciant ordinationem.

## FERIA QUINTA.

Ex Concilio Tridentino.

*Sess. 5. cap. 2. de refor.*

**Q**uia Christianæ reipublicæ non minus necessaria est prædicatio Evangelii, quàm lectio, & hoc est præcipuum Episcoporum munus; statuit & decrevit sancta Synodus, omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates & omnes alios Ecclesiarum Prælatos, teneri per se ipsos, si legitime impediti non fuerint, ad prædicandum sanctum Jesu-Christi Evangelium.

## FERIA SEXTA.

Ex Concilio Tridentino.

*Sess. 25. cap. 1. de reform.*

**A**dmonet sancta Synodus Episcopos omnes, ... ut factis ipsis, ac vitæ actioni-

bus (quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus,) se muneri suo conformes ostendant. In primis verò ita mores suos omnes componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo, sanctæ humilitatis exempla petere possint.

## S A B B A T O.

Ex Concilio Tolosano.

*Anno 1190. Part. 1. cap. 1.*

**I**n id Episcopi, quàm maxime poterunt diligentiam, incumbant, ut creditos sibi populos conservent, errantes in viam reducant, perditos requirere & recuperare possint.

## DOMINICA VI.

*post Pentecosten.*

Ex Concilio Narbonensi.

*Anno 1551. Can. 55.*

**C**oncilio placuit Parochos, Pastoresque omnes, vel qui eorum munus obeunt, suis in Parochiis, singulis diebus Dominicis apud populum concionari, & sacro-sanctum, populi ipsius captui se accommodando, Evangelium interpretari.

Tu autem, Domine.

## FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Tridentino.

*Sess. 22. cap. 1. de reform.*

**S**i qua ex his (quæ a sacris Canonibus sancita sunt de Clericorum vita) in desuetudinem abiisse compèrerint Episcopi; ea quam primum in usum revocari, & ab omnibus accuratè custodiri studeant; non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglecta emen-

dationis ipsi condignas Deo vindice, pœnas persolvant.

**F E R I A T E R T I A .**

Ex Concilio Vaurenfi.

Anno 1368. cap. 6.

**S**acro approbante Concilio statuimus, ac in virtute sanctæ obediëntiæ suffraganeis nostris præcipimus ut singulis annis per se, vel per idoneos viros, si ex causa necessaria fuerint impediti, Synodalia Concilia habeant celebrare.

**F E R I A Q U A R T A .**

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 24. cap. 3. de reform.

**V**isitatorum præcipuus sit scopus, sanam orthodoxamque doctrinam, expulsi heresibus, inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, populum cohortationibus & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere.

**F E R I A Q U I N T A .**

Ex Concilio Aquisgranensi.

Anno 816. lib. 2. cap. 138.

**O**portet Ecclesiæ Prælatos, ut de congregatione sibi commissa tales eligant boni testimonii fratres, in quibus onera regiminis possint partiri... qui... sicut alios præcedunt magistratio, ita nimirum innocentis vitæ informant exemplo.

Tu autem, Domine.

*De vita, moribus & officiis Canonicorum.*

**F E R I A S E C U N D A .**

Ex Concilio Aquisgranensi.

Anno 816. lib. 1. cap. 115.

**Q**uia evidenti autoritate liquet canonicam institutionem ceteris præstare institu-

**F E R I A S E X T A .**

Ex Concilio Rhemenfi.

Anno 1583. de Episc. n. 16.

cap. 17.

**E**piscope, viros doctrinâ & vitâ insignes substituunt, qui vicariam illis præsent operam... probos etiam atque doctos habeant officarios, maxime Officiales & Promotores.

**S A B B A T O .**

Ex Concilio Viennensi

Æcuménico.

Anno 1312. cap. Clement. lib.

5. tit. 7. cap. 2.

**A**rchiepiscopo per quævis loca exempta suæ Provinciae facienti transitum, aut ad ea forsitan declinanti, ut crucem ante se liberè portari faciat, benedicat populo, divina officia... etiam in Pontificalibus celebret: præsentis Constitutionis serie duximus concedendum.

**D O M I N I C A V I I .**

post Pentecosten.

Ex Concilio Narbonensi.

Anno 1551. can. 36.

**U**nusquisque ad Missam Parochialem veniat diebus præsertim Dominicis & domesticos omnes secum ducat: neque exeant, ut sit, aut concione habitâ, aut elevato corpore Christi, sed expectent quousque Sacerdos auditoribus benedixerit.

tionibus; debent, necesse est, qui hujus professionis censentur nomine, procurare qualiter in semetipsis eandem institutionem vitâ & moribus exor-

## FERIA TERTIA.

Ex Concilio Burdigalensi.

*Anno 1684. tit. de canonic. cap. 9.*

**D** Ecet Cathedrales Ecclesias, eas personas, ita probitate & scientia commendatas ad canonicatus eligere, & assumere; ut ex iis corpus Capituli coalescens, Senatibus Episcoporum, unde consilium accersant, merito dici possit.

## FERIA QUARTA.

Ex Concilio Rothomagensi.

*Anno 1581. tit. de Episc. & Capitul. num 15.*

**C** Anonici . . . ea sint morum integritate ornati, ut nomen suum tueri & retinere possint, ac praeter aliis Clericis, Canonici seu Regulares ex observata Ecclesiastica disciplina perfectius regulam, nominari mereantur; a quibus ceteros studium & amorem accanquam regulam cultus divini non pigeat accipere.

## FERIA QUINTA.

Ex Concilio Bituricensi.

*Anno 1584. tit. 34.*

**C** Anonicos, qui ad hoc instituti, ut exemplo Levitarum, in Ecclesiis, certis & frequentioribus horis Deum orent, & ei Laudes canant, & sacra mysteria peragant, pura mente & corpore Deum colere oportet: ut dum pro omni populo Deum precantur, ei in primis accepti sint, & luceat lux eorum coram hominibus.

## FERIA SEXTA.

Ex Concilio Aquisgranensi.

*Anno 816. c. 143.*

**C** Anonici amori Christi nihil praeponant, caritatem non derelinquant, Episcopo

secundum canonicam constitutionem obtemperent, irreprehensibiliter vivant. Seniores spiritualiter juniores diligant: juniores senioribus obsequium dignum exhibeant. Doctiores, minus doctis nequaquam se praeferant, sed magis eos cum caritate edificent: neque hi qui nobilitate generis aut virtutum donis pollent, ceteris se tumide superextollant.

## SABBATO.

Ex Concilio Bituricensi.

*Anno 1584. can. 2. tit 44. de canonic. & capitul.*

**C** ompellantur Canonici ab Episcopis aut Capitulis, intra annum a die receptionis, ubi aetatem idoneam attigerint, sacrum Subdiacnatus ordinem suscipere, reliquosque intra tempora sacris canonibus constituta adipisci.

## DOMINICA VII.

*post Pentecosten.*

Ex Concilio Tridentino.

*Sess. 5. cap. 2. de reform.*

**Q** uicumque Parochiales, Ecclesias obtinent . . . diebus saltem Dominicis, & Festis sollemnibus plebes sibi commissas . . . pascant salutaribus verbis, docendo quae scire omnibus necessarium est ad salutem; annunciandoque eis cum brevitate & facilitate sermonis, vitia quae eos declinare, & virtutes quas sectari oporteat.

## FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Coloniensi primo.

*Anno 1536. part. 3. cap. 13.*

**U** tinam optando, a Deo optimo maximo consequi possimus, ne quisquam

Iucri causâ divinis interesset , alióqui non accessurus sacra , veluti quem nummus magis , quam Dei amor in templum trahit , quæstum pietatem esse putans , qui non dubium ex número eorum est , de quibus Isaías dixit : Omnes diligunt múnera , sequuntur retributiónes.

**FERIA TERTIA.**

Ex Concílio Aquisgranensi.

Anno 816. lib. 1. cap. 131.

**C** Anónici laudes Deo in commúne persolventes , pro suis populorumque , quorum oblationibus vivunt , delictis Dóminum exórent. Debent quoque juxtâ Apóstolum , primò ómnium ab his fieri obsecratiónes , oratiónes , postulatiónes , gratiárum actiões pro ómnibus homínibus , pro Régibus & ómnibus qui in sublimitate sunt constituti.

**FERIA QUARTA.**

Ex Concílio Aquisgranensi.

Anno 816. c. 132.

**C** Um ad Ecclésiám vel ad divinæ laudis débita solvenda , vel ad agenda Misérarú solémnia intramus , semper angélicæ præsentíæ mèmores , cum timóre & veneratióne cœléste compleámus officium , ne in sententiam quâ dicitur , Maledictus homo qui opus Dei fécerit negligenter , miserabiliter labámur.

**FERIA QUINTA.**

Ex Concílio Mediolanensi quinto.

Anno 1579. part. 3. tit. 6.

**U** Nusquisque vel Canónicus , vel álius Minister quicumque sit , qui chori officiis astrictus est , ad choi

disciplinam sese instruat. Antea vero quam eò conveniat , paululum attentè secum cogitet , & loci illius sanctitatem , & conveniendi causam , & divinárum laudum quarum munus Angelórum est , officia , quæ castissimè ab ómnibus celebrári oportet.

**FERIA SEXTA.**

Ex Concílio Mediolanensi quinto.

Anno 1579. part. 3. tit. 6.

**C** Lerus , cum psallendum est , primùm Psalmi argumentum mente animoque concipiat : observet prætereà quis in psalmo loquátur ; an Deus , an Ecclésiá , an pœnitens , an aspirans ad perfectiõem. Attendat item ad quem præcipue salutarem affectum psalmus referátur. Cum ita se religiósè paravit , magnâ animi attentione se ad verba sententiasque Psalmi accómmodat , ita ut laudet , gemat , extimescat , sicut Psalmórum voces índicant.

Tu autem , Dómine , miserere nostri.

**S A B B A T O.**

Ex Concílio Trevirensi.

Anno 1549. c. 6.

**N** Ullus dum canónicæ preces in Templo públicè cantantur aut leguntur , áudeat privátim ibidem áliquid légere ; ac ne horas quidem canónicas absolvere ; sed concinat ac una cum fratribus Deum honoríficet. Contrárium qui fécerit , tanquam absens habeátur.

Tu autem , Dómine , miserere nostri.

Rz. Deo grátias.

DOMINICA IX.

*post Pentecosten.*

Ex Concilio Coloniensi  
primo.

*Anno 1536. Part. 9. cap. 9.*

**D**iligenter pópulus admonendus est, cur Fériæ & potissimum dies Dominicus, qui à temporibus Apostolorum in Ecclesia Dei semper célebris fuit, institutæ sunt: nempe, ut tum in unum omnes pariter convenirent ad audiendum verbum Dómini, ad audiendum quoque Sacrum, & communicandum; breviter ad vacandum Deo soli, ut dies illa tantum orationibus, Hymnis, Psalmis & Canticis spiritalibus transigatur.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Coloniensi.

*Anno 1536. P. 3. Can. 5.*

**Q**uam à vero aberrant qui existimant sese non alicujus Officii in Ecclesia exercendi, sed quietis & inertiæ tantum causâ Canonicatus esse adeptos: perinde atque satis sit, paucis quibusdam Cléricis admodum ignavis, tenui pretio conductis, curam divini Officii committi.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Aquisgranensi.

*Anno 816. C. 137.*

**P**salmi in Ecclesia non cursim & excelsis atque inordinatis vocibus, sed planè & dilucidè, & cum compunctiōne cordis recitentur; ut & recitantium mens illorum dulcedine pascatur; & audientium aures illorum pronuntiatione demulceantur.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Parisiensi.

*Anno 1429. Tit. 1.*

**O**mibus tam Cathedralium quam Collegiatarum & ceterarum quarumcumque Ecclesiarum Clericis & Ministris præcipimus sub poena privationis suarum distributionum, vel arbitrio superiorum infligenda, quatenus amodo divinum Officium in suis Ecclesiis tractim atque devotè & horis congruentibus dicant & decantent, & in Psalmorum decantatione pausas faciant in medio versuum prout convenit, ne pars Chori psallitura alium versum incipiat antequam ab alia parte sit omnino alius versus finitus.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Tridentino.

*Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

**O**btinentibus in Cathedralibus aut Collegiatis dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut portiones, non liceat vigore cujuslibet statuti aut consuetudinis ultra tres menses ab iisdem Ecclesiis quolibet anno abesse: salvo nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt.

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Rhemensis.

*Anno 1583, de Capitul. & Canonic. num. 12.*

**P**acis ubique sint amantes Canonici, ne cum Episcopis animosè contendant, vel superbè respondeant; sed illis honorem & reverentiam cum summa modestia exhi-

beant : & si quæ lites inter se suboriri cœperint , utrique amicè componant.

S A B B A T O .

Ex Concilio Tolosano.

Anno 1590. Part. 1. cap. 2.

**I**N comitiis , sodalitiis , & Capitulo , de iis primùm quæ ad divinum cultum spe-

ctabunt , tum de justa morum reformatione , delictorumque debitâ animadversio-  
ne , demum de privatis rebus temporalibusque negotiis agant.

Tu autem , Dómine , miserere nostrî.

R. Deo grâtiâs.

*De vita & moribus Parochorum , verbi Divini prædicatione , Sacramentorum administratione , de Vicariis , &c.*

DOMINICA X.

post Pentecosten.

Ex Concilio Varensi.

Anno 1368. cap. 26.

**U**T honor débitus Parochialibus Ecclésiis observetur , & animarum periculis obvietur salúbriter dúximus statuendum quòd Parochiani diébus Dominicis & festívis ad suam Parochiálem Ecclésiá véniant Missas integras auditúri : & si per duos Domínicos dies continuos Missas in dictis Ecclésiis legitimâ causâ cessante non áudiverint ; ex tunc hábeant Parochiáles Presbíteri commonére non venientes se reveláturos in Ecclésiis nominátos , pósteà excommunicandos.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 23. cap. 1. de Reform.

**P**Ræcepto divíno mandátum omnibus , quibus animarum cura commissâ est ; oves suas agnóscere , pro his sacrificium offerre , verbique divíni prædicatione , Sacramentórum administratione ac bonórum ómnium óperum

exemplo páscere , páuperum ; aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere.

Tu autem , Dómine.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 13. cap. 1. de Ref.

**I**LLa Apóstoli est à Pastóribus servanda præceptio , ut subjectos arguant , obsecrent , increpent in omni bonitate & patientia , cum sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia quam austeritas ; plus exhortatio quam comminatio ; plus caritas quam potestas.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Aquisgranensi.

Anno 816. Lib. 1. cap. 134.

**R**Ectóres ... sint criminum persecutores , & hominum liberatores : óderint vitia , diligant homines : óderint quod instinctu diaboli ingestum est , diligant quod Dei bonitate creatum est.

Tu autem , Dómine , miserere nostrî.

R. Deo grâtiâs.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Aquisgranensi.  
Anno 816. Lib. 1. cap. 24.

**D**Octor, qui loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Illa namque vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat: quia quod loquendo imperat, ostendendo adjuvat ut fiat.

Tu autem, Domine, miserere nostrum.

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Burdigalensi.  
Anno 1583. Tit. 18.

**I**nquirant Parochi studiosè de pauperibus suae Parochiae, praesertim... de viduis, orphanis, pupillis, aegrotis, senio confectis, aliisque personis temporali vel spiritali misericordia indigentibus, quibus & ipsi pro viribus opitulari, & alios suo exemplo, atque hortatu ad id officium incitare studeant.

Tu autem, Domine, miserere nostrum.

S A B B A T O.

Ex Concilio Aquisgranensi.  
Anno 816. lib. 1. cap. 94.

**N**on confundant opera sermone tuum, ne cum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: cur ergo haec quae dicis, ipse non facis? Delicatus magister est, qui pleno ventre de jejuniis disputat. Accusare avaritiam & latro potest. Sacerdotis Christi os, mens, manusque concordent.

Tu autem, Domine, miserere nostrum.

R. Deo gratias.

DOMINICA XI.

post Pentecosten.

Ex Concilio Turonensi.

Anno 1583. Tit. 8. de Euchar.  
& Missae sacrificio.

**M**issas, primam, majorem, Paraciales, & in his Ecclesiis quibus duae Missae debent aut consueverunt celebrari, hora conveniente utpote sexta & nona ante meridiem non prius aut tardius celebrentur hi quibus incumbunt, potentum quorumvis etiam nobilium, aut aliarum personarum favore, precibus, minis seu comminationibus, in contrarium non prevalituris.

Tu autem, Domine, miserere nostrum.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Aquisgranensi.  
Anno 816. lib. 1. cap. 26.

**I**lle cui dispensatio verbis commissa est, etiam si sanctè vivat, si tamen perditè viventes arguere aut erubescat, aut metuat, cum omnibus qui, eo tacente, perierint, perit.

Tu autem, Domine, miserere nostrum.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Colonensi  
primo.

Anno 1536. Part. 6. cap. 8.

**A**d evangelizandum missi sunt Parochi. Vae ergo illis, si non evangelizaverint. Si quis autem eorum sapientia indiget, scrutetur Scripturas & postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat, & dabitur ei.

Tu autem, Domine, miserere nostrum.

R. Deo gratias.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Aquisgranensi.  
Anno 816. lib. 1. cap. 23.

**P**rima prudentia virtus est, eam quam docere oporteat, existimare personam: rudibus populis, seu carnalibus plana atque communia, non summa, atque ardua, predicanda sunt, ne immensitate doctrinae opprimantur potius quam erudiantur.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Aquisgranensi.  
Anno 816. C. 26. lib. 1.

**H**oc dicat Sacerdos quod ex divina lectione didicerit, non quod presumptione humani sensus invenerit. Audies, inquit Propheta, sermonem ex ore meo, & annuntiabis eis ex me. Ex me, & non ex te verba loqueris.

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Colonienfi primo.

An. 1536. Part. 16. cap. 13.

**I**nter concionandum a scommati, maledictis, ac convitiis omnino abstinendum est. Prædicetur pure ac sincere Dei verbum, juxta Ecclesiasticam Traditionem, & Patrum ab Ecclesia Catholica approbatorum interpretationem.

S A B B A T O.

Ex Concilio Mediolanensi.

Anno 1565. P. 1.

**P**arochi singulis Dominicis, & aliis festis diebus, pueris singuli in suis Parochiis initia fidei tradant; ac propterea a prandio, statim hora, proprio campanæ sono ad Ecclesiam convocandos curabunt.

Tu autem, Domine.

DOMINICA XII.

post Pentecosten.

Ex Concilio Rotomagensi.

Anno 1581.

**A**dmonere debent Sacerdotes plebes subditas sibi, ut pastores vel aratores qui in agro assidue commorantur, vel in sylvis, & ideo more pecudum vivunt, in Dominicis & aliis diebus festis saltem ad Missam faciant vel permittant venire; nam & hos Christus pretioso sanguine suo redemit.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Narbonensi.

Anno 1609. cap. 32.

**I**nvigilent Parochi super gregem, & parati semper sint, ne per illorum negligentiam, aut parvuli sine Baptismo, aut adulti sine Sacramentis Pœnitentiæ, Communionis & extremæ Unctionis moriantur; infirmos sæpius visitent, & consolentur, ac de salute animæ moneant.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Oxoniensi.

Anno 1222. cap. 29.

**F**irmiter inhibemus ne pro aliqua pecunia denegetur sepultura, vel Baptismus, vel aliquod Sacramentum, vel Matrimonium contrahendum impediatur.

Tu autem, Domine, miserere nostrî.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Remensi.

An. 1583. Tit. de Simonia, n. 9.

**S**acerdotes qui de pretio paciscuntur ut Missas celebrent, & Parochi qui pro Sacramentorum administratione, vel funere, vel sepul-

túrís áliquíd éxigunt præter ea quæ de jure , lege , vel consuetudine laudábili conferuntur , habeantur Simoniaci : non autem si spontè oblata recipiant.

**FERIA QUINTA.**

Ex Concílio Narbonensi.

*Anno 1609. cap. 32.*

**P**er seiplos Párochi Sacramenta ministrent , & múnera atque officia suárum Ecclesiárum præstent ; neque ab íp̄sis étiam secundáriis , nisi justâ causâ detenti , ministrári permittant.

**FERIA SEXTA.**

Ex Concílio Tridentino.

*Sess. 23. cap. 1. de Ref.*

**C**hristiána caritas , utgens necessitas , debita obedientia , ac évidens Ecclesiæ vel reipublicæ utilitas áliquos ( pastóres ) nonnunquam abesse póstulant & éxigunt. Decernit sacro-sancta Synodus has legitimæ obedientiæ causas.

Tu autem , Dómine , miserere nostri.

**S A B B A T O.**

Ex Concílio Tridentino.

*Sess. 23. cap. 1. de Ref.*

**Q**uandocúmque eos ( quí beneficium Ecclesiásticum curam animárum habens obtinent ) abesse contigerit , Vicárium idóneum ab Ordinario approbandum , cum debita mercédís assignatióne relinquant.

**DOMINICA XIII.**

*post Pentecosten.*

Ex Concílio Tolosáno.

*Anno 1229. cap. 25.*

**S**tatuimus , ut . . . dónus & dómina cujúslibet domús , Domínicis & festivis diébus teneantur ad Ecclesiám venire auditóri ibidem ex íntegro prædicatióem & divinum Officiúm , nec inde recessúri , donec Missa compleátur omnínó : quòd si alter ipsórum absens fuerit , alter saltém teneátur venire.

*[ De usu bonorum Ecclesiæ , ubi de Beneficiis , &c.*

**FERIA SECUNDA.**

Ex Concílio Lateranensi tertio Œcuménico.

*Anno 1179. cap. 8.*

**N**ulla Ecclesiástica ministéria , seu étiam beneficia , vel Ecclesiæ alicui tribuantur vel promittantur antequàm vacent , ne desideráre quis mortem próximi videátur , in cujus locum & beneficium se crediderit successúrum.

Tu autem , Dómine , miserere nostri.

*℞. Deo grátias.*

**FERIA TERTIA.**

Ex Concílio Tridentino.

*Sess. 24. cap. 1. de Ref.*

**S**ancta Synodus , omnes & singulos , qui ad promotiόem præficiendórum quocúmque jus . . . habent . . . hortátur , & monet , ut imprímis meminerint nihil se ad Dei glóriam & populórum salutem utilius posse fácere , quàm si bonos pastóres , & Ecclesiæ gubernandæ idóneos promovéri studeant.

Tu autem , Dómine , miserere nostri.

FERIA QUARTA

Ex Concilio Albiensi.

An. 1254. cap. 56. de Collat. Benef.

Cum in Collatione Bonorum Ecclesiasticorum haberi debeat principaliter ante oculos solus Deus: districtè præcipimus & mandamus, ut omnia Ecclesiastica bona personis idoneis, & statuto à Canonibus tempore conferantur.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Auscitano.

Anno 1300. cap. 4.

Si quis Beneficium cui cura simminet animarum vi occupaverit, seu scienter intruserit in eodem; ipso jure privatus existat beneficio, quod cura simili primitus obtinebat.

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Auscitano.

Anno 1300. cap. 6.

Statuimus ut nullus Patronus aliquem præsentet ad regimen animarum, aliquo dato, promisso, retento; vel instituens, eundem sic præsentatum scienter admittat; nisi fuerit sufficiens & scientiâ & moribus & ætate.

SABBATO.

Ex Concilio Bituricensi.

An. 1584. Tit. 41. de Simoniacis. Can. 2.

Beneficia pretio obtenta, & in confidentiam seu custodiam, occultè aut apertè tradita ipso jure vacent: qui percipiunt eorum fructus, suos non faciant, sed ad restitutionem teneantur.

Tu autem, Domine, misere nostri.

DOMINICA XIV.

post Pentecosten.

Ex Concilio Mediolanensi primo.

An. 1565. Part. 2. Tit. 5.

Moreant Párochi frequenter patres familias ut filios & famulos, quos in bestiiis pascendis occupant, saltèm dièbus festis Missæ jubent interesse.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Parisiensi.

An. 829. lib. 1. cap. 18.

Convenit Pastoribus Ecclesiarum res Ecclesiæ possidere, non ab his possideri: & ut Prosper scribit, eas possidendo debent contemnere; & non sibi, sed aliis possidere.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Aquisgranensi.

Anno 816. cap. 116.

Res Ecclesiæ, sicut à sanctis Patribus traditur, vota sunt fidelium, prætia peccatorum, & patrimonía pauperum.... quapropter vigilantia ac solerti curâ providendum est, his qui ejus facultates administrant, ne eas in suos solummodo usus convertant, sed magis juxta possibilitatem rerum, Christo famulantium, imò eorum in quibus Christus pascitur & vestitur; curam gerere penitus non negligant.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 25. cap. 1. de Refor.

Omniño Pastoribus & Clericis sancta Synodus interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos familiaresve suos augere studeant:

cum & Apostolorum Cónones prohibeant, ne res Ecclesiásticas, quæ Dei sunt, confanguineis donent; sed, si pauperes sint; iis ut pauperibus distribuant; eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causâ.

Tu autem, Dómine, miserere nostrî.

**FERIA QUINTA.**

Ex Concilio Moguntino.

*Anno 1549. cap. 72.*

**C**um Apostolus, victu, adeoque ipsâ vitâ, indignos iudicat homines otiosos, qui panem non labore suo partum, cum gravamine aliorum edunt; quanto graviori indignationi divinæ eos subjacere putandum est, qui Census Ecclesiæ sanctorum Martyrum patrimonía & donaria piæ plebis ad Divini ministerii sustentationem collata, otiosè absumunt!

Tu autem, Dómine, miserere nostrî.

**FERIA SEXTA.**

Ex Concilio Aquisgranensi.

*An. 816. lib. 1. cap. 115.*

**F**idèles fidei ardore, & Christi amore succensi ob animarum suarum remedium, & cœlestis patriæ desiderium, suis propriis facultatibus, sanctam locupletem fecerunt Ec-

clesiam, ut his & milites Christi alerentur, & Ecclesiæ exornarentur, pauperes recrearentur, & captivi pro temporum opportunitate redimerentur.

**S A B B A T O.**

Ex Concilio Aquisgranensi.

*An. 816. lib. 1. cap. 12.*

**A**postolus dixit sic Dóminum disposuisse, ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant. . . Unde ergo vivitur, necessitatis est accipere, caritatis est præbere. . . Accipiant sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispensationis à Dómino.

**DOMINICA XV.**

*post Pentecosten.*

Ex Concilio Aquisgranensi.

*An. 1588. Tit. de Fest. cultu.*

**D**oceantur populi, ut, præter Missam quæ diebus Dominicis & festivis sine gravissimi peccati culpa prætermitti non potest, præter Vesperas, item, quibus fidèlem quemque, nisi impeditum, interesse maxime convenit, in doctrinæ Christianæ rudimentis omnes, tam mares quàm feminae, tam viri quàm pueri, vel perdiscendis si ignorent, vel alios perdiscendis versentur.

*De recitatione privata & publica Breviarii, ubi de Ceremoniis.*

**FERIA SECUNDA.**

Ex Concilio Burdigalensi.

*Anno 1583. Tit. 3.*

**O**mnes ipso jure obligantur (ad Breviarii recitationem) quicumque vel bene-

ficiis Ecclesiasticis potiuntur, vel sacris initiati sunt. . . .

Qui autem pensionem ex iis fructibus aut res Ecclesiasticas ut Clericus percipit, is pari modo se ad Officium

beatae Mariae Virginis obligatum esse sciat.

**FERIA TERTIA.**

Ex Concilio Basileensi.

An. 1431. Sess. 21. cap. 5.

**Q**uoscumque Beneficiatos seu in sacris constitutos, cum ad Horas Canonicas teneantur, admonet haec sancta Synodus, si orationes suas Deo acceptas fore cupiunt, ut non in gutture, vel inter dentes, seu deglutiendo, aut syncopando dictiones, diurnum nocturnumque Officium reverenter verbisque distinctis peragant.

Tu autem, Domine, miserere nostri.

**FERIA QUARTA.**

Ex Concilio Trevirensi.

Anno 1549. C. 6.

**C**aveant, qui aliis occupati negotiis, extra chorum Horas privatim legunt ne somnolente, aut truncatis verbis, aut intra fauces compresso spiritu preces demurrare videantur; sed articulatae, distincte, diserte, & cum attentione integre omnia pronuntient.

**FERIA QUINTA.**

Ex Concilio Mediolanensi quarto.

Anno 1576. Part. 3. cap. 2. de vita & honest. Clerici.

**S**acerdos, Clericusve Sacris initiatus, aut Ecclesiasticum beneficium obtinens, Horarum Canonicarum Officio cum astrictus sit, . . . si quando corporis infirmitate affectus est, ipse, pro sua conscientia, recte videat quid prestare possit, ac ne omitendo graviter peccet, & be-

neficii quod habet, fructus suos non faciat.

Tu autem.

**FERIA SEXTA.**

Ex Concilio Mediolanensi primo.

An. 1565. Part. 2. Tit. 21.

**Q**ui Sacris initiati, beneficium Ecclesiasticum non habent, si divinum praetermiserint Officium, praeter grave peccatum quod committunt, graviter etiam ab Episcopis in eos animadvertatur.

**SABBATO.**

Ex Concilio Trevirensi.

An. 1547. C. 6.

**N**on clamans sed amans cantat in aure Dei: audit enim ille vocem cordis, sine qua sonum auris contemnit. Quare videndum est, ut qui spiritu psallunt, & mente psallant.

Tu autem, Domine, miserere nostri.

R. Deo gratias.

**DOMINICA XV.**

post Pentecosten.

Ex Concilio Remensi.

Anno 1583. Tit. de dieb.

Fest. num. 2. & 3.

**D**iebus Dominicis ac festivis populus in Paroecias conveniat & Missae Concioni ac Vesperis insit. Iisdem diebus nemo laboribus aut choreis det operam maxime dum divinum celebratur Officium. Monebiturque ab Ordinario vel Parocho Magistratus, ut id nequaquam fieri permittat.

Tu autem, Domine, miserere nostri.

R. Deo gratias.

**FERIA SECUNDA.**

Ex Concilio Mediolanensi  
quinto.

*Anno 1579. Part. 3. cap. 6.*

**C**Hori disciplina. . . . ple-  
na pietatis est : ac pro-  
pterea sanctè ab iis obser-  
vanda est , qui in eum locum  
convèniunt , ad Dei laudes  
concelebrandas.

**FERIA TERTIA:**


Ex Concilio Rhemenfi.

*Anno 1119. C. 4.*

**N**ullus omninò de Clero  
Ecclesiasticas dignitates  
vel beneficia cuilibet quasi  
hereditario jure derelinquat.

Tu autem , Dómine , mise-  
rere nostri.

*Ꝟ. Deo grátias.*



**CANONES PROPRII,**  
**IN ALIQUIBUS FESTIS,**  
**OMISSO CANONE OCCURRENTE,**  
**LEGENDI**  
**AD PRIMAM.**

---

DIE XV. AUGUSTI.

In Festo

**ASSUMPTIONIS**

**BEATÆ MARIÆ**

**VIRGINIS.**

Ex sancto Bernardo.

*Epist. 174. n. 2. & 3.*

**E**xalta Matrem Dómini  
 Virginem régiam, exal-  
 tátam super choros Angeló-  
 rum ad cœlestia regna. Hæc  
 de illa cantat Ecclésia, & dó-  
 cuit illum diem cum summa  
 veneratióne recolendum, quo  
 assumpta de sêculo nequam,  
 cœlis quoque intulit celeberrí-  
 morum festa gaudiórum.

Tu autem, Dómine, mise-  
 rére nostrí.

R. Deo grátias.

IN FESTO SOLEMNI

**SS. PATRONORUM,**

*Ubi non habetur Canon pro-  
 prius.*

Ex Concílio Mediolanensi  
 tertio, sub sancto Cárolo.

*Anno 1573. Tit. 1.*

**Q**uò religiósus incolæ  
 uniuscujusque Paróchiæ  
 festum diem colant illius San-  
 cti Sanctæve cujus patrocinio  
 Parochiális Ecclésia dicata

est, cohortatióibus agat Pá-  
 rochus, ut ánimo piè repétant  
 religiósas ejus sanctárum vir-  
 tútum exercitatiónes; qua-  
 rum méritis in cœlum ille  
 vocátus, cum sempiternâ glóri-  
 â perfruatur, pro caritatè  
 quâ abundat, eórum quorum  
 salutis patrocinium suscepit,  
 preces Deo offert. Die Sancti  
 qui Paróchiæ Patrónus est &  
 cultos, quò ad illius imita-  
 tiónem magis fidèles inflam-  
 mentur, id Párochus præstet:  
 cum frequentior in Ecclésia  
 pópulus adest, ut ipse aut  
 álius in suggestu res ejus san-  
 ctè admirabiliterque gestas,  
 morum disciplinam, pietátis  
 stúdia ac virtutes pronún-  
 tiet.

Tu autem, Dómine.

IN FESTO

**DEDICATIONIS**

**ECCLESIE.**

Ex Concílio Parisiensi

sexto.

*Anno 829. Lib. 2. cap. 11.*

**Q**uia Pontífices Basílicas  
 Deo dēdicant, ut om-  
 nes qui illuc deprecári vé-



# I N D E X

## P S A L M O R U M.

<i>Psalmi.</i>	<i>Paginae.</i>
119 <b>A</b> D Dóminum cū tribuláret.	63
27 Ad te, Dómine, clamábo.	6
24 Ad te, Dómine, levávi.	40
122 Ad te levávi oculos meos.	18
28 Afferte Dómino, filii Dei.	128
77 Atténdite, pópule meus.	69
48 Audíte hæc, omnes gentes.	119
118 <b>B</b> Eáti immaculáti in via.	14
127 Beáti omnes qui timent Dóminum.	133
31 Beáti quorum remissæ sunt.	65
40 Beátus qui intélligit.	118
1 Beátus vir qui non ábiit.	2
111 Beátus vir qui timet Dóminum.	25
33 Benedicam Dóminum in omni témpore.	95
103 Bénedic, ánima mea, Dómino : Dómine Deus.	30
102 Bénedic, ánima mea, Dómino, & ómnia.	78
143 Benedictus Dóminus Deus meus.	134
84 Benedixisti, Dómine, terram tuam.	53
91 Bonum est confitéri Dómino.	35
95 <b>C</b> Antáte Dómino cánticum novum : cántáte.	41
849 Cantáte Dómino cánticum novum, laus ejus.	129
97 Cantáte Dómino cánticum novum, quia.	42
18 Cœli enarrant glóriam Dei.	49
74 Confitébimur tibi, Deus.	121
110 Confitébor tibi, Dómine.... in concílio.	24
9 Confitébor tibi, Dómine.... narrábo.	67
137 Confitébor tibi, Dómine.... quóniam audisti.	97
104 Confitémini Dómino, & invocáte.	31
135 Confitémini Dómino quóniam.... Confitémini.	35
106 Confitémini Dómino quóniam... Dicant qui.	51
117 Confitémini Dómino quóniam... Dicat nunc.	13
105 Confitémini Dómino quóniam.... quis loquétur.	33
15 Conserva me, Dómine, quóniam sperávi in te.	83

<i>Psalmi.</i>		<i>Pagina.</i>
115	Crédidi, propter quod locutus sum.	97
4	Cum invocárem, exaudivit me Deus.	27
129	<b>D</b> E profundis clamávi ad te, Dómine.	81
43	Deus, áuribus nostris audívimus.	109
49	Deus deórum Dóminus locúrus est.	58
62	Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo.	9
21	Deus, Deus meus, respice in me.	113
69	Deus, in adjutórium meum intende.	9
53	Deus, in nómine tuo saluum me fac.	105
71	Deus, iudícium tuum Regi da.	50
108	Deus, laudem meam ne tacéris.	61
66	Deus, misereátur nostrí.	92
45	Deus noster refúgium & virtus.	130
82	Deus, quis símilis erit tibi?	122
59	Deus, repulisti nos.	131
81	Deus stetit in synagóga deórum.	79
78	Deus, venérunt gentes in hæreditátem tuam.	66
93	Deus ultiónum Dóminus.	79
114	Dilexi, quóniam exáudiet Dóminus.	45
17	Diligam te, Dómine, fortitúdo mea.	4
38	Dixi: Custódiám vias meas.	99
109	Dixit Dóminus Dómino meo.	24
35	Dixit injustus, ut delinquat.	72
52	Dixit insípíens....in iniquitátibus.	43
13	Dixit insípíens....in stúdiis suis.	83
140	Dómine, clamávi ad te.	63
7	Dómine, Deus meus, in te sperávi.	48
87	Dómine Deus salutis meæ.	127
8	Dómine, Dóminus noster.	39
142	Dómine, exaudi oratióem meam áuribus.	128
101	Dómine, exaudi oratióem meam, & clamor.	111
20	Dómine, in virtúte tua latábitur rex.	77
6	Dómine, ne in furóre tuo....Miserére.	47
37	Dómine, ne in furóre tuo....Quóniam.	117
130	Dómine, non est exaltátum cor meum.	82
138	Dómine, probasti me.	115
3	Dómine, quid multiplicáti sunt.	3
14	Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo?	49
89	Dómine, refúgium factus es nobis.	92
23	Dómini est terra, & plenitúdo ejus.	53
26	Dóminus illuminátió mea.	93
22	Dóminus regit me.	94
92	Dóminus regnávít, decórem indútus est.	96
96	Dóminus regnávít, exultet terra.	54
98	Dóminus regnávít, irascantur pópuli.	42

## Psalmi.

## Pagina.

133	<b>E</b> cce nunc benedicite Dóminum.	118
132	Ecce quàm bonum.	63
58	Eripe me de inimicis meis.	102
139	Eripe me, Dómine, ab hómine malo.	116
44	Eructávit cor meum verbum bonum.	129
144	Exaltábo te, Deus meus rex.	98
29	Exaltábo te, Dómine, quóniam.	7
19	Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis.	84
60	Exaudi, Deus, deprecationem meam.	103
63	Exaudi, Deus, oratióem meam, cum déprecor.	120
54	Exaudi, Deus, oratióem meam, & ne.	101
16	Exaudi, Dómine, justitiam meam.	122
39	Expectans expectávi Dóminum.	110
80	Exultáte Deo adjutori nostro.	89
32	Exultáte, justi, in Dómino.	85
67	Exurgat Deus, & dissipentur.	86
86	<b>F</b> undamenta ejus in móntibus sanctis.	131
85	<b>I</b> nclína, Dómine, aurem tuam.	136
125	In convertendo, Dóminus.	46
10	In Dómino confido.	82
113	In éxitu Israel de Ægypto.	25
70	In te, Dómine, sperávi... & éripe me.	105
30	In te, Dómine, sperávi... in justitia.	75
65	<b>J</b> ubiláte Deo, omnis terra, psalmum.	7
99	Jubiláte Deo, omnis terra, servite.	10
34	Júdica, Dómine, nocentes me.	56
42	Júdica me, Deus, & discerne.	77
25	Júdica me, Dómine, quóniam.	58
121	<b>L</b> ætátus sum in his.	63
145	Lauda, ánima mea, Dóminum.	108
147	Lauda, Jerúsalem, Dóminum.	91
148	Laudáte Dóminum, de cælis.	11
150	Laudáte Dóminum in Sanctis ejus.	56
116	Laudáte Dóminum omnes gentes.	126
146	Laudáte Dóminum, quóniam bonus.	74
134	Laudáte nomen Dómini.	38
112	Laudáte, púeri, Dóminum.	25
120	Levávi óculos meos in montes.	45
47	<b>M</b> agnus Dóminus, & laudábilis.	130
31	Memento, Dómine, David.	133

<i>Psalmi.</i>		<i>Pagina.</i>
56	Miserere mei, Deus, miserere mei.	123
55	Miserere mei, Deus, quoniam.	118
50	Miserere mei, Deus, secundum.	135
100	Misericordiam & iudicium.	152
88	Misericordias Domini in aeternum.	87
126	<b>N</b> isi Dominus edificaverit domum.	18
123	Nisi quia Dominus erat in nobis.	45
36	Noli emulari in malignantibus.	59
61	Nonne Deo subjecta erit.	120
75	Norus in Iudaea Deus.	121
46	<b>O</b> mnes gentes, plaudite manibus.	41
107	<b>P</b> aratum cor meum, Deus.	90
72	<b>Q</b> uam bonus Israel Deus.	44
83	Quam dilecta tabernacula tua.	94
2	Quare fremuerunt gentes.	33
41	Quemadmodum desiderat cervus.	76
124	Qui confidunt in Domino.	18
51	Quid gloriaris in malitia.	101
90	Qui habitat in adiutorio Altissimi.	28
79	Qui regis Israel, intende.	96
128	<b>S</b> ape expugnaverunt me.	114
68	Salvum me fac, Deus.	103
11	Salvum me fac, Domine.	99
57	Si verè utique iustitiam.	111
36	Super flumina Babylonis.	46
64	<b>T</b> e decet hymnus, Deus, in Sion.	73
94	<b>V</b> enite, exultemus Domino.	12
5	Verba mea auribus percipe, Domine.	71
76	Voce meâ ad Dominum....voce meâ ad Deum.	39
41	Voce meâ ad Dominum....voce meâ ad Dominum.	64
12	<b>U</b> squequò, Domine.	65
73	Ut quid, Deus, repulisti.	132

## Index Canticorum Psalterii.

<b>A</b> udite, cæli, quæ loquor.	114
Benedicite, omnia opera.	10
Benedictus Dominus.	12

<i>Cantica.</i>	<i>Pagina.</i>
Benedictus es, Dómine.	21
Cantémus Dómino.	36
Collaudate canticum.	37
Confitebor tibi.	73
Dómine, audiui.	106
Ego dixi: In dimidio.	54
Exultávit cor meum.	90
Incípite Domino in tympanis!	126
Magnificat ánima mea.	27
Magnus es, Domine.	74
Miserere nostrí, Deus.	111
Nunc dimittis.	29
Urbs fortitudinis nostræ.	107

## FINIS.

**TABULA MODORUM CANTUS,**  
 Respondens numeris ac litteris Alphabeticis in  
 hoc Breviario distributis ante singulas Anti-  
 phonas.

*Non tantum quisque modus psallendi quem vulgò  
 sed impropiè tonum vocant, suo numero notatur ad  
 Antiphonas, sed etiam uniuscujusque Modi termina-  
 tiones litteris propriis designantur; quia variatio  
 terminationum in cantu Gregoriano fit juxta initium  
 cantus Antiphonæ, quod huic terminationi respondet,  
 sicut vice versâ initium cantus Antiphonæ respondere  
 debet terminationi psalmodicæ secundum varietates in  
 systemate S. Gregorii Papæ admissas.*

*Terminationes verò in versibus Psalmorum aliæ  
 sunt completæ, aliæ incompletæ. Terminatio completa  
 ea est cujus ultimus sonus idem est ac ultimus sonus to-  
 tius Antiphonæ quæ præcessit; verbi gratiâ, in primo  
 & secundo Modo terminatio in re vel in la; in tertio  
 Modo terminatio in mi, & sic de ceteris. Terminatio  
 autem incompleta seu suspensa ea est cujus ultimus so-  
 nus alius est ac ultimus sonus Antiphonæ ejusdem mo-  
 di; exempli gratiâ, in primo Modo cujus Antiphonæ  
 terminantur in chorda re, terminationes in la, in  
 sol, in fa.*

*Terminationes completæ designantur litterâ majus-  
 culâ, incompletæ verò litterâ minusculâ.*


*Notandum est etiam, quod loco syllabarum, ut,  
 re, mi, fa, sol, la, si, hæ terminationes, compen-  
 dii causa, per unam è septem primis litteris Alphabeti  
 in hocce Libro fuerunt designatæ; ita ut more Vete-  
 rum a designet chordam la; b chordam si; c chordam  
 ut; d chordam re; e chordam mi; f chordam fa; g  
 chordam sol.*

I.


PRIMUS MODUS DICTUS  
IN D.

*Id est cujus Antiphonæ desinunt in chorda D;  
aliter dicta chorda re.*

*Terminationes Psalorum completæ.*




Di-xit Dominus Domino meo :



Sede à dextris me-is.




fæculorum a-men. Magni- ficat.




e u o u. a e. Et ex-ul-távit.

*Terminationes incompletæ.*




e u o u. a e.






e u o u. a e.

PRIMUS MODUS in A.







In ex-itu If-raël de Ægypto, domus






## I I.

*SECUNDUS MODUS dictus in D id est  
in re, in quo omnes terminationes sunt completae.*



*SECUNDUS MODUS dictus in A, quia  
ejus Antiphonæ terminantur in chorda la.*






## III.





*TERTIUS MODUS, in quo Antiphonæ  
desinunt semper in chorda E, aliter dicta mi.*



Dixit Domi-nus Do-mi-no meo:



Sede à dextris me-is.




## IV.


*QUARTUS MODUS in E, id est cujus  
Antiphonæ terminantur in E, aliter  
in chorda mi.*




Dixit Do-mi-nus Domino meo :




Sede à dextris me-is.



e u o u. a e. e u o u. a e.




e u o u. a e. e u o u. a e.



Magni-fi-cat. Et ex-ul-távit.


*QUARTUS MODUS in A, id est cujus  
Antiphonæ desinunt in chorda A. id est in la  
prævio b molli.*



Dixit Dominus Domino meo :




Sede à dextris meis.



e u o u. a e.

## V.

*QUINTUS MODUS in C, id est cujus  
Antiphonæ desinunt in chorda c  
aliter dicta ut.*



Dixit Dominus Domino me-o :



Se-de à dextris me-is.



e u o u. a e. Magni-ficat, a-nima




me-a Do-minum. Et ex-ultavit.

*QUINTUS MODUS in F, id est cujus  
Antiphonæ terminantur in chorda F  
aliter dicta fa.*




Dixit Dominus Domino meo : Sede



à dextris me-is. 5. a. e u o u. a e.

## VI.


*SEXTUS MODUS. In eo omnes Anti-  
phonæ terminantur in fa, sive in chorda F.  
& non est nisi unica terminatio psalmodica.*



Dixit Dominus Do-mino me-o :



Sede à dex-tris me-is.




6. e u o u. a e. Et ex-ul-tavit.

## VII.


### SEPTIMUS MODUS.



Dixit Dominus Domino meo :




Sede à dextris me-is.




7. *Hæc terminatio quæ est*  
 G. *completa, non adhibetur*  
 e u o u. a e. *nisi in Canticis Evangeli-*  
*cis, ob gravitatem quâ exigit cantari.*


### Terminationes incompletæ.




a. e u o u. a e.




b. e u o u. a e.



c. e u o u. a e.



d. e u o u. a e.




e. e u o u. a e.



f. e u o u. a e.

## VIII.


## OCTAVUS MODUS.



Dixit Dominus Domino meo:



Sede à dextris meis.



e u o u . a e .

e u o u . a e .

*MODUS psallendi ad Horas minores & Completorium intra hebdom. integram Paschæ.*



Bea-ti imma-cu-la-ti in vi-a: qui am-



bulant in lege Domini. Seculorum. Amen.



Ant. Alle-lu-ia. Hæc di-es.

*Neumata ( seu jubili ) ut ex antiquis Eccles. Libris colligere est , instituta sunt ut cantentur in fine ultimæ Antiphonæ cujusque Nocturni , Laudum & Vesperarum , & post Antiphonas Canticorum Evangelicorum.*

Jubilus ad  
Antiphonas  
1. modi.



ccvj



*Non cantantur Neumata triduo ante Pascha, nec  
intra hebdomadam Paschalem usque ad Vesperas  
Sabbati exclusivè, neque in Officiis Defunctorum.*

---

ADDITIO AD BREVIARIUM  
MIRAPISCENSE.

Psalmi selecti dicendi ad omnes, vel ad aliquas Horas  
quorundam Festorum, loco Psalmorum qui in  
Breviario assignantur.

*Pars Æstiva.*

---

IN FESTO SS. TRINITATIS.

AD I. VESPERAS. *Psalmi ut infrà.*

AD COMPLETORIUM. *Psalmi & Capitulum de Do-*  
*minica.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM, AD LAUDES &  
AD II. VESPERAS. *Psalmi ut infrà.*

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

AD I. VESPERAS. *Psalmi ut infrà.*

AD COMPLETORIUM. *Psalmi & Capitulum de Do-*  
*minica.*

AD LAUDES. *Psalmi ut infrà. Canticum ut in Pro-*  
*prio.*

IN VISITATIONE B. MARIE VIRGINIS.

AD I. VESPERAS. *Psalmi ut infrà, nisi Festum occur-*  
*rat Feriâ secundâ: tunc enim in I. Vesperis dicuntur Psal-*  
*mi, qui infrà pro II. Vesperis assignantur, & sic in Festis se-*  
*quentibus.*

AD COMPLETORIUM. *Psalmi & Capitulum de Do-*  
*minica.*

AD LAUDES. *Psalmi ut infrà. Canticum ut in Pro-*  
*prio.*

AD II. VESPERAS. *Psalmi ut infrà.*

IN TRANSFIGURATIONE DOMINI.

AD I. VESPERAS. *Psalmi ut infrà.*

MIR. *Pars Æstiva.*

AD COMPLETORIUM. *Psalmi & Capitulum de Dominica.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM & AD LAUDES. *Psalmi ut infra.*

AD HORAS. *Psalmi de Dominica.*

AD II. VESPERAS. *Psalmi ut infra.*

AD COMPLETORIUM. *ut heri.*

IN FESTO ASSUMPTIONIS B. MARIE VIRGINIS.

AD I. VESPERAS. *Psalmi ut infra.*

AD COMPLETORIUM. *Psalmi & Capitulum de Dominica.*

AD LAUDES. *Psalmi ut infra. Canticum ut in Proprio.*

AD II. VESPERAS. *Psalmi ut infra.*

A D I. V E S P E R A S.

*Psalms 144.*

**E**Xaltábo te, Deus meus rex; \* & benedicám nómini tuo in séculum, & in séculum séculi.

Per singulos dies benedicám tibi; \* & laudábo nomen tuum in séculum, & in séculum séculi.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimis; \* & magnitudinis ejus non est finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua; \* & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquentur, \* & mirabilia tua narrábunt.

Et virtútem terribilium tuórum dicent, \* & magnitudinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt, \* & justítia tua exultábunt.

*Divisio Psalmi 144.*

**M**iserátor & misericors Dóminus; \* patiens & multum misericors.

Suávis Dóminus universis,\*

& miseratiónes ejus super ómnia ópera ejus.

Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, \* & sancti tui benedicant tibi.

Glóriam regni tui dicent, \* & poténtiam tuam loquentur;

Ut notam faciánt filiis hóminum poténtiam tuam, \* & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium seculórum; \* & dominátio tua in omni generatióne & generatióne.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis; \* & sanctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui corruunt, \* & érgit omnes elisos.

Oculi ómnium in te sperant, Dómine; \* & tu das escam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam, \* & imples omne animal benedictióne.

*Altera divisio Psalmi 144.*

**J**ustus Dominus in omnibus viis suis, \* & sanctus in omnibus operibus suis.

Propè est Dominus omnibus invocantibus eum, \* omnibus invocantibus eum in veritate.

Voluntatem timèntium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, \* & salvos faciet eos.

Custodit Dominus omnes diligentes se, \* & omnes peccatores disperdet.

Laudationem Domini loquetur os meum; \* & benedicat omnis caro nomini sancto ejus in seculum, & in seculum seculi.

*Psalmus 145.*

**L**auda, anima mea, Dominum; laudabo Dominum in vita mea: \* psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus; \* in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam: \* in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius, \* qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in seculum, facit judicium injuriam patientibus, \* dat escam esurièntibus.

Dominus solvit compeditos: \* Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos, \* Dominus diligit justos.

Dominus custodit advenas,

pupillum & viduam suscipiet; \* & vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in secula, Deus tuus, Sion, \* in generationem & generationem.

*Psalmus 146.*

**L**audate Dominum, quoniam bonus est psalmus: \* Deo nostro sit jucunda decoraque laudatio.

Edificans Jerusalem Dominus, \* dispersiones Israelis congregabit;

Qui sanat contritos corde, \* & alligat contritiones eorum;

Qui numerat multitudinem stellarum, \* & omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus; \* & sapientiæ ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus; \* humilians autem peccatores usque ad terram.

Precinuite Domino in confessione: \* psallite Deo nostro in cithara;

Qui operit cœlum nubibus, \* & parat terræ pluviam;

Qui producit in montibus fœnum, \* & herbam servituti hominum;

Qui dat jumentis escam ipsorum, \* & pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit; \* nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum, \* & in eis qui sperant super misericordia ejus.

## AD OFFICIUM NOCTURNUM.

## IN I. NOCTURNO.

*Psalmus 95.*

**C**antate Dómino, cánticum novum : \* cantate Dómino omnis terra.

Cantate Dómino, & benedicite nómini ejus ; \* annuntiate de die in diem salutáre ejus.

Annuntiate inter gentes glóriam ejus, \* in ómnibus pópulis mirabilia ejus ;

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis ; \* terríbilis est super omnes deos :

Quóniam omnes dii géntium dámonia ; \* Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspectu ejus, \* sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem ; \* afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus ; \* adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commovéatur à facie ejus uníversa terra : \* dicite in géntibus quia Dóminus regnávít.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovébitur : \* judicábit pópulos in æquitáte.

Lætentur cæli & exultet terra, commovéatur mare & plenitúdo ejus : \* gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna sylvárum à facie Dómini, quia venit ; \* quóniam

venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, \* & pópulos in veritate sua.

*Psalmus 96.*

**D**ominus regnávít, exultet terra, \* lætentur insula multæ.

Nubes & caligo in circúitu ejus ; \* justitia & judicium corrèctio sedis ejus.

Ignis ante ipsúm præcédet, \* & inflammábit in circúitu inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : \* vidit & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à facie Dómini, \* à facie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli justitiam ejus ; \* & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adorant sculptília, \* & qui gloriantur in simulácribus suis.

Adorate eum, omnes Angeli ejus : \* audivit, & lætata est Sion.

Et exultavérunt filia Judæ, \* propter judícia tua, Dómine ;

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram : \* nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odíte malum : \* custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum ; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, \* & rectis corde lætítia.

Lætámini, justí, in Dómino, \* & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

*Psalmus 97.*

**C**Antáte Dómino cánticum novum, \* quia mirabilia fecit.

Salvávit sibi dextera ejus, \* & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutare suum; \* in conspectu géntium revelávit justitiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, \* & veritátis suæ dómni Israël.

Vidérunt omnes términi terræ \* salutare Dei nostri.

Jubiláte Deo, omnis terra: \* cantáte, & exultáte, & psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara, & voce psalmi; \* in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspectu regis Dómini: \* moveátur mare, & plenitúdo ejus; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt á conspectu Dómini, \* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justitia, \* & pópulos in æquitáte.

**IN II. NOCTURNO.***Psalmus 103.*

**B**enedic ánima mea, Dómino: \* Dómine Deus meus, magnificátus es vehementer.

Confessióem & decórem induisti, \* amictus lúmine sicut vestimento.

Extendens cœlum sicut pellem, \* qui regis aquis superiora ejus.

Qui ponis nubem ascensum

tuum, \* qui ámbulas super pennas ventórum;

Qui facis Angelos tuos, spíritus, \* & ministros tuos ignem urentem;

Qui fundasti terram super stabilitátem suam: \* non inclinábitur in séculum séculi.

Abyssus, sicut vestimentum, amictus ejus; \* super montes stabunt aquæ;

Ab increpatione tua fugient; \* á voce tonitruí tui formidábunt.

Ascendunt montes, & descendunt campi, \* in locum quem fundasti eis.

Términum posuisti, quem non transgredientur; \* neque convertentur operíre terram.

Qui emittis fontes in convállibus: \* inter médium montium pertransibunt aquæ:

Potábunt omnes béstiæ agri; \* expectábunt ónagri in siti sua:

Super ea volúcres cœli habitábunt; \* de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de superioribus suis; \* de fructu operum tuórum satiábitur terra:

Prodúcens fœnum jumentis, \* & herbam servitúti hóminum:

Ut edúcas panem de terra, \* & vinum lætíficet cor hóminis.

Ut exhiláret faciém in óleo, \* & panis cor hóminis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, & cedri Líbani quas plantávit; \* illic pásseres nidificábunt.

Heródii domus dux est eórum; \* montes excelsi cervis,

petra refugium herináciis.

Fecit lunam in témpora : \*  
sol cognóvit occáfum suum.

Posuisti ténébras & facta est  
nox : \* in ipsa pertransibunt  
omnes béstia: sylvæ.

Cáculi leónum rugientes ,  
ut rápian , \* & quarant a  
Deo escam sibi.

Ortus est sol , & congregáti  
sunt ; \* & in cubilibus suis  
collocabuntur.

Exíbit homo ad opus suum , \*  
& ad operatióem suam usque  
ad véspérum.

*Diviso Psalms 103.*

**Q**Uam magnificata sunt  
opera tua, Dómine ! \*  
ómnia in sapiéntia fecisti :  
impléta est terra possessiône  
tuá :

Hoc mare magnum , & spa-  
tiósum máribus ; \* illic rep-  
tília , quorum non est núme-  
rus.

Animália pusilla cum mag-  
nis ; \* illic naves pertransi-  
bunt.

Draco iste quem formasti  
ad illudendum ei ; \* ómnia a  
te expectant , ut des illis es-  
cam in témpore.

Dante te illis , colligent ; \*  
aperiente te manum tuam ,  
ómnia implebuntur bonitate :

Avertente autem te faciem ,  
turbabuntur ; \* auferes spí-  
ritum eórum , & deficient , &  
in púlverem suum reverten-  
tur.

Emittes Spíritum tuum , &  
creabuntur ; \* & renovábis  
faciem terræ.

*Alterá divisio Psalms 103.*

**S**IT glória Dómini in sécu-  
lum : \* lætábitur Dómi-  
nus in opéribus suis ;

Qui respicit terram , & fa-  
cit eam tremere ; \* qui tangit  
montes , & fumigant.

Cantábo Dómino in vita  
mea : \* psallam Deo meo  
quámdiu sum.

Jucundum sit ei elóquium  
meum : \* ego verò delectabor  
in Dómino.

Deficiant peccatóres a terra ,  
& iniqui , ira ut non sint ; \*  
bénedic , ánima mea , Dómi-  
no.

### IN III. NOCTURNO.

*Psalmus 32.*

**E**Xultate , justi , in Dómi-  
no : \* rectos decet col-  
laudatio.

Confitémini Dómino in cí-  
thara , \* in psaltério decem  
chordárum psállite illi.

Cantáte ei cánticum no-  
vum , \* bene psállite ei in  
vociferatióne.

Quia rectum est verbum  
Dómini , \* & ómnia ópera  
ejus in fide.

Diligit misericórdiam &  
judicium : \* misericórdiã  
Dómini , plena est terra.

Verbo Dómini cæli firmáti  
sunt ; \* & spíritu oris ejus  
omnis virtus eórum.

Cóngregans sicut in utre  
aquis maris : \* ponens in  
thesauris abyssos.

Tímeat Dóminum omnis  
terra : \* ab eo autem commo-  
veantur omnes inhabitantes  
orbem.

Quóniam ipse dixit , &  
facta sunt : \* ipse mandávit ,  
& creata sunt.

Dóminus dissipat consília  
géntium ; \* réprobat autem  
cogitatiónes populórum , &  
réprobat consília principum.

Consilium autem Domini in æternum manet; \* cogitationes cordis ejus in generatione & generationem.

*Divisio Psalmi 32.*

**B**EATA gens, cujus est Dominus Deus ejus: \* populus, quem elegit in hereditatem sibi.

De cælo respexit Dominus, \* vidit omnes filios hominum;

De præparato habitaculo suo \* respexit super omnes qui habitant terram;

Qui finxit singillatim corda eorum; \* qui intelligit omnia opera eorum.

Non salvatur rex per multam virtutem; \* & gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ.

Fallax equus ad salutem; \* in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur.

Ecce oculi Domini super metuentes eum, \* & in eis qui sperant super misericordiam ejus:

Ut eruat à morte animas eorum, \* & alat eos in fame.

Anima nostra sustinet Dominum; \* quoniam adiutor & protector noster est.

Quia in eo lætabitur cor nostrum, \* & in nomine sancto ejus speravimus.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, \* quemadmodum speravimus in te.

*Psalmus 92.*

**D**ominus regnavit decorem indutus est; \* indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ; \* qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc, \* à sæculo tu es.

Elevaverunt flumina, Domine, \* elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina, fluctus suos, \* à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: \* mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: \* domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudinem dierum.

## AD LAUDES MATUTINAS.

*Psalmus 99.*

**J**ubilate Deo, omnis terra; \* servite Domino in lætitia.

Introite in conspectu ejus, \* in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus; \* ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus ejus, & oves pacuæ ejus, introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis; \* confitemini illi.

Laudate nomen ejus, quoniam suaviter est Dominus, in æternum misericordia ejus, \* & usque in generationem & generationem veritas ejus.

*Psalmus 148.*

**L**audate Dominum de cælis: \* laudate eum in excelsis.

Laudate eum, omnes Angeli ejus; \* laudate eum, omnes virtutes ejus.

Laudate eum, sol & luna: \*

laudate eum , omnes stellæ & lumen.

Laudate eum , cæli cælorum ; \* & aquæ omnes quæ super cælos sunt , laudent nomen Dómini ;

Quia ipse dixit , & facta sunt ; \* ipse mandávit , & creata sunt.

Státuit ea in æternum , & in sæculum sæculi : \* præceptum pòsuit , & non præteribit.

Laudate Dóminum , de terra : \* dracones , & omnes abyssi ;

Ignis , grando , nix , glacies , spíritus procellarum , \* quæ faciunt verbum ejus ;

Montes , & omnes colles , \* ligna fructifera , & omnes cedri :

Béstiæ , & universa pécora , \* serpentes , & volucres pennatæ :

Reges terræ , & omnes pópuli ; \* principes , & omnes iudices terræ :

Juvenes & vírgines , senes cum junióribus , laudent nomen Dómini : \* quia exaltatum est nomen ejus solius.

Conféssio ejus super cælum & terram : \* & exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus , \* filiis Israël , pópulo appropinquanti sibi.

*Psalmus 149.*

**C**Antate Dómino canticum novum : \* laus ejus in ecclesia sanctórum.

Lætetur Israël in eo qui fecit eum , \* & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in cho-

ro , \* in tympano & psalterio psallant ei ;

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo ; \* & exaltábit mansuétos in salutem.

Exultábunt sancti in glória : \* lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in guttore eórum , \* & gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciendam vindictam in nationibus , \* increpationes in pópulis :

Ad alligandos reges eórum in compédibus , \* & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum : \* glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

*Canticum , ( nisi proprium assignetur. ) 1. Paral. 29.*

**B**enedictus es , Dómine , Deus Israël patris nostri , \* ab æterno in æternum.

Tua est , Dómine , magnificéntia , & poténtia , & glória , atque victória ; \* & tibi laus.

Cuncta enim quæ in cælo sunt & in terra , \* tua sunt :

Tuum , Dómine , regnum , \* & tu es super omnes principes.

Tuæ divitiæ , & tua est glória : \* tu domináris ómnium.

In manu tua virtus & poténtia : \* in manu tua magnitúdo , & impérium ómnium.

Nunc igitur , Deus noster , confitémur tibi , \* & laudámus nomen tuum inclytum.

*Psalmus 150.*

**L**audate Dóminum in sanctis ejus : \* laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus  
ejus : \* laudate eum secundum  
multitudinem magnitudinis  
ejus.

Laudate eum in sono tu-  
bæ : \* laudate eum in psalte-  
rio & cithara.

Laudate eum in tympano &  
choro : \* laudate eum in  
chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis  
benefonantibus ; laudat eum  
in cymbalis jubilationis : \*  
omnis spiritus laudet Dñm.

A D II. V E S P E R A S.

*Psalmus 109.*

**D**ixit Dñs Dño  
meo : \* Sede à dextris  
meis.

Donec ponam inimicos  
tuos , \* scabellum pedum tuo-  
rum.

Virgam virtutis tuæ emit-  
ret Dominus ex Sion : \* domi-  
nare in medio inimicorum  
tuorum.

Tecum principium in die  
virtutis tuæ in splendoribus  
sanctorum : \* ex utero ante  
luciferum genui te.

Juravit Dñs , & non  
poenitebit eum , \* Tu es Sa-  
cerdos in æternum secundum  
ordinem Melchisedech.

Dñs à dextris tuis , \*  
confrégit in die iræ suæ re-  
ges.

Judicabit in nationibus ,  
implébit ruinas ; \* conqual-  
sabit capita in terra multo-  
rum.

De torrente in via bibet : \*  
propterea exaltabit caput.

*Psalmus 110.*

**C**onfitebor tibi , Dñe ,  
in toto corde meo , \* in  
consilio justorum & congrega-  
tione.

Magna ópera Dñi ; \*  
exquisita in omnes voluntates  
ejus.

Conféssio & magnificéntia

opus ejus ; \* & justitia ejus  
manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabilium  
suorum , misericors & mise-  
rator Dñs : \* escam dedit  
timentibus se.

Memor erit in sæculum te-  
stamenti sui : \* virtutem ópe-  
rum suorum annuntiabit pó-  
pulo suo ,

Ut det illis hæreditatem  
gentium : \* ópera manuum  
ejus , veritas & judicium.

Fidélia ómnia mandata ejus ,  
confirmata in sæculum sæcu-  
li , \* facta in veritate & æqui-  
tate.

Redemptionem misit popu-  
lo suo : \* mandavit in æter-  
num testamentum suum.

Sanctum & terribile nomen  
ejus : \* initium sapientiæ ti-  
mor Dñi.

Intellectus bonus ómnibus  
facientibus eum : \* laudatio  
ejus manet in sæculum sæculi.

*Psalmus 112.*

**L**audate , pueri , Dñi-  
num , \* laudate nomen  
Dñi.

Sit nomen Dñi benedi-  
ctum , \* ex hoc nunc , & usque  
in sæculum.

A solis ortu usque ad occá-  
sum , \* laudabile nomen Dñi.

Excelsus super omnes gen-

tes Dóminus, \* & super cœ-  
los glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus  
noster, qui in altis hábitat, \*  
& humilia réspicit in cœlo &  
in terra?

Suscitans à terra inopem, \*  
& de stercore érigens páuperé:

Ut còllocet eum cum prin-  
cípibus, \* cum principibus  
pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem  
in domo, \* matrem filiórum  
lætantem.

*Psalmus 147.*

**L**auda, Jerúsalem, Dómi-  
num: \* lauda Deum tuum,  
Sion.

Quóniam confortávit seras  
portárum tuárum; \* benedixit  
filiis tuis in te.

Qui pòsuit fines tuos pa-  
cem, \* & ádipe frumenti sá-  
tiat te.

Qui emittit éloquium suum

terræ, \* velóclter currit fer-  
mo ejus.

Qui dat nivem sicut la-  
nam, \* nébulam sicut cíne-  
rem spargit.

Mittit crýstallum suam si-  
cut buccellas, \* ante faciém  
frigoris ejus quis sustinébít?

Emittet verbum suum, &  
liquefaciet ea; \* flabit spíri-  
tus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum suum  
Jacob, \* justitias & judícia  
sua Israël;

Non fecit táliter omni na-  
tióni, \* & judícia sua non  
manifestávit eis.

*Psalmus 116.*

**L**audate Dóminum, om-  
nes gentes: \* laudate  
eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est  
super nos misericórdia ejus: \*  
& véritas Dómini manet in  
æternum.

*Intra Octavas supradictorum Festorum, quando fit de  
Octava, iidem in toto Officio dicuntur Psalmi, qui dicti sunt  
in die. Ad I. Vesperas diei Octava iidem dicuntur Psalmi,  
qui dicti sunt in I. Vesperis Festi.*



*Addenda & corrigenda in parte Æstiva.*

IN CALENDARIO.

- 17 Januar. Antonii Ægypt. Abb. *Semiduplex*, lege *Duplex*  
II. *Ordinis*.  
24 Maii 1642. lege 1640.  
10 Jul. Septem Fratrum ac S. Felicitatis eorum Matris, *Simplex*, lege *Semiduplex*.  
30 Jul. Germani Autissiodor. Episc. *Simplex*, lege *Semidupl.*  
23 Augusti. Helenæ Imperatoris, lege Imperatricis.  
23 Septemb. Theclæ Virg. & Mart. *Simplex*, lege *Semidupl.*  
15 Octob. Theresiæ Virg. *Semiduplex*, sed propter *occurren-*  
*tiam Octavæ Dedicacionis fit tantum Commemoratio duab.*  
*Leçt. in unam coactis.*

IN PSALTERIO.

- Pag. 9. col. 1. ad Laudes, adde *Matutinas*, & sic ubique.  
p. 28. c. 1. lin. 16. sub pennis, lege & sub pennis.  
p. 29. c. 2. l. 14. adde [ *qui solus recitat loco omnibus vobis*  
*dicat omnibus nobis.* ]  
p. 39. c. 2. l. 11. constituisti, lege & constituisti.  
p. 44. c. 2. l. 21. ego, lege & ego.  
*Ibid.* l. 33. à te, lege & à te.  
p. 52. c. 2. l. 19. mirabilia, lege & mirabilia.  
p. 67. c. 2. l. 1. civitates, lege & civitates.  
p. 74. c. 1. l. 45. post hæc verba in *populum suum providentia*,  
adde *laudatur*.  
p. 119. c. 1. l. 36. retribuam, lege & retribuam.  
p. 128. c. 1. l. 20. in terram, lege in terra.  
p. 129. c. 1. l. 29. tua \* intende, lege tua intende \*  
p. 142. c. 1. l. 35. ad adiutorium, lege in adiutorium.  
p. 147. c. 2. l. 10. adde [ *qui solus recitat loco omnibus vobis*  
*dicat omnibus nobis.* ]

IN PROPRIO DE TEMPORE.

- Pag. 156. col. 2. lin. 25. petit te, lege petit à te.  
p. 165. c. 1. l. 16. visitas, lege visita.  
p. 185. c. 1. l. 16. habentur in desiderio, lege habentur, in  
desiderio.  
p. 205. c. 2. l. 31. clypeus, lege clypeus.  
p. 249. c. 2. l. ult. introduxi, lege introduxit.  
p. 269. c. 2. l. 10. & circulos, lege & in circulos.

- p. 279. c. 2. l. 37. præmunt, lege premunt.  
 p. 284. c. 1. l. 38. ego, lege ergo.  
 p. 294. c. 2. l. 40. acidè feras, lege acidè feras.  
 p. 305. c. 1. l. 43. rectæ, lege directæ.

IN PROPRIO SANCTORUM.

- Pag. 335. c. 1. l. 13. adde *Fit Commem. S. Yvonis, Presbyt. Ant. de Sacerdotib. Non interibit. ¶ Sacerdotes. ut in Communi*; p. xxviij. *Oratio, ut infra.*  
 p. 336. c. 2. l. 31. adde *Ex processu Canoniz.*  
 p. 337. c. 2. l. 2. adde *Ex ejus vita apud Bolland.*  
*Ibid. l. 19. Christi, lege Christo.*  
 p. 338. c. 2. l. 26. octogentesimo, lege octingentesimo.  
 p. 339. c. 1. l. 34. adde *Fit Commem. SS. Marcellini & Petri, ut in Communi plurium Mart.*  
*Ibid. l. 41. adde Ex Henschenio apud Bolland.*  
 p. 342. c. 1. DIE IV. lege DIE VI.  
*Ibid. l. 25. adde Ex ejus vita apud Bolland.*  
 p. 350. c. 2. l. 44. adde *Ex S. Paulini operibus, & vita; ex S. Augustino, & Uranio.*  
 p. 352. c. 1. l. 3. adde [ *Si evenerit intrà Octavam Festi Corporis Christi, fit de Oct. duabus Lect. Oct. in unam coactis: Lectio iij. de Homilia Feria cum Commemor ejusdem in Laudibus.* ]  
 p. 358. c. 2. l. 24. dele Alleluia.  
 p. 364. c. 1. l. 6. adde [ *Nisi incidat intrà Oct. Corporis Christi: tunc enim fit de Oct. ut supra dictum est in Vigil. S. Joan. Baptist. Et si incidat in diem Oct. Corporis Christi, anticipatur Feria quarta.* ]  
 p. 382. c. 2. l. 28. imperata, lege insperata.  
 p. 384. c. 1. l. 5. adde *Fit Commem. diei Octav. S. Joan. ut in II. Vesper.*  
*Ibid. l. 42. laus tibi, lege tibi laus.*  
 p. 390. c. 1. l. 7. post dignus, adde (!)  
 p. 391. c. 2. l. 12. qua magistro, lege qui à magistro.  
 p. 392. c. 1. l. 22. dele Rl.  
 p. 393. c. 2. l. 4. discipulus, lege discipulos.  
 p. 407. c. 2. l. 2. quæ salvaretur, lege quâ salvarétur.  
*Ibid. l. 43. adde Ex passione S. Victoris apud Bosc. & Ruinart.*  
 p. 411. c. 2. l. 25. adde *Glória Patri. \* Strabat.*  
 p. 415. c. 1. l. 28. adde *Ex Evāng. Act. Apost. & Script. Eccles.*  
 p. 429. c. 1. l. 46. adde *Ex ejus vita apud Sur. Sidon. Apoll. & ex aliis.*  
 p. 432. c. 2. l. 18. adde *Ex S. Germani vita autore Constantio, & ex Prosp. Fast. & ex Tillel.*  
 p. 433. c. 2. l. 43. adde *Ex Petro Ribadeneira, & aliis.*

- p. 442. c. 2. l. 9. adde *Ex S. Cypriano, Ufuardo & Adone.*  
 p. 443. c. 2. l. 26. adde *Ex libr. Machab. Gregor. Nazian. & aliis.*  
 p. 455. c. 1. l. 17. confortari, lege confortare.  
 p. 462. c. 2. l. 15. vermiculatas, lege vermiculatas,  
 p. 471. c. 1. l. 36. adde *Ex S. Rochi vita apud Sur. & alios.*  
 p. 473. c. 1. l. 44. Duplex I. Ordinis. lege Duplex II. Ordinis.  
*Ibid. c. 2. l. 5. adde Ex ejus vita apud Surium, & ex aliis.*  
*Ibid. l. 33. ordinaretur piscopus, lege ordinaretur Episcopus.*  
 p. 475. c. 2. l. 14. adde *Ex vita S. Bernardi, authore Guillet. Abbat. & ex ipsius Bernardi operibus.*  
 p. 479. c. 1. l. 15. homo Deo, lege homo Deus.  
 p. 487. c. 1. l. 34. studiit, lege studuit.  
*Ibid. c. 2. l. 24. domum tuum, lege domum tuam.*  
 p. 491. c. 2. l. 31. adde *Semiduplex.*  
 p. 493. c. 2. l. 41. ante Commem. S. Juliani, adde *Commem. S. Casarii. Ant. Qui docti, &c. ψ. Beatus vir. de Communi Doctor. p. xxvij.*  
 p. 497. c. 1. l. 10. aliam, lege in aliam.  
 p. 502. c. 1. l. 1. quanto, lege quanta.  
 p. 504. c. 2. l. ult. adde *Fit Commem. S. Raymundi Nonnati. Ant. De Sacerdotibus. ψ. Sacerdos. p. xxvij. Oratio, ut infra.*  
 p. 506. l. 4. dele, *aquali aut.*

## IN COMMUNI SANCTORUM.

- Pag. xij. c. 2. l. 37. praelia uſtinent, lege praelia ſuſtinent.  
 p. xxxj. c. 1. l. 20. ſervus autem, lege ſervum autem.  
 pag. xxxvij. poſt titulum Commune Juſtorum, adde *ſeu SS. Laicorum, & ſic ubique.*  
 p. xxxix. c. 1. l. 21. in Duplicibus majoribus, lege in Duplicibus I. Ordinis.  
 p. xlij. c. 1. l. 7. conſervati, lege conſervati.  
 p. xliv. c. 1. l. 13. in Duplicibus majoribus, lege in Duplicibus I. Ordinis.  
 p. lj. col. 2. l. 8. Rex noſter eſt, lege Rex noſter eſ.  
 p. liij. c. 1. l. 28. fidelium miſerator, lege fidelium, Deus, miſerator.  
*Ibid. l. 29. beata, lege beata.*  
 p. lix. c. 1. l. 6. ipſo pateretur, lege ipſe pateretur.  
 p. lxxj. c. 1. l. 2. cum terrendo, lege cum terrenæ.  
 p. lxxij. c. 1. l. 37. deſceſſurus, lege diſceſſurus.  
 p. lxxx. c. 2. l. 39. extollnt, lege extollant.  
 p. xc. c. 2. l. 7. adde [ *qui extra Eccleſiam recitat Orationem in Anniverſario Dedicacionis Eccleſia omittat in initio Orationis vocem: hujus, & in ſine dicat, ut quiſquis templum ſanctum tuum, &c.* ]

p. cxviii. c. 1. l. 14. & pulchritudine tua \*intende, lege & pulchritudine tua intende\*.

p. cxxij. c. 2. l. 3. adde *Deinde dicitur Dominus vobiscum, &c.*  
& *additur Benedicamus Domino. & sic ad alias Horas.*

p. cxxvj. c. 2. l. 1. recipemus, lege *reciperemus.*

*Ibid. l. 7. adde Ps. 97.*

## IN CANONIBUS.

Pag. clxxxv. col. 1. lin. 4. prima prudentia, lege *prima prudentia.*

